et domui iacob peccata eorū.

De nobilitate et excellētia fidei catholice

Circa terciā et vltimā consideratio
nem huius primi libri que est de
excellentia et nobilitate fidei catho
lice in particulari. in qua velud in speculo mū
dissimo milites xpi se intuētes optime et d̄
lectabiliter armari poterūt. Sex sunt articu-
li per ordinē declarandi. Primus est ꝙ ihe
sus xp̄us est filius dei viui. Secūdus ꝙ fi-
des xpi ē lege moysi antiquior. Tertius est
ꝙ fides xpi est lege moysi stabilior. Quart⁹
est ꝙ fides xpi est lege moysi nobilior. Qui
tus est ꝙ fides xpi est lege moysi vtilior.
Sextus est ꝙ lex moysi iā non est lex sz ces-
sauit eē lex. Primus articulus est totius re-
ligionis xp̄iane fundamentū et ideo eū vo
co turri omenagij nostri fortalicij Reliq̄ qn
qz articuli sunt ad eius ornatum. Hūc ergo
cum sit principalior inimici tam iudeorum
q̄ sarracenoꝝ timētes per eū deuici. vt cum
destruant corde et opere sapientes utroꝝūqz
ad hoc applicāt totū suū studiū. Verūtamē
lapides et sagitte suorū argumētoꝝ ad eius
ppriā lucē amouēdā nō ascendūt adhuc tā
alte quātū nebula celo loco vbi est substan
tia solis existe altiore in mille et plurib⁹ gra-
dibus q̄ ascēdit nebula in aere Vn̄ quantū
pōt ignis vnius crudabili puissimi cōtra au
rū quod iā fuit multotiens appuratū trāse
undo per magnos ignes fornaces. tm̄ pos
sunt oia argumēta nō solū accepta ex oibus
sciētijs humanitus acquisitis adinuentis sz
etiam accipiēdo dicta sacre scripture sicut se
pe faciūt iudei sarraceni et heretici cogitādo
ex eadē posse iuuari cōtra eandē. et iam sūt
vltra mille. ccc. lx. āni. ꝙ multi posuerūt oēs
vires suas ad destruēdā hanc altissimā tur-
rim siue hanc veritatem. s. ꝙ ihūs xp̄us ē fi
lius dei viui certissime firmus fundata q̄
celum et terra et preciosior q̄ aurum in plu-
ribus fornacibus depuratum quod euiden
tissime declaratur testimonio quatuor exa-
minū publicorū super ea factorum

Primum examen.

Primū examē fuit factū per iude-
os quousqz occiderunt xp̄m ihūm. ex quo d̄
derunt causam ꝙ predicta veritas esset ma
gis fortificata. Est ergo hec ueritas ꝙ ihūs
cristus filius marie ē verus deus et ver⁹ hō
verus homo qz ver⁹ filius marie verus deus
qz verus filius dei. ver⁹ dico nō per gratiam
vel per verbū sed per suā naturā qz sua na
tura essentia. substantia et vita est ipsam et
natura essentia substātia et vita dei. sicut qz
est ex eadem natura qua maria dicitur ver⁹
filius marie. hec veritas fuit totiens dispu-
tata et examinata ꝙ securissime dico precio
siorem et puriorem esse q̄ aurum. quod per
plures magnos ignis fornaces transiuit Et
fuit primum examen personale inter ipsum
et sapientes legis iudeorum vltimis tribus
annis vite sue. quos expendit predicando
publice non solum in sinagogis iudeorum
in iherusalem et alijs ciuitatibus locis et ca
stellis sed etiam in cāpis et etiam de mari ꝯ
primēte eū multitudine gentiū in terra ut ac
cederet ad eum et hoc ratiōabiliter faciebāt
sz volentes ad eum accedere. ex quo quoti
enscunqz aliquis accedebat et tangebat ve-
stimenta sua statim sanus erat quacunqz in
firmitate detineretur. Disputando etiam cū
sapientioribus quorū studiū erat postquā
viderūt tatā multitudinem gētiū seq̄ predi

cationes eiusdē obseruare si posset eũ cape/
re in aliquo verbo maledicto. et vltra hoc in
speciali studiũ eorũ erat obscurescere predi/
ctam ueritatē in cuius confessione est salus
omniũ hominũ. s. ꝙ esset filius dei viui.
Vñ cõtra ipsum arguebãt sicut hõines ꝑui
intellectu attẽdentes ad quatuor regulas ꝑ
quas reguntur homines fructus terre elem̃
ta et celi dicendo sibi. Ex quo hõ erat. quõ
se faciebat deum in quo blasphemabãt con
tra totã ꝑtãtē dei. qui cũ possit oĩa facere. ꝙ
nõ possit facere ꝙ ipse sit homo. ex quo esse
hoiez ē vna de excellẽtioribꝰ rebꝰ ꝑ dñ̃ factꝭ.
Unde qꝛ primo ē credere factũ quē moduz
eius intelligere xp̃s rñdit eis verũ esse quod
ipse dicebat allegando quatuor testimonia
quorũ neutrũ iudei potuerũt negare. s. testi/
moniũ dei patris qđ dedit de suo filio. Te
stimoniũ ioħ. baptiste testimoniuz opm̃ su
orũ que faciebat. et testimoniũ qđ in multis
suis passibus dabat de eo scriptura vera. et
reputata ꝑ iudeos verã et auctẽtica dicẽdo
eis. ꝙ moyses esset acusator eorũ qꝛ si credi
dissent suis lr̃is crederẽt ei ex quo ille dabant
testimõiũ de illo. Et postquã totiẽs vidrũt
se cõfusos in publico ante populũ cuiꝰ lau/
dē et honorē plusquã dei desiderabant non-
potẽtes respõdere replicato ꝙ si solũmodo
erat filiꝰ dđ quõ dđ vocauit eũ dñm suum.
Ma. xxij. c. Ab illa die nũquã ãpliꝰ fuerũt
ausi interrogare eũ. sꝫ vt liberarẽt se a sua do
ctrina studiose ordinauerũt mortē suã sicut
ꝓ examĩatione vltie sue doctrine dicẽdo. ꝙ
si erat filiꝰ dei ipse liberaret eũ d mãibꝰ eoꝝ
et sic dicebãt qñ erat in cruce. descende et cre
dimꝰ tibi. M. xxvij. et Mar. c. xv. cũ tamē ei
leuius esset descendere de cruce quã resurge
re de sepulchro post mortē. Et ꝓbauerunt
eorũ posse nichil ualere si iã nõ placuissꝫ qñ
eũ appħẽderũt qꝛ nõ posuerũt i eũ manꝰ ni
si qñ ipse voluit. Interrogati eñi per eũ quē
quererẽt et ipsi rñdẽtes ꝙ ihũm nazarenuz
qñ dixit ego sũ abierũt retrorsũ et ceciderunt
in terra. ioh. xviij. stupefacti siue attoniti
Et ꝓ secũda vice dedit eis licentiã ꝙ ipsum
solũ caperẽt. et nõ aliquē suoꝝ discipuloruz
volendo in hoc iplere ꝙ ipi nolebãt atten/
dere scꝫ ꝙ ipe erat in lege sua in ꝓphetis. et
p̃s. de eo s. nptũ. ꝙ oportebat eũ primo pa
ti mortem ignominiosã et postea intrare in
gloriã suã quã mortē ipse recepit cũ multa
hũilitate et obedientia. sciens ꝙ ei fuerit ꝑ
deũ p̃rẽz suũ mãdatũ Vñ ad iplendũ man
datũ dei p̃ris sui cõfessus est libere in iudi/
cio illud in quo ipsi itendebant cõdẽpnare
eũ scꝫ ꝙ erat filiꝰ dei viui et rex iudeoruz q̃s
duas cõfessiones fecit interrogatus qñ eis
defecerunt et erãt iudicata vana allegata cõ
tra eũ testimonia. Prima cõfessio sua erat
per iudeos reputata blasphemia. et secũda
per gentiles erat reputata iniuria cesaris. qꝛ
exñte eius lege nullus debebat dici rex sine
suo mãdato Quãdo primã suã cõfessionez
fecit in cõsilio iudeoꝝ ut nõ intelligerent ꝙ
ꝑ mortem suam ꝑibat doctrina sua audie/
runt ab eo Ammodo videbitis filium ho/
minis venientem in nubibus celi. Math.
xxvij. et Mar. xiij. q̇ fuerũt et sunt sui predi
catores. ꝓpter qđ ipsi bene sẽserũt ꝙ ad ob
scurãdũ et ad ãnichilandũ doctrinã xp̃i ihũ
parũ ꝓderat eis occidere magistrũ. pluribꝰ
ꝙ per eũ ꝯuersis ad suã doctrinã per p̄dica
tionē suorũ discipulorũ. et sic nõ potuerunt
extinguere lucē de qua loquimur. s. ꝙ ihũs
filius marie est verus filiꝰ dei Item cõfessꝰ
est libere in iudicio pilati locum cesaris tenē
tis secũdã veritatem. s. ꝙ erat rex iudeoruz
cuius confessione audita pilatus respõdit
ꝙ non inueniebat in eo causam mortis.
Certissime sciens ꝙ per inuidiã ꝓcurabant
mortem suã et quõ cõfessus est se esse regez
ꝙ declarauit regnum suũ nõ esse d hoc mũ
do. Et sic anteꝙ daret sñiam contra euz. cõ
fitendo eũ esse iustũ et innocentem. Iudei
qui tm̃ desiderabãt mortem suã publice se
obligauerunt ꝙ peccatũ mortis sue esset su
per eos et super filios suos dicentes. San/
guis eius super nos et super filios nostros
Math. xxvij. hac obligatione et peccato exi
stente causa quãdiu mundus durauerit exi
stentibus in eo iudeis et filijs eorũ ira dei
semper erit super eos qui manifestissime vi
derunt ꝙ annullandam doctrinam ihesu
xp̃i nichil profuit mors per eos procurata
quando in puncto ꝙ dedit animam suam
in manibꝰ patris audierunt dici a centurio
ne qui executionem faciebat ꝓ pilato ꝙ ille
homo crucifixus vere erat filiꝰ di. vñ examē
mortis sue fortificauit plus doctrinam suã
ꝙ gentiles qui eum crucifixerunt confessi
sunt eum esse verum filium dei.

¶ Secundum examen.

Non minus cōfirmāta fuit p̄dicta veritas in secūdo examine post mortem suam quando iudei videntes ꝙ xp̄iani sic cōuersi de iudeis sicut de gentibus attēdebāt plꝰ ad doctrinam ihū ꝙ moysi coniuncti i multis consilijs et habitis plurimus consilij nū ꝙ potuerūt tm̄ facere ꝙ apostoli nō p̄dicarent in eius nomine a quibus audierūt ꝙ magis cōueniens erat obedire deo, qui eis mādauit p̄dicare quā hominibus mandātibus contrarium. et quō sub celo non esset datum aliud nomen in quo oporteret hoīnes saluos fieri nisi in nomine ihū xp̄i. quō ipsi non possent non manifestare ueritatem quā vidrāt. Act. v. et audierāt. et sic deuicti ratōibus apostolorū quos p̄io cognouerant homines ydeotas et laycos. Postꝙ p̄bauerunt ꝙ non p̄ficiebāt in suis publicis mandatis. ordinauerunt vnā subtilem incoopatamq; telā que videbatur satis rōabilis qn̄ multi de suis maioribus receperūt ficte baptismū. moti ex hoc fine ꝙ xp̄iani itelligerent ꝙ ipsi habebāt bonū zelū et affectionem ad fidem xp̄i ihū Hos vocat scriptura pseudo apostolos siue deceptionis apostolos. qui desubtus siue per minerā factam i muro intrauerūt in ecclesia ad p̄scrutandaz libertatē xp̄ianorū per doctrinā ihū xp̄i. liberatorum d̄ seruitute legis moysi cuius iugum ferre nō poterunt nec ipsi nec p̄res eorz Isti ergo ficti apostoli cū essent magis p̄hi magis retborici magis lr̄ati in lege et vltra sicut in consuetudine pharisceorum magnaz sanctitatē fingentes. facta sua diligentia cū maiori astucia qua potuerunt videntes. ꝙ non curabāt xp̄iani de rationibus suis quibus arguebant per p̄hiam esse iposibile. ꝙ infinitū et finitum tp̄ale et eternū. causa et effectus dominus et seruus essent vna res. et sic ꝙ deus et hō nō poterat eē vna persona filius marie. plus credētes uerba xp̄i ꝙ oia sua argumenta. vsi sunt alia astucia magis p̄sūda qn̄ uidendo ꝙ exquo nō poterāt facere ꝙ xp̄iani nō obseruarēt legem grē q̄ est euangelij lex. dicēdo ꝙ lex data p̄ moysem equa erat lex dī multū laborauerūt vt seruarent āhe coniūctim siue insimul et aliquo tēpore tm̄ p̄ualuerūt ꝙ multi etiā de maioribus xp̄ianis et rectoribus aliorū in parte eis cōsentiebāt nō comedendo cibos qui p̄ moysen defendebantur. et sic erant dātes exēplū gentibꝰ conuersis similia facere sicut si illud p̄ eorū salute esset necessariū. Sed facta declaratione ꝙ seruatio vnius legis ꝯtradicit obseruationi alterius. et ꝙ lex data p̄ moysen qui erat seruꝰ dei nō pōt cōpari legi date per dn̄m suū. sed ꝙ est ei subiecta et cum lex moysi esset figura. s̄m ꝙ cū dei adiutorio d̄clarabitur in alio passu. ꝙ habita veritate figurata per eā debebat cessare figura. p̄secutio iudeorū non potuit p̄ualere. qn̄ solūmō cū hac veritate ꝙ filius marie est verus filiꝰ dei cessauerūt oia cōsilia minatōes incoop̄te p̄hibitiones et disputationes quibꝰ vsi sunt iudei p̄pter multa dāna. p̄pterea ex toto cōfusi, videntes ꝙ cū rōe nō poterant preualere. vsi fuerāt vi sicut vtitur tirannus. qn̄ aliquis dat ei bonum consilium ꝙ vt non audiat eum. licentiat eum de domo sua uel expellit eum per vim Sic fecerunt iudei cuz apostolis. ꝙ nolentes eos audire i sinagogis suis licentiauerunt eos extra terram suaz. et sic patet veritas examiata ꝙ postquā xp̄us ascendit ad celos iudei isurrexerunt cōtra suos discipulos quos nō potentes cōuincere verbis. non dimittentes eos predicare in suis sinagogis p̄pter hoc eorum doctrīa semper magis ac magis crescens predicata fuit gentilibus.

¶ Tercium examen.

Successit huic examini aliud fortius examen et multo maiori tempore agentibus contra discipulos xp̄i quorum cum iudeis vna sola erat principalis differentia scilicet ꝙ messias promissus eis in lege et prophetis iam venerat. sed q̄z interfecerant eum maiores eorum uidendo se damnatos si confiterentur ꝙ ipse esset suus messias. suus rex suus dominus. restiterunt quantum potuerunt faciendo illud quod erat peius pro eis. nolendo audire eos qui de hoc loquebantur. sic ꝙ sua propria voluntate manserunt semper in cecitate. propter quod cum cecus non sit dignus magno regimine expulsi de ciuitate iherusalem. perdiderunt dominium quod primo habebant. vbicunq; sint semp̄ subiecti

exñtes cuꝰ q̄ tenet dominiū tp̄ale. et sic erunt
quādiu mūdus durauerit in hoc ꝯtra totā
uolūtatē suā vificato vbo quā vt ocaderēt
xp̄m dixerūt añ pilatū. ꝙ nō haberēt alium
regē nisi cesarē ip̄atorē ꝓ tēpore regnātē. et
cogitātes ꝙ nō audiēdo discipl'os ihū xp̄i
cessaret lux ueritatis. ꝯtra ꝙ̄ ut nō intrarent
in eorū domibꝰ clauserūt ianuas ꝓ ip̄omet
facto dederūt occasiōem ut āplius p̄dicta
vitas splēderet. qꝛ ipsi habitādo i toto mū-
do dispsi inter gētiles isti audiētes ꝙ erant
int̄ iudeos et apl'os q̄ōnes voluerunt scire
causā suarū q̄ōnū. et sic audirēt doctrinam
ihū xp̄i quā nō audierant si apostoli volue-
rāt p̄dicare in tēplo suorū deorū. s̄m ꝙ in q̄-
cūq; domo ciuitate ꝓuīcia uel regno nolūt
audire aliū eē dñm suū nisi illū quē pro tali
ip̄i hn̄t. Iste fuit finis ꝑsecutionis iudeorū
ꝙ veritas ꝑ ipsos cōtēpta. fuit fortificata et
exaltata in multo maiori gradu. q̄m multo
maioꝛ ppl'us gētiliū ꝙ̄ eēt iudeorū eam re-
ceperūt de quo facto maiores eoꝝ scꝫ impa-
tor et illi q̄ erāt de senatu romano displicue-
nūt uidētes ꝙ illi qui efficiebāt̄ xp̄iani non
curabāt de sua ordinatione scꝫ ꝙ̄ nullus de-
beret esse receptus pro d̄o sine suo examine
et mādato ex quo erāt gubernatores totius
mūdi. Manifestat̄ super hoc passu vnū se-
cretū et vitas facti qđ hō intelligēs qui scit
romanorū historias. et qualiter icepit mul-
torū deorū adoratio ꝑ scipsum pōt cogno-
scere. et hoc ē secretū ꝙ nō erat difficille pos-
se habere cōsensuꝫ a senatu romano ut ihūs
xp̄s reciꝑet̄ in deū s̄m ꝙ erāt illi multi quos
ipsi adorabāt ex quo multo maiores excel-
lentie fuerūt in eo ꝙ̄ in quocūq; aliorū. Sꝫ
gētiles regebāt̄ illis tp̄ibꝰ quātū spectat ad
adoratione suoꝝ deorū duplici snīa suorū
sapiētū. Prima ꝙ nullꝰ deꝰ deberet eē refu-
tatus. Scd̄a ꝙ s̄m qđ ille deꝰ uellet deberet
esse adoratꝰ et honoratꝰ. et cū esset doctrina
ihū xp̄i. ꝙ erat vnus solꝰ deꝰ et ꝙ̄ illum so-
lū debebāt adorare et ei soli seruire viden-
tes ꝙ in hoc facerēt ꝯtra id qđ tota vita sua
ipsi et sui āteccessores habuerūt ꝓ fide quia
adorādo ihūm xp̄m anullabat̄ seruitiū oīꝫ
deorū suorū. fecerūt ordinatiōes et mādata
ꝙ oēs q̄ adorarēt ihūm xp̄m ex quo repro-
babāt religionē deorū suorū ipso facto bo-
na ipsorū essent cōfiscata. et ipsi ocaderent̄
crudelioribus et forcioribus q̄ possent ex-
cogitari tormētis. quas ordinationes et le-
ges fecerāt ꝑ vim et nō spontanee. qꝛ quan-
to plures occidebāt xp̄ianos tāto amplius
amittebāt suū dominiū. soluētibꝰ cristianis
integre oīa tributa et onera eis imposita ad
hoc expresse se sciētes obligatos scd̄m do-
ctrinā sancti pauli. faciēdo etiā in rebus eis
mandatis fidele seruitiū. Itē gētiles quia
sic plus faciebāt ad suā laudē et gloriam et
suorū deoꝝ. multo āplius voluerāt ꝙ deuī-
cti ꝑ disputatiōnes cōformauerāt se eis ado-
rando quos ipsi pro dijs adorabāt. Sꝫ q̄i
ꝓ ultimo remedio fecerūt leges mortis vi-
dendo manifeste ꝙ sui sapientes ph̄i. nec p̄-
lati tēplorū deorū suorū et ydolorū nō po-
terant resistere nec cōtradicere rōibus et au-
ctoritatibus predicatis ꝑ discipl'os ihū xp̄i
q̄bꝰ cū dedit mādatū p̄dicādi doctrinā suā
ꝓ singulari cōsolatiōe dixit eis ꝙ mittebat
eos sicut agnos inter lupos. et cū isti nō es-
sent nisi duodecim et septuaginta duo et sic
paucissimi. Et illi quibꝰ eos mittebat erāt
iudei atq; gentiles taliter ꝙ sine cōparatio-
ne alicuius ꝓporti scd̄m moꝫ loquēdi erant
infiniti lupi. cū tn̄ vnus lupꝰ sit sufficiens cō-
tra magna agnorū multitudinē. Hec fuit vi-
tas maximi miraculi ꝙ pauci agni victoriā
habuerūt de infinitis lupis. qn̄ totꝰ mūdus
firmissime credidit verū eē quod primo ha-
bebat pro incredibili et s̄m suos sapientes
ph̄os ꝓ impossibili ꝙ ihūs cristus hō qui
fuit mortalis et mortuꝰ resurrexit ꝑ se viuus
et ꝙ in fine mūdi hꝫ resuscitare omes mor-
tuos. et ꝙ nō minꝰ ē admirabile ꝙ ista duo
incredibilia fuerūt a toto mūdo credita fir-
miter per doctrinam duodecim hominum
scꝫ apostolorū ihesu xp̄i quorum multe fue-
runt ydeote et piscatores. et sic crediderunt
sine donis temporalibus quia erāt paupe-
rimi. crediderunt sine aliqua deceptione qꝛ
predicabant in publico. crediderunt sine ali-
qua vi. quia non legitur de aliqua guerra
per eos facta vel procurata et ꝙ plus est
absq; positione timoris alicuius guerre su-
per hoc factis principibus cristianis seruan-
do doctrinam ihesu cristi suam legem esse
libertatis q̄ voluerit credere euangelio sal-
uabitur qui uero non condempnabitur. et
sic durante uita apostolorum in toto mūdo
splēduit et fructificauit doctrina ihū cristi.
Et fuit hoc admirabile. ꝙ nō obstātibꝰ oī

bus persecutoribus vt cōiter om̄s ipsi rece-
perūt martiriū ꝯpletis dieb⁹ senectutis eoꝝ
In quoꝝ tēpore et ducētis sequētib⁹ ānis
paucos dicā. si dico centū mille xpianos ꝓ
cōfessione veritatis quā tractam⁹ scꝫ ihesuꝫ
cristū filiū marie esse verū deum volūtarie
ipsimet se offerēdo cū magnis tormētis fue
runt mortui. Etiā dicā paucū si dico vnū mi
lionē gentiliū vidēdo firmitatē martirū i di
cto tēpore recepisse baptismū et ꝯbustis suis
ydolis factos esse veros xpianos ꝙ non so
lum accidit rome in grecia in ytalia in parti
bus occidentis sed etiā in toto mūdo impe
ratoribus illius tp̄is existētibus dn̄is totius
mundi. et si in aliquibus regionibus erant
diuersa dn̄ia ipsimet principes faciebāt con
tra xpianos similes persecutiōes. Speciali-
ter de hoc sunt manifeste histoie actoribus
earū mortuis. iam sunt elapsi mille agni ꝙ
de arabia et de persia qui sunt prima dn̄ia
habita persecutatores legis machometi fue-
runt ꝗplurimi gloriosi martires sancti quo
rum festiuitates vbicūqꝫ sunt cristiani cele-
brat ecclesia. vn̄ multi principum et speciali
ter imperatoꝝ multi videntes ꝙ non dimi-
nuebant predictā sanctam veritatem: sed ꝙ
per sua tormenta eam fortificabāt multipli-
catis cōfitentibus tādem cessauerūt aliquo
tēpore executare suas ordinatiōes crudeles
et mandata in cristianis. Ista tertia perse-
cutio tirannorum fuit maximū examen ve-
ritatis quā ego predico et omēs sui fideles
scꝫ ihesum filium marie esse verū filium dei
Istud tertiū examen in tanta confirmatiōe
profuit huic veritati ꝙ destructis templis
ydolorum fuerunt in toto mundo edificate
solennes ecclesie. In quibus cum magnis
laudibus ymnis et singularibus cantibus
septem horis diei publice confitet predicta
veritas. Cantoribus assignato salario de
publico sufficienti et multū honorabili spe-
cialiter in ecclesijs cathedralibus. et sic patꝫ
tertiū examen. in quo explicatur vnum secre
tum ꝙ omnes principes mundi non potue
runt extinguere lucem predicte veritatis da
tā per eos mortem pluribus ꝗ centuꝫ mille
martiribus et ꝙ illo tempore fuerunt con-
uersi ad fidem plures: quam vnus milio
gentilium.

Quartum examen.

Cum xpiani iam fuissent in pace et trā
quillitate ad fidem ꝯuersi et sic cessan
te persecutione gentiliū cōtra eos ex inter se
metipsis natū est quartū examen ꝙ predictā
veritatē scꝫ ihesum filiū marie esse verū deū
apurauit vsqꝫ ad vltimū punctū. Hac perse
cutiōe existēte periculosissima qr est inter eos
qui sunt eiusdem domus qn̄ plurimi magl
literati qui erant de principalibus ecclie pa
triarche. archiepi. episcopi. presbiteri. et dya
coni et nō minus laici. cū multis et magnis
argumentis noui et veteris testamēti quod
gentiles facere non poterāt qr nesciebāt nec
iudei allegabant contra xpianos: ꝙ confitē
do predictā veritatē stabant in magno erro
re ex quo ipsa non approbat per scripturam
eorū habita ꝓ sancta: ymmo allegabāt mul
tos passus eiusdē scōm ꝙ ipsi exponebant
qui videbantur contrariū dicere. quoꝝ ra-
tiones et argumēta etiā multoꝝ doctorum
catholicoꝝ in prophecia et methaphisica
fundatorum et in theologia perfectissimoꝝ
vt amplius predicta veritas apuraret facta
habemus scripta in tanta habundantia ꝙ
omnia argumēta que fiunt per infideles cō
tra eandem faciunt paruissimū volumen et
paruam empesiam. Sic ꝙ per apparentiaꝫ
eorū dicta veritas ꝗtum ad studiosos in le
ge dei sit nec in minima parte obscurata: ꝙ
per seipsum quilibet ꝗtumcunqꝫ infidelis
posset videre si vellet attendere etiam paruo
tempore cū pura intentione cognoscendi ve
ritatem et ea cognita amare eam et amādo
confirmando se illi et defendere eam. hoc di
cto in omnibus nationibus mundi et inter
omnes sapientes scientiarū existente appro
bato ꝗ multa reputantur falsa et adhuc im
possibilia que examinata diligenti studio
inueniuntur vera et multum necessaria et ꝑ
contrariū de alijs multis. Vn̄ quia circa ex
amen altissimarum veritatum delectantur
ꝗplurimum clarissimi intellectus hominū
et ex alia parte quo ad cognicionem veram
illarū multum prosunt voluntates pure et
dānant affectionate. et ꝗto plus durat mū
dus propter nimiam continuationem exer-
citioꝝ veritates scientiarum plus declarā-
tur et cothidie apurantur. Et ideo examen
predicte veritatis scꝫ ꝙ ihesus filius marie
est verus filius dei. sicut principale omniuꝫ
in ecclesia dei durauit maiori tēpore ꝗ tria
prima examia et durabit vsqꝫ ad finē mūdi

Tunc in maiori fortitudine qñ illud ꝙ machometus bestia q̄ ascēdit de terra non fecit bestia q̄ ascēdit de mari et extollet super oē qd̄ dicitur et honoratur sicut deus sedebit in tēplo et ostēdet se sicut si eēt deus. Vñ studiū huius bestie erit ad hoc vt ponet oēs vires suas ꝙ sit vt deus reputata. cōsequēs est ꝙ faciet crudelissimā persecutionē cōtra oms cōfitentes ꝙ ihūs filius marie ē filius verꝰ dei. et ipsemet deus. Sup qua veritate pro tēpore illo quo plus vniuersaliter hec quarta persecutio durauit vt nō preualeret. facta fuerūt multa ꝯsilia aliqua pticularia aliqua gñalia. Itē multe cōuentiões aplazate āte principes vel cōitates quibus habitis magnis disputationibus allegātes ꝯtra predictam veritatē fuerūt ꝯfusi et dimiserunt errorem suū. multi illorū quos ipsi peruerterant et in fauorē suū venerāt ad dicta cōsilia vel cōgregationes: et qꝛ aliqui pauci remanebāt vel cū fauore aliquoꝝ principum vel sicut ē ꝯdicio falsa ꝓbatarū scienciaruz non gñaliter et in publico Sed nūc isti nūc illi predicādo ad partē iterū reuiuebāt sui errores. Et iō in illis tpibus plus ꝙ̄ in alijs ante nec post fuerūt ꝙ̄plurima cōsilia. Hoc reputato pro sano remedio. et singulari defensione fidei catholice ꝙ veniat ad lucē et ostēdatur in publico quicquid cōtra eā dicitur in abscōdito et nō solū huius veritatis de qua ad pñs loquimur ſ et cuiuscūqꝫ veritatis. ē hec sua propria condicio ꝙ ꝙ̄to plus tractatur et reuoluitur tāto amplius lucet similis lapidi vere precioso qui ꝙ̄to plus politur tanto plus lucet. Est etiā similis auro ꝙ si semel bñ apuratū fuerit ꝙ̄to pluries ponitur in fornace ignis. tanto sine aliqua diminutione sui ponderis efficitur preciosius. Vñ sicut dicit dñs iohānes de ʒegobia Archiepus Cesarieñ. in tractatu contra sarracenos vbi tangit predicta examina. Ego vidi multa examina multarū veritatū catholicarum tēpore meo et fui particeps in illis. Sed de illo quod magis publicū est possum dare exēpluz. Homo quidā cuiusdā magni ꝑñij super certos articulos affirmatos per eos esse veritates euāgelij post habitas per eos aliquas magnas victorias contra fideles qñ venerūt ad cōsiliū auditis suis disputacionibus ꝙ̄tum voluerunt dicere senserūt veritatē ꝓ tam forti suo cōtrario ꝙ amplius nō eleuauerūt caput perdita tota sua elatione. Unde cū nos sciamus certissime veritatez de qua loquimur trāsisse per tam multa. tā grandia. tā fortia tā notoria. et tam examia cōtinuata et ꝙ ꝙ̄to plus de ea tractatur et cōtra eam disputatur vl' aliquid dr̄ tanto amplius inuenitur clarior purior et firmius fundata non possumus predictā veritatē abscondere dño ihu xpo cui seruire debemus fideles mādāte discipulis suis ꝙ illud qd̄ fuisset eis in secreto dictū maifestarēt in publico: et qd̄ audissent in aure. i. in abscondito ꝑdicarent super tecta. quia qui incendit lucernam in domo sua non ponit eā sub modio vel sub lecto. sed sup candelabrū in alto vt clare videantur q̄ sunt in ea quicūqꝫ ingrediūtur in domo sua. Et sic magister veritatis et proprius loquā si dico magister qui ē ipsa veritas. postꝙ fuit captus quādo interrogauit eū iudex de doctrina sua et de discipulis dixit. Ego palā locutus sum mundo. Ego semꝑ docui in synagoga et i tēplo quo oēs iudei cōuenerūt et in occulto locutus sum: Nihil: Interroga eos qui audierūt quid locutus sum ipis ecce hij sciunt quid dixerim ego. In istis verbis ostēdit totā fiduciā sue innocentie qñ acceptabat cōtra se totū mundū in testimoniū. sic etiaz qñ ascendit ad celos dedit mandata suis discipulis ꝙ darēt testimoniū de factis suis et dictis in iudea et iherusalez in samaria et vsqꝫ ad vltimum terre. i. vsqꝫ ad fines totius mundi et rationabiliter hoc precepit ex quo receperat a patre suo in hereditatē dñationē totius mūdi et non solū in hoc habeat firmū testimoniū ꝙ deus pater ꝯstituit eū heredem omnium suoꝝ faciendo caput et principiū non solum omniuz hoīm. sed etiā angelorum minoꝝ et maioruz qui sunt in celo. et consequenter omniuz dyaboloꝝ q̄ angelis sunt subiecti. Propterea ergo q̄ dicta sunt i hijs quatuor examinibus fideles xpiani predicant publice. et confitentur ihesum xpm filium marie esse verū filium dei.

¶ Quot fides xpi est lege moysi antiquior siue prior.

Secundus articulus ē. ꝙ fides christi ē lege moysi antiquior siue prior. Ad cuius euidentiam duo sunt notanda.

Primū ē ꝙ Abrahā ante legē īmo et ante circumsionē iustus fuit et nō fuit iustus nisi merito fidei: vt patet. Gen̄. xv. Credidit abraham deo et reputatū est ei ad iusticiam Itē merito fidei fuit sibi facta repromissio et specialiter illa in semine tuo benedicentur omnes gentes. vt pꝫ Gen̄. xxij. Sequitur ergo ex his ꝙ fides xp̄i fuit ipsa lege moysi tempore prior et q̄uis apostolus hoc specialiter pbat ad gal. iij. exēplo abrahe. tamen hoc idē pbat ad hebr. x. per plura exēpla sic patet d̄ abel. Enoch. Noe. Sara. Isaac. Jacob. Joseph: et Moyse Isti eni et multi alij iusti fuerūt ante legē iustificati. ut pꝫ ibidē Secūdo notādū ꝙ deus promisit abrahe īter cetera quatuor. Primo hereditatis successorem Secūdo hereditatis adeptionem Tercio seminis multiplicationē Quarto vniuerse gentis benedictionē. Et licet ad litteram ista quatuor ei promissa fuerint de aliquo tēporali: principaliter tamē deus spiritualia intelligebat. Primo ergo ꝓmisit sibi deus heredē. s. Isaac. gen̄. xv. Sed ī hoc principaliter promisit sibi xp̄m qui pro tanto heres Abrahe dicitur. qꝛ ex eo ſm carnē descendens in eius regnauit regnat regnabit hereditate. Unde gabriel ait de xp̄o Regnabit in domo iacob ineternū. luce. i. Secūdo ꝓmisit sibi hereditatem tpalē. s. hereditatem chanaā a fluuio egypti vsqꝫ ad fluuium eufratē. vbi supra non ꝙ ipse vnq̄ illam possederit nisi in semine suo. Unde et semini suo dicebatur. Et dabo tibi terrā hāc In hoc autē spiritualiter sibi ꝓmittebatur spiritualis hereditas. s. vniuersa congregatio fidelium tā iudeorū q̄ gentilium. cuius ipse per fidē pater est. Promittebatur etiā sibi hereditas glorie qui propter fidem eius sinus abrahe nūcupatur. Tercio promisit ei seminis multiplicationem sicut stellas celi et sicut harenā maris. Gen̄. xxij. Boni q̄ ex ipso descendunt per Isaac et Jacob sunt sicut stelle celi. Sed precipue veri xp̄iani q̄ sunt eius semē spūale et semen dei repromissum inq̄tum eius fidē imitantur. Sed mali qui ex eo descendūt per ismahelē et filios zethure et per Esau fuerunt sicci et steriles velut harena maris. sed precipue mali cristiani. qui si habent fidem abrahe nomine fidei. tamen eius operibus contradicunt.

Quarto promisit ei deus omnium gentium benedictionem. benedictionē quidem gratie in presenti et glorie in futuro. non ꝙ per eum eēt danda vel fienda hec benedictio sed per semen. nō per quodcūqꝫ semē sed ꝑ vnicum quod est xp̄us non enim in Isaac Jacob. vel Joseph vel Moyse. Dauid vel Salomone vel in aliquo alio homine potuit hoc uerificari. in semine tuo benedicentur omnes gentes Gen̄. xxij. quod declarat appostolus ad gal. iij. dicens. Abrahe dicte sunt promissiones et semini eius non dicit in seminibus quasi in multis sed quasi in vno. et semini tuo qui est cristus. Nota Abrahe cui deus non falleret propter eius fidelitatem et amicitiam dicte sunt supple a deo merito sue fidei repromissiones loquitur ī plurali ꝓpter promissiones supradictas. l quia ſm glosam frequenter idem .i. eterna beatitudo est sibi promissa. et semini eius. i xp̄o. non ꝙ ad cristū fieret ꝓmissio sed quo ad eū pertinebat: qꝛ per eum promittebatur danda benedictio. et ꝙ illud semē sit crist⁹ et non alius: notatur ex uerbis scripture q̄ ē in semine tuo benedicentur omnes gentes n̄ solum iudei. Unde ait non dicit supple scriptura in seminibus quasi in multis qd̄ faceret si de multis vellet intelligi sed dicit quasi in uno et semini tuo qui est cristus. Und̄ de uno solo vult intelligi. et illud unum est xp̄s. Si enim de multis uellet intelligi dixisset. In seminibus tuis benedicentur et cetera. sed dixit ibi semini: volens de uno intelligi ꝓpter quod dicit apl̄us. et semi tuo ꝛ Patet igitur ꝙ cū promissio facta fuerit Abrahe merito sue fidei. sicut ipse apostolus innuit ad hebr. x. Et ista promissio fuit facta diu ante legis dationem ꝙ fides xp̄i promissi processit legem moysi. Et sic ex predicta scriptura. Pauli quasi ex quadam areola aromatum collegi hunc florem pulcerrimum. s. ꝙ fides christi est lege Moysi antiquior.

Qd̄ fides cristi est lege Moysi stabilior.

Tercius articulus est ꝙ fides cristi est lege moysi stabilior. Ad cuius euidentiam duo sunt notāda

Primū ꝙ sicut dicit apostolus ubi supra a tempore facte promissionis Abrahe vsqꝫ ad tempus quo lex Moysi fuit data

fluxerunt āni.cccc.ꝺ.xxx.quos sic cōputat. Rabanus sicut dicit magister in historijs: Act.vij. Dicit enim Rabanus ꝙ a tēpore promissionis primo facte abrahe fluxerunt vsq ad ingressum egypti anni.cc.xv.qꝺ verum est.qꝛ tēpore future promissionis erat abraham.lxxv.annorum et ab illo tpe vsq ad natiuitatem Jsaac fluxerūt.xxv.anni et ab illo tpe vsq ad natiuitatem Jsaac iacob fluxerunt.xl.āni et ab illo tpe usq ad igressum Jacob in egyptū fluxerūt anni.lxxv.ꝺ inde ab ingressu Jacob vsq ad mortē Joseph āni.lxxi. Deinde usq ad exitum filiorum israhel de egypto āni.cxliiij.et quinquagesimo die egressiōnis data est lex. Exo.xix et.xx.et sic sunt.cccc.xxx.anni. Et si dicatur contra apostolū id quod dicit dominus Abrahe Ge.xv.ꝙ semē eius esset futurū peregrinū in terra non sua.cccc.ānis Jdeo dic Stephanus Actuū.vij.non faciendo mentōnem de.xxx.ānis dici potest ꝙ scriptura ñ cōputat inimicitias.dicit etiā Augustinus ꝙ hec cōputatio debet protendi vsq ad mortem.Seon regem amorreorum.et Og regē basan. Secūdo est notādū ꝙ promissio facta Abrahe que fuit iuramēto dei confirmata Gen.xxij.per memetipsum iuraui dicit dns et cetera sequitur in semine tuo benedicentur omnes gentes terre. Et luc.i. Jusiurandum quod iurauit Abraham fuit dictū ꝓpter sui stabilitatē et firmitatē testamētu: Est enī testamētū scriptura auctētica et solida et talis fuit illa promissio.qꝛ fuit summe auctoritatis et summe stabilitatis. Vñ tante fuit firmitatis.ꝙ lex post data non euacuauit ipsam.sed potius semē promissū euacuauit legē.sicut declarabitur articulo.vi.ꝺ cessatione legis. Si enim lex euacuasset promissionem tunc hereditas glorie non esset ex promissione sed ex lege.et si esset ex lege cū abraam Jsaac.et Jacob fuerunt ante legem.tunc non haberent istam hereditatē cū tamen dicat cristus Ma.xxij.adducens illō Exo.iij. Ego sum deus abraham et deꝰ Jsaac et deꝰ iacob non est deus mortuorū sed uiuorū. Viuūt ergo illi nō vita nature.ergo vita glorie.quod plane dicit xps.M.viij. Dico autem uobis ꝙ multi ab oriente et occidente venient.et recūbent cum Abraham Jsaac.et iacob in regno celorum.Jdeo hec hereditas non est ex lege sed ex promissione que cum fuerit merito fidei cristo promissi. quia illam repromissionem habet iā abraham.et non hʒ eā ex lege.qꝛ diu añ legē fuit mortuus.ergo hʒ eā ꝑ ꝓmissionē.ergo cū ꝓmissio fuerit facta et iurata vt ꝓdictū ē merito fidei seqꝛ ꝙ fides xpi ē sūme stabilitatis et stabilior lege moysi cū illa sit euacuata ꝑ semē ꝓmissū hec oīa pulcerrime potuit paulus apl's ad gal'.iij.hoc autē dico uobis testamētū cōfirmatū a deo ꝙ post.cccc.et.xxx ānos facta est lex.nō irritū facit ad euacuandā ꝓmissionē.nā si ex lege hereditas iam ñ ex ꝓmissiōe. Abrahe autē ꝑ repromissionē donauit deꝰ.qꝺ sic explicatꝛ. Hoc aūt.i.promissionē Abrahe factā dico.i.affirmo testamētū cōfirmatū a dō et ꝑ iuramēta.qꝺ sꝫ testamētū post.cccc.xxx.annos.post quos supple facta est lex.non irritū facit.i.nō euacuat ꝙ qdā faceret si ꝑ eā daretꝛ bñdictio ñ ergo lex irritū facit predictum testamētū ad euacuādū.i.vt euacuet ꝓmissionē supple: Abrahe factā non igitur ꝑ legē bñdictio ē qꝛ data ē lex post multū tēpꝰ a ꝓmissiōe facta.q quidā ꝓmissio non dixit ꝙ per leges esset ꝓmissio sed per semē. Si enim ex lege esset hereditas nō ēēt ex ꝓmissiōe et tūc abrahā nō haberet eā quod ē falsū.vt supra dictum ꝓpter qꝺ dicit apl'us Lex non euacuat ꝓmissionem Nā si ex lege hereditas quod oporteret si lex euacuaret ꝓmissionē.iā nō esset supple hereditas ex ꝓmissione qꝺ probat dicens. Abrahe autē donauit dus supple istam hereditatē ꝑ repromissionē Constat ei ꝙ abrahā iā hʒ eā.et nō hʒ eā ex lege qꝛ diu añ legē fuit mortuꝰ.ergo hʒ eā per ꝓmissionē Ergo cū ꝓmissio fuerit facta merito fidei sequitur ꝙ fides xpi ꝓmissi est summe stabilitatis et stabilior lege moysi Hec veritas tan ꝙ una pulcerrima flos colligitꝛ ex ꝓdictis vbis apli quasi ex quadā areola aromatū et ꝓpterea fideles xpiani cōfitentꝛ fidem xpi stabilissimā et lege moysi stabiliorem.

¶ Qꝺ fides xpi ē lege Moysi nobilior et ꝑfectior

Quartus articulꝰ ē ꝙ fides xpi ē lege moysi nobilior et ꝑfectior Ad cuius euidentiam quatuor sunt notanda

¶ Primū ꝙ quis lex moysi non sit effectiua iusticie nec meritoria benedictionis glīe

nō tamen frustra fuit data fuit eñi data pro
pter quatuor causas quas breuiter glo. tāgit
prima ꝓpter peccati ꝓhibitōem vt saltem
timore pene homines cessarēt transgredi vt
hec tandē facerēt voluntate Secūda ꝓpter
populi eruditōēȝ et disposiōēȝ vt scȝ ꝑ legē
morbū suum agnoscerent de cuiꝰ ignorātia
in lege nature conuictus erat vt scȝ populuȝ
dei erudiens ipsū dignū faceret ab precipiē
dū promissionē que est xp̄s. Tercia ꝓpt re/
medij flagitionē vt scȝ homo superbe in su
is viribus fidēs precepta acciperet. in qui/
bus deficiens factus p̄uaricator liberatorē
saluatorēq; requireret Data ē enim lex vt di
cit Aug. ut ceruix superborū qui tātum sibi
arrogabant vt liberū arbitrium sibi puta/
rent ad iusticiā sufficere. quos cū lex trans/
gredi faceret humiliaretur. et sic medicꝰ opta
retur. Quarta ꝓpter futurorū significationē
Legalia enim fuerunt quedā vmbra futu/
rant est significās. quedāq; figura futuram
veritatem presignans vt infra videbitur.
Secūdo notādū ꝙ lex fuit ordinata. id est
ordinabiliter āgelorum ministerio data et
bene ordinabiliter quia inter abraham et
xp̄m. inter promissionem et semen. inter tē/
pus legis nature et tempus gratie. Magno
enim consilio factū est vt nō statim post ho
minis casum veniret mediator. sed ꝙ prio
humanum genus cōuinceret̄ de ignorātia
tēpe legis nature que nec morbi nec medici
daraȝ noticiam dabat. nec ad ista hō ex su
is naturalibus attigere ualebat. Demū con
uinceretur de ipotentia legis scripte quā hō
v̄tute ꝓpria seruare ñ potuit. nec ipsa dabat
adiutricē gratiā ad seruandū ut propter ista
duo scȝ ignorātiā et ipotētiā cogeretur sal/
uatorē petere. nec xp̄i aduentū superfluum
iudicaret. Multiplicate sunt īfirmitates ho
minū contra quas nec per legē nature nec ꝑ
legē Moysi se iuuare poterant ꝓpter qḋ acce
lerauerūt ad medicū qui ueniēs tanꝙ alter
samaritanus vulnera sanauit lāguidi. quē
sacerdos et leuita. i. uetus lex et sacerdotiuȝ
īmisericorditer pertrāsierāt. Luce. x. qui eti/
am tanꝙ alter heliseus coaptāt se corpora/
liter puero mortuo sunamitis filio suscita/
uit eum. quē tamē eius puer cū suo baculo
qui designabat legis duriciā nō potuit su/
scitare. iiij. Re. iiij. qui tanꝙ alter angelꝰ de
scendēs i piscinā nostre mortalitatis sanā/
uit illū quē iuenit sibiq; ueꝙ ecclesie unitum
Jo. v. Qui oīpotens sermo dei patris venit
in mūdū dū oīa mediū silētiū tenerēt. Sap.
xviij. Primū silētium fuit ante legē scriptā
Secūdū sub lege. Terciū in gloria. Primū
fuit ignorātia languoris. Secūdo despera/
tio curationis. Terciū adeptio sanitatis. añ
legē enī homo morbū suū nō cognoscebat.
ideo silebat. nec remediuȝ querebat. Lex āt
ostendit lāguidis vulnera. et ideo data lege
mox fuit ruptū silētium et receperūt egri pe/
tere remediū. Sed quia lex grauis erat nec
auxilium cōferrebat per diuturnos clamo/
res fatigati homines et de salute desperan/
tes cessauerunt loqui. et sic subsecutum est si
lētiū secūdū. Et tūc oīpotens sermo patris
venit in mūdū. Samaritanꝰ appropriauit
ad vulneratū angelus magni consilij in pi
scina descendit: et heliseus ad suscitandum
mortuū accessit. i. summi filius regis descen
dit de equalitate p̄ris ad patibulū crucis. et
de sede p̄ris ad officinā peccati. de lumine
celi ad tenebras mūdi et inferni et ueniens
locutus est pacē. dedit grām ꝓposuit miaȝ
ꝓmisit ueniam. et ita rupto silentio ceperūt
egri magnis clamoribus flagitare remediū
et accelerare ad medicū ꝑ quē vulnera sana
rentur morbꝰ curaret̄ recepta vero sanitate et
dōata imortalitatis felicitate. nihil vltra re/
stabit petēdū. et tūc erit terciū beatū silētiū
ordinabiliter. Ergo et magno dei consilio
data est lex. scȝ inter abraham et xp̄ȝ inter ꝓ
missionem et semē ꝓmissuȝ inter tēpꝰ legis
nature et tēpus legis grē: inter primū silētiū
et terciū. Qñ eī data fuit lex cepit frāgit pri
mū silētium ipsa autē manente fuit secūduȝ
silētiū. et tūc ueniente medico ruptoq; secun
do silētio. tertium hoīes optauerūt. Tercō
notandū ē ꝙ qñ lex fuit data fuit posita in
ptāte huius qui venturus erat uerus media
tor vt staret ꝙdiu ipse vellet et qñ uellet ces/
saret. Ipse aūt uoluit ꝙ cessaret qñ ipse vēit
et tamē verꝰ mediator fuit. Ex quo pȝ. ꝓ cō
tra mediatorē faciunt qui legē cū euangelio
obseruare volūt. Ex quo ulterius pȝ conclu
sio intēta. ꝙ fides euāgelij siue xp̄i non so/
lū est lege: moysi antiqor et stabilior. sed ēt
ꝑfectior. quia ipsam euacuat. sicut illud qḋ
perfectū est euacuat qḋ ex pte est. i. Cor. xiij
Cū eñi uenit mediator et legē euāgelicā sta
tuit: voluit ꝙ cessaret lex mosayca ꝓpter su/

am imperfectionē. et hoc ipse facere potuit. qr in eius ptāte tanꝙ veri domini posita fuit. Quarto notandū ꝙ hic mediator non ē vnius nature sed duplicis. Est eni gigas geminе substantie. s. diuine et humane Ipse igitur cum sit deus et homo inter homines et deū mediat Dū hoīes qui a dō recessāte p se recōciliat. ipse ut de⁹ oīa creauit. s3 in ꝙtum de⁹ nō oia recreauit Et ip se in ꝙtū de⁹ est cū patre et sancto spū vn⁹ de⁹. qr nō sunt plures dij sed unus deus Ex quo patet ꝙ hic mediator non est federator uni⁹ ptis tm̄ sed duarū ptiū. s. dei et hoīs. et p3 ēt ꝙ inꝙtum de⁹ non ē ꝓprie mediator inter deu3 et hoīes. sed in ꝙtū hō. Inꝙtū eni deus non est medius sed equalis deo pri. Itē iste mediator non est arbiter unius populi s3 duorum. s. iudeorum et gentiliū quos tanꝙ duos parietes ecclesie in se angulari lapide copulauerit utriusq3 ppl'i euacuans ritum. ad Ephe. ij. et. i. Pe. ij. ergo qui obseruant legalia xp̄m non ut mediatorem recipiunt qr ipsum videntur asserere mediatorem tm̄ iudeorum quod esse non potest. quia mediator non est nisi duorū populoru3. Ergo qui ex ergo circūcisione uel preputio ad fidem conuersi sunt maneāt sicut sunt. nec curēt circuncisi de preputio nec preputiati de circūcisiōe quia ut dicitur ad gall'. vlti. In uero mediatore ihū xp̄o neq3 circūcisio aliquid val3 neꝙ preputium s3 noua creatura. Hec quatuor notabilia patēt ex intentiōe apl'i ad gal. vbi supra vbi sic dicit. Quid igitur lex. ꝓpt transgressionē posita ē. donec ueniet semen cui ꝓmiserat ordinata per angelos in manū mediatoris. mediator autē unius nō est. deus autem vn⁹ ē q̄ l'ra breuiter sic exponitur. Quid igitur lex. i. ad quid ꝓdest. ex quo sic dictū ē in precedenti articulo nō euacuat ꝓmissiōe3 nec est ex ipsa hereditas. Rn̄d3 apostolus ꝙ inter cetera ad que ꝓdest ꝓpter transgressores supple puniēdos et flagellādos. posita ē q̄ supple stare debuit donec veniret semē. i. xp̄s. cui. i. p quē ꝓmiserat supple deus uel ſm glo. cui. i. de quo dādā oībus gentibus nō solū iudeis grē et glīe benedictiōe3. lex dico ordinata. i. ordinabiliter data eo modo quo dictū est per angelos. i. ad litterā p ministeriū āgelorū q̄ i psona di apparebāt moysi et ei loquebāt uel per angelos. dicit glo. i. p Moysen et aaron q̄ tanꝙ angeli erant ydonei dei ministri. Lex dico posita et ordinabiliter data in manu. i. i potestate et volūtate mediatoris. i. huius qui inter deum et homines et angelos inter duos populos. s. iudaicū et gētilē erat uētur⁹ mediator posita dico et ordinata fuit i manu mediatoris. vt videl3 staret ꝙdiu ipe vellet et qn̄ uellet cessaret voluit autem ꝙ cessaret qn̄ uenit. et qn̄ inter deū et homines inter gētiles et iudeos uerus mediator fuit. et dico ꝙ mediator fuit inter deum et homines et inter diuersorū rituū hoīes. qd̄ q̄dē ē necessarium qr sequitur mediator unius non ē nec arbiter vnius tm̄ sed duorū. s. di et hominis s3 nō uni⁹ ppl'i tm̄ sed duo4 ut dictū ē ꝙuis aūt iste mediator in ꝙtū hō mediator sit duorū in ꝙtū tn̄ de⁹ ē un⁹ cū pre et spūscō. qr vt dicit. Deute. vi. De⁹ aūt unus ē. vel posset hic dici ſm glo. ꝙ dicat hic mediator inter dum et hoīes. et inter hoīes et hoīes. nō iter deū et deū. qr non sunt plures dij. sed deus inquit unus est. Ex predictis oībus quasi ex quadā areola apl's intēdit elicere tres cōclusiones. Prima ē ꝙ i aduētu mediatoris fuit lex moysi euacuata. quia in manu sua fuit posita. et in sua omnimoda ptāte sic dictū est. Scōa cōclusio ē ꝙ qui cū euangelio obseruant legalia contra mediatorem faciunt qui in aduētu suo legē adipleuit dādo sibi finē imo nec ipsū ut mediatorē recipiūt qr facto suo videntur astruere ipsū non esse arbitrum nec federatorē nisi tm̄ iudeo4. tercia conclusio est ꝙ fides xp̄i est omino perfectior uel nobilior lege moysi.

Quod fides xp̄i est lege moysi utilior

Quintus articulus est ꝙ fidēs ihū xp̄i est lege moysi utilior hoc colligitur ex uerbis apl'i infra ca. supradicto quasi ex quadā aromatū areola. vbi consequenter dicit sic lex ergo aduersus ꝓmissa dei. Absit Si enim data eēt lex que posset viuificare uere ex lege eēt iusticia. sed conclusit scriptura oīa sub peccato. vt ꝓmissio ex fide ihū xp̄i daretur credentibus. ad Gal. iij. Hic sunt duo notanda. Primū ē ꝙ p legē nūꝙ fuit uita anime cuius ratio sepe dicta est. quia eius sacramenta non afferebant gratiam et sic non prestabant anime uitam. Secundum est ꝙ circuncisio nō fuit

ex lege sʒ ex patribus vt saluator dicit in Jo
hanne Diu eni ante legē fuit circūcisio insti
tuta. qr Gen. xvij. Dicēdū est etiā. ꝙ ex cir-
cūcisione nunq̄ fuit perfecta vita. qr nunq̄
potuit introducere hoīes vbi ē pfectio vite.
Unde Jacob dixit circūcisus. Gene. xxviij
Descendam in infernū lugēs filium meum
Et dauid circūcisꝰ dicit psal. xxvij. Assimi-
lator descendentibꝰ in lacū. Item per legeʒ
moysi nunq̄ fuit perfecta iusticia. Hec eniʒ
dicit aplus ad ro. iij. ex opibꝰ legis nō iusti
ficatur oīs caro. et illud ex pꝛio sequitur. si ei
per legē eēt uera vita. ac p hec et uera iusti-
cia que ducit ad regnū in quo est perfectō vi
te. ad Ro. iij. Justicia dei est per fidē ihesu
xpi super oēs q̄ credūt in eū. Est ergo fides
ihū xpi lege vtilior et pptera dicit aposto
lus: lex igitur aduersꝰ pmissa dei. quasi di-
cat ex quo euacuata est qn̄ iplenꝰ cepit pmis-
sio nūq̄ aduersa ē diuie pmissioni. Absit n̄
eni est inimica sed cōsentanea diuinis pro-
missis. Uerū ē tn̄ ꝙ fides cuiꝰ merito fuit p
missio. ē vtilior et efficatior lege quod pro-
bat qr lex nunq̄ potuit viuificare nec iustifi
care: Si eni data eēt lex q̄ posset viuificare. i
vitā spūalē afferre. vere supple et nō oppia-
tiue: ex lege. i. ex operibꝰ legis eē. iusticia qō
tn̄ verū nō ē. Sed cōclusit scriptura. i. lex scri
pta cōclusit. i. clausa reliquit oīa. i. oēs ho-
mines tā iudeos q̄ gentiles sub peccato ne
minē ei a peccati carcere potuit expedire. vel
cōclusit. i. clausa demōstrauit eē: per legē ei
cognitio peccati ad ro. iij. que q̄dē prouidē
tia factū ē vt pmissio vite. s. et iusticie et bn̄-
dictionis eterne ex fide ihū xpi n̄ ex lege sup
ple moysi. pmissio dico: i. res pmissa daret
credentibꝰ. supple in xpm pʒ igitur ex pdic-
tis clarissime ꝙ fides ihū xpi est antiquior:
stabilior. nobilior. et multo vtilior lege mo-
ysi. Et qr tā altissime extollit fides ihū xpi
supra legē moysi. Multū debēt credere xpi-
ani filij ecclesie de fidei susceptione. multū-
qʒ debēt animari ad fidei pmissionē. et ad
fidem per opera. pbationē et pfectionē ac d
fensionē. cū ex eadē excellētior sit religio xpi
ana omni alia gente totius vniuersi. quod
pper catholicorū consolationē ex tribꝰ intē
do declarare. Pꝛio ex pte pris et matris. O
fidelis xpiane pater tuꝰ est ihūs xpus. sicut
ex pprietatibus veri patris declaratur. Sūt
eni veri patris cōditiones. Quarū prima ē
ꝙ pater naturaliter appetit filios generare.
desiderat eni speciē multiplicare in filijs.
Un̄ aristo. ij. de aīa tractās de virtute gene
ratiua dicit Naturalissimū ē oī nature viuē
ti generare sibi simile sequit. vt eē diuiorū i
mortale pticipemus. Sic xps nō appetit in
fide sua spūaliter generare. vt eē dei imorta
le pticipemꝰ. Et iō dedit eis ptātē filios dei
fieri his qui credūt in noīe eius. Joh. i. i. in
re nominis eius. Quo ordine filij dei fiāt
et qūo hec generatio nobilissima distingua
tur a carnali subdit q̄ nō ex sanguibꝰ. s. femi
ne quasi materie. et viri quasi formatiui In
quo humanā generationē sm materiā et se
cūdū modū generādi miserā ostēdit. Sʒ ex
deo nati sūt: ecce generatio et natiuitas spi
ritualis. Ut aūt secure credamꝰ hāc excellētiā
sʒ hominē nasci ex deo: subdit deū nasci ex
hoīe Et hac eni susceptione ifirmitatis sa-
natur nr̄a ifirmitas vt possimꝰ dij vel filij di
fieri. et hoc est. Et uerbū caro factū ē. qō su-
perius erat inferius descendit. ¶ Quid ergo
mirū si qō ifenꝰ erat in id qō supenꝰ erat a-
scendit qr si deꝰ factus est homo: credi dʒ ꝙ
hō fiat deꝰ et si deꝰ hō vēit in mūdū ꝙ hō fa
ctus deꝰ ascēdat in celū hec oīa in glo. Se-
cūda cōditio ueri patris est ꝙ desiderat fili
os multiplicare ita et xps desiderat nos i fi
de multiplicare qr vult oēs hoīes saluos fi
eri. et in agnitionē veritatis. s. sue fidei venire
vt pʒ infra et. i. ad Thimo. ij. Sed hāc mul-
tiplicationē filiorū nō appetit ihūs pter d
fectibilitatē sue nature. sicut est in puro hoīe
q̄ qr nō pōt pmanere in seipso cū sit corrup
tibilis desiderat ꝙ conseruet in suo filio et sic
ppetuet generatio. Sed vult ihūs xps pat
i hāc multiplicationē filiorū pter bonitatē
suā quā vult quātū in se ē cōicare oibꝰ. Ter
cia cōditio veri pris ē ꝙ ad filiorū genera-
tionem transfundit de sua substātia suā na
turā specificā tn̄ nō minuit. Sic dei filiꝰ ihe-
sus xpus vt et nos filios dei faceret sine sui
diuine nature minoratione seipsū nobis d-
dit. Quarta conditio veri patris ē ꝙ filios
tenerrime diligit. vnde sepe sibipsi necessa-
ria subtrahit vt filios suos pascat. Sic xps
vt dicit aplus. ij. ad Cor. viij. cū eēt diues
factus est egenus pter nos. et maxime pa
ter illū filiū diligit quē sibi magis similē ꝯ
spicit. et in ipsum intuitū figere cōsueuit. qr
vbi amor vbi oculus. Sic xps magis eum

diligit, qui ei per similitudinē grē mag ap
propinquat. Hic diligenter attēde ꝙ ꝙuis
generaliter oēs xpiani filij dei nominent ex
eo ꝙ credūt ihūm xpm eē uerū filiū dei sic
dictū est. illi tamē ꝓprie imo illi soli possūt
dici filij dei. quib⁹ dicere pōt xps. hic est fi/
lius me⁹ dilect⁹ in quo mihi bn̄ cōplacuit.
Mat. iij. Isti sunt illi q̄ nō solū ore se cōfitē
tur xpianos. Sꝫ corde credūt et opib⁹ osten
dūt. De malis aūt xpianis quales inter ce/
teros. sunt illi qui obseruāt legalia cū euan
gelio cōquerit xps dicēs. Filios enutriui et
exaltaui: ipi aūt spreuerūt me. Isa. i. Qui
ei deberēt eē filij xpi sunt hostes cristi. Et sic
patet dignitas religōnis xpiane ex parte pa
tris qui est ihesus cristus deus et homo ha
bēs conditiones ueri patris. Ostenditur eti
am dignitas religiōis xpiane ex pte matris
Sed dicēs q̄ est ista mr̄ nr̄a. Rn̄det aplus
ꝙ illa q̄ sursū ē hierusalē ē mater nostra ad
gal. iiij. qd̄ vt intelligere valeam⁹ recitat Se
neca libro. iiij. declamationū. declamatiōe
ij. Secūda de quodā q̄ mortua vxore que i
ptu perierat statī duxit aliā. et puerū prime
misit ad alēdū ad villā quādā extra ciuita/
tē. et ex alia vxore statim aliū hūit quē misit
etiam ad villā eodē mō alendū cū primo.
Post multū vero tēporis redierūt pueri per
omia similes. Licꝫ ei secūd⁹ eēt mioris eta/
tis ꝙ prim⁹ qꝛ forte vni⁹ anni. nihilominus
tn̄ tant⁹ erat secūd⁹ quāt⁹ erat prim⁹ sicut ml'/
totiēs accidit et forte vterqꝫ prīzabat in cor
pore et facie. querēte aūt matre quis eorum
esset filius su⁹ noluit ei dicere pr̄. et ideo ipa
flente et filij uidētes mrēꝫ siue nouercā flen
tē flebāt. et forte vterqꝫ ipoꝝ timebat ne eēt
preuignus. quos pr̄ alloqꝫ dicēs: Quid fle
tis o pueri nō opꝫ timere nouercā. lites sunt
inter me et vxorē nō īter uos. dimittatis eaꝫ
facere mecū qꝛ nō indicauit quis eēt fili⁹ su
us dubitās ꝙ si sciret nō hēret curā nisi de
filio suo et nō de filio alterius matris: Ita/
qꝫ sic remanēte in dubio curā gerebat vtrius
qꝫ equalē. Spūaliter p istū patrē intelligi/
mus xpm qui hꝫ duos filios. vnū de matre
mortua i ptu. hec ē mala cōscia que cōcepit
dolorē et pepit iniquitatē. psal. vij. que in p
tu morit Ge. xxxv. cū pturiret Rachel ob
difficultatē ptus piclitaretur peperit filium
nomine benoym. q̄ in nostra lingua sōat pri
cipiū doloris mei. ps. xlvij. ibi dolores vt p
turiētis. Alia vxor ē cōscia bōa que hꝫ filiū
scꝫ iustū et bonū virū qui a deo in villa isti⁹
mūdi eqꝛ aliter nutrit cum malo: Math. v.
Pluit super iustos et iniustos: et solē suum
oriri facit sup bonos et malos et ābo sunt
in ecclesia que ē nouerca malorū et mat bo
norū tn̄ ignorat quis sit suus fili⁹ vel preui/
gnus. q̄s sit iust⁹ vel iinst⁹ expliciare in gratia
dei. qꝛ vt habet Eccl's. ix. Nemo scit vtrū a/
more vl' odio dign⁹ sit. plorat ante regē Sa
lomonē mat. iij. Regū. iij. vt filiū nō mor/
tuū in peccatis sed viuū i grā cognoscat. qd̄
pater noster ihūs xps occultat ne peccator
sine nutrice maneat et mrē. Rixāt filij quos
pr̄ cōsolatur. qꝛ p maiori utilitate vtriusqꝫ p
tis facit. qꝛ boni per admixtiōem malorum
sunt in maiori merito. et mali citi⁹ possunt ꝯ
uerti. qꝛ ſm Aug. mal⁹ ideo viuit vt vel cor
rigat: ul' ut per cū bon⁹ exerceat: sic ergo ista
Articulus autem de vita eterna quam electi post mortem asse quent fuit figuratus i scala. iacob de quo dicit Ge. xxviij. q vidit scalā tāgentē celum et angelos ascen dētes et descendētes et dnm̄ innixū scale. Scala significat vitā scām q̄ h3 multos gra d⁹. qm̄ multi sūt grad⁹ sācitatis. p hanc de scēdūt angeli dei vt informēt hoīes et ascen dēt viri āgelici vt videāt dnm̄ ipi scale inixū cuius quidē visio erit vita beata. fuit et figuratus in terra pmissionis quā filij isra el post transitū deserti post multos labores multasq3 prelia adepti fuerūt. sic et fideles p⁹ transitū deserti pñic sequētes ducatū colū ne nubis et ignis. i. vite saluatoris post mul tos labores bonorū operū. post multas vi ctorias viciorū et hostiū spūaliū beatificā vitā que eterna erit finaliter assequētur. Sb isto articulo continetur fides de morte eter na reprobis debita. q̄ fuit figurata. Nume. xvi. vbi dicitur q Chore datan et abiron et multi alij propter peccatū suū viui descende ret in infernū. sic et reprobi viui vita natura li priuati tñ vita grē et glē descendūt in infer nū et tunc erit verū qd̄ dicitur. Math. xxv. q ibūt reprobi in suppliciū iusti autē in vi tā eternā. Electi figurantur per pincernam pharaonis cui dixit Joseph: Memēto mei cū tibi bene fuerit et cetera. Reprobi autē p pistorē qui āputato capite suspensus est in cruce. Ge. xl.

¶ De prefiguratione vnitatis ecclesie

Articulus de vnitate ecclesie fu it figurat⁹ in archa noe in taber naculo federis i tēplo salomo nis et in iherusalē terrestri Jn archa fuerunt cōgregata aīalia de oī sexu et genere. et i n ecclesia catholica sunt col lecti iu de⁹ et gentilis. mascul⁹ et femina. liber et ser u⁹. hō irrationalis et vtens rōe Archa fere batur super aq̄s et ecclesia fuit sup tribulati one huius mundi ad archā colūba rediēs portauit ramū oliue. et xp̄s ad ecclesiā rediē tēs spūaliter denūciat pacē. Jn mūdo inqt pssuram hēbitis in me aūt pacē. Joh. xvi. Extra illā archā null⁹ saluari potuit sic et ex tra ecclesiam nullus pōt eē salu⁹. De his oī bus hēs. Ge. vij. et. viij. Jn tabernaculo et in tēplo colebaf et adorabaf deus: fiebant ibi sacrificia p que remittebāf peccata. et pec catores recōciliabāf deo. sic in sola ecclesia est diuin⁹ cult⁹ offerūf grata sacrificia. recōci liāf peccatores et remittitur tibi peccata. vñ bñ dicit ecclesia. Credo vnā sctā ecclesiam catholicā sanctorū cōionē. remissionē pecca torū. i. in qua sola est sāctorū cōio et remis sio peccatorū. Ibrl'm etiam erat ciuitas sacer dotalis et regia. s3 excellentius sctā ecclesia. quia in ea sunt omnes xp̄iani sacerdotes et reges facti in sanguine ihū xp̄i. Apoc. v. sic igitur habemus totā fidei cōtinentiā in scrip tura veteri multipliciter figuratā et cetera.

¶ De p̄figuratōe cauēdorū. s. vij. capitaliū vitiorū et transgressionis. x. p̄ceptorum.

Quantū ad secūdū scīedū q pec cata q̄ oīno cauere debem⁹ fue rūt figurata multipliciter. s. i le pre plaga. de qua Leuit. xiij. Jn lepra ma ne de qua Nume. xij. Jn lepra giezi. d̄ qua iiij. Reg. v. Jn morticinis et imūdicijs que fuerūt i multis locis phibita in lege. pecca tū ei aīam facit leprosā. et ipsā eicit a cōsor tio angelorum. facit enim animā imūdam et fetidā plus q̄ esset aliqua legalis imūdi cicia. vel aliquod morticinū faceret. Septē autē peccata mortalia fuerunt figurata per septem funes quibus ligatus fuit samson. Judicū. xvi. Sunt enī peccata quedā vincu la et funes quibus ligantur peccatores ne libere possint incedere vel operari. Decē aūt transgressiones contra xp̄i precepta decalo gi fuerunt figurata p. x. cornua bestie. Dan. vij. de quibus egreditur. ti. loquens contra deum blasphemias per quod desperatō et finalis impenitentia figuratur. Sic ergo ha bemus q peccatum in generali et peccatorū numerus multipliciter fuerūt in scriptura ve teri figurata et cetera.

¶ De p̄figuratiōe malitie inimicorū spūaliū

Q Uantum ad tercium notandū q inimici spūales qui nos p peccato fuerunt et gratia dei et virtutibus spoliant in scriptura veteri figurantur in serpēte qui sedurit Euam. Gene. iij. et in serpentibus qui percusserunt filios israhel. Nume. xxi. et in vrsis et leone quos interfecit dauid. i. Regū. xvij. et in duobus vrsis qui deuorauerūt. xlij. pueros. iiij. Reg. ij. Et in duobus principibus latronū Isbo seth. filium saul. ij. Rex. iiij. Et in duobus draconibus de quibus habetur Hester. x. Demones enim qui per serpentem. vrsos et dracones figurantur aliquando persequūtur ecclesiam manifeste sicut leo. Aliquādo occulte sicut draco et serpens et latro figurantur etiam per illos qui persequebantur filios israel in deserto. contra quos pugnauerunt. Moyses et Josue. Et non vacat a mysterio q nunq potuerunt superare Jebuseos per quos carnis vicia que nūq perfecte in hac vita de lege cōmuni superantur figurantur. Figurantur etiā per goliath. saulē et ablalonē psecutores dauid. Item figurantur p egiptios. chaldeos medos. persas. grecos romanos. hebraica populi persecutores.

De pfiguratōe virtutū et efficacie sacramētoꝝ

Q Uantū autem ad quartū notādū q arma et remedia quibus sanantur peccata et vincūtur spūales inimici sunt. vij. sacramēta. vij. virtutes. vij. dona. et. vij. bona spūalia.

Septē sacramēta sunt figurata multipliciter et pmo de prefiguratione baptismi.

B Aptismus figuratus fuit in diluuio Ge. vij. In mari rubro. Exo. xiiij. Sicut enim in diluuio et in mari rubro fuerunt consumpti omnes peccatores. sic in baptismo xpi sanguine rubricato omnia peccata delentur.

De pfiguratione sacramēti cōfirmatiōis

C Onfirmatio fuit figurata i vnctione regū. hoc enim sacramento xpiani roborantur in fide et sicut reges ad spūalia bella preparātur. vide de vnctione. saul. i. Reg. x. et de vnctiōe dauid. i. Reg. xvi.

De pfiguratione sacramēti eucharistie


S Acramentum eucharistie fuit figuratū in oblatione melchisedech qntū ad spēs offerebat enī panem et vinū. Ge. xiiij. Et in agno pascali qntū ad cōtentū in sacramēto. quod ē vera caro xpi. exo. xij. Et ī māna ad saporē spūalem. Exo. xvi. habebat eī māna omne delectamentum et saporē suauitatis. Sap. xvi. et multo fortius in sacramento altaris. Figuratum etiam fuit per omnia sacramenta antique legis.

De pfiguratione sacramēti penitentie

S Acramentū autē pnie qntū ad contritionem in gemitu dauid fuit figuratum de quo in. ps. vi Laboraui in gemitu meo et cetera. Et in fletu ezechie. iiij. Regū. xx. Quantū ad cōfessionem fuit figuratū in leprosis. de quibus preceptum est vt se ostenderēt sacerdoti. Leuit xiij. Et in confessione dauid qui dixit postq peccatū cōmiserat peccaui domino. ij. reg. xij. Quātū ad satisfactionem fuit figuratus in facto regis. Niniue. Vide Jone. iij. quo per humilitatē et ieiunia domino satisfecit Quantum autē ad vniuersa figuratur hoc sacramentum per septem lotiones quibus se lauit Naaman in Jordane et mundata fuit eius lepra. iiij. Regū. v. Jordanis interpretatur iudicium. et significat penitentiam per quam peccatores se iudicans ne iudicentur a domino et in hoc. Jordane se debet lauare septies contra septem peccata mortalia vt sic mundetur spūalis lepra. Figuratur etiā per. xi. saga cilicina quibus tegebatur tabernaculū. Exod. xxvi. q cōtra. x. pcepta decalogi sunt. x. transgressiones que figurātur p x. plagas. egypti Vide in Exodo. de quorū medio egreditur. xi. i. desperatio et finalis impenitentia que fuit figurata per. xi. cornua bestie sicut dictum est supra. Et figurantur hec. xi. mala non solum per. xi. cornua verū per. xi. apostolos de quibus in. ps. lxxxij. Moab et agareni et cetera vide glosam et interpretationes contra que. xi. mala debet se

peccator pũgere. xi. fagis alicinis pnie vt sic vulnus aperiatur et virus egrediatur

De prefiguratione sacramenti ordinis.



Sacramentum ordinis fuit figuratũ in institutione ordinis leuitarũ et ministrorũ tabernaculi de quibus in li. Numerorum. Et in ordinatione sacerdotum d' qua. Exo. xxviij. pupue autẽ fuit figuratum sacerdotium ecclesie i sacerdotio Melchisedech. de quo ge. xiiij. Sacerdos eni ecclesiasticus non est sacerdos secundũ ordinẽ leui sed secũdũ ordinem melchisedech i: psal. cix.

De prefiguratione sacramenti matrimonij



Sacramẽtũ autẽ matrimonij noue legis fuit figuratũ in mrimonio q fuit inter Adã et euã. vñ ipse dixit. pter hoc relinquet homo patrem et matrẽ et cetera. Ge. ij. Adã enim non legitur habuisse nisi vxorẽ vnicã. vnde ibi dixit adherebit vxori sue non vxoribus. Figuratũ etiã fuit p matrimoniũ quod fuit inter Isaac et rebeccã. de quo Ge. xxiiij. Ipse eni Isaac fuit vnic' vnice. ppter hoc imunis fuit ab illa maledictione quã icurrit. Lamech qui prius induxit bigamiã Ge. iiij. Et tale d3 eẽ matrimonium ecclesie. De tali eni dic apostolus ad ephes. v. Sacramẽtũ hoc dico magnũ in xpo et in ecclesia. Nec etiaz dico quin bigamia vel octogamia sit vez matrimoniũ sed tamẽ multũ deficiat a ratiõe sacramẽti. Notat super hoc Alexander d' ales in. iij. tractatu. ij. super pcepto. q habere plures vxores fuit adulteriũ ipsi Lamech. ppt duo. Primo q2 fuit contra ius naturale. sc3 ne facias alij quod tibi non vis fieri. Et vir non vult q vxor diuidat carnẽ suam cũ mltis. et ita peccauit in deum. Secũdo q2 fuit contra morem et consuetudinem et moderãtiam. Ex incontinentia eni imoderata plures habuit. et sic scandalizauit proximũ. sãcti vero patres non cõmiserunt adulterium in habendo plures. nec peccauerunt contra ius naturale q2 cum eis occulta inspiratiõe fuit dispensatũ. nec contra morẽ. q2 ia3 erat in cõsuetudinẽ tractũ. Et nota q causa dispensationis fuit triplex. s. propter multiplicationem cultus dei exemplo Abrahe. Ge: xvi. Item in figuram Coniugiũ enim patz significabat connubiũ cristi et ecclesie q̃ mltiplicatur per contẽplatiuos et actiuos. s. filios et mercennarios. quod figuratũ fuit in vxoribus. Jacob liberis et ancilis siue concubinis. Ge. xxxi. Itẽ ppter moderãtiã et tẽperantiam. Moderate eni appetebãt antiq patres coitũ. s. ppter solã ppagatõnẽ ad cultũ dei. exẽplo dauid. ij. Reg. xxvi. Ad maiorẽ autẽ euidentiam predictorum Nota. q concubina dicitur duobus modis. Uno mõ assumpta ad tempus ad prolẽ pducãdam q dicitur assumpta ad tempus. hoc dicitur ad differentiam vxoris et q dicitur ad plẽ procandam. Hoc dicitur ad differentiã meretricis. talis concubina non est vxor et cou' cũ ea est fornicarius et illicitus fm se. et ẽ etiam cõtra legem naturale3 et scriptã. Jus ei publicũ legis naturalis dictat procreatiõnẽ filiorum cũ educatione et hereditatis successione. quod non posset esse nisi esset copula parentũ inseparabilis. Item est cõtra ius puatum rõis. quod dictat non facere alij q̃d homo fieri nõ vult sibi et ecõuerso. Quilib3 enim vir vult vt effectus eius cui copulatur sibi iseparabiliter adhereat. Secũdo modo dicitur cõcubina assumpta insepabiliter ad semper. sed cõditionis seruilis. et sic realiter erat vxor Sed tñ dicitur cõcubina q2 nõ erat principalis vxor. vnde Ge. x. vi. Sara dedit abrahe Agar in vxorem. Rachel dedit balam ancillam viro suo in coniugium. Gen. xxx. licet autem quelibet talium diceref vera vxor et inter virum et cã diceretur verum matrimonium. deficiat tamen a rõe sacramẽti quod est vnica ad vnicam vt dictu3 est Ulterius nota hic domin' bonauẽtura i. iiij q pdicta dispensatio de pluribus vxoribus n fuit tempore nature institute. q2 tunc nõ erat necessitas sterilitatis nec in tempore gratie est. quia multiplicatum est genus humanũ ad cultum xpi. Sed ratione vtilitatis fuit tẽpore abrahe quia ante cum multiplicabanf non ad cultum dei sed ad mala et ideo deleti sunt de terra Sed ratione honestatis ad illos se extendit qui vxoribus et concubinis tẽpantur et ad cultũ dei multiplicandum faciebant et volebant vti Hec autem dispẽsatio facta est diuina inspiratione in patriarchis et rege dauid quãdo et quoniã vtrisq facta

est de semine david repromissio. Et quia isti erant tanq̄ capita. et imitandi erant tā q̄ sancti intellexerunt recte dispensationem ad omnes extendi qui erant imitatores eorum et mos fuit ex hoc introductus durans usq̄ ad christi aduentum.

De prefiguratione extreme unctionis.

Sacramentum extreme unctiōis fuit figuratum in multiplici unctione veteris testamenti. Tunc enim ungebantur reges et sacerdotes templum et altare et certe cum christianus est propinquus morti. tunc propinquus est ut sicut rex adipiscatur regnum glorie. ut etiam sicut sacerdos offerat deo sacrificiū laudis perpetue ut etiam in eius anima templo et altari summus pontifex deus colatur laudetur et honoret in eternum et propter hoc ungitur cristianus cum est propinquus morti. Ungebantur etiam antiquitus pugiles. et sic christianus i morte. quia aggreditur bellum fortissimum tunc enim ipsum hostis impetit vehementius propter quod oportet ipsum tanq̄ strennuum pugilem strennue dimicare. Ungebantur etiam antiquitus sponse cum viris tradebantur. Unde et uxor ab ungendo dicitur. eo q̄ ungeretur et certe anima cristiani cum debet exire de corpore debet tradi celesti sponso. et traduci in tabernaculum eius ut eius castis amplexibus perpetuo delectetur

De p̄figuratione. vij. donorū spūssācti:

Septem autem dona de quib⁹ dicitur Isa. xi. figurata sunt per septem crines capitis samson. quibus rasis ab eo recessit fortitudo Judicum. xvi. et vere exclusis a capite hominis. i. ab anima. vij donis spiritussancti recedit ab homine fortitudo. Figuratur etiam secundum expositionem Grego. per. vij. filios iob. Job. i. Per dona enim spiritussancti adoptatur homo in filium dei perfectissime. ut sit dignus hereditate superna.

De prefiguratione septē virtutum

Septem autem virtutes figurantur p. vij. dies q̄b⁹ deus cuncta fecit opera et postea quieuit. quia per virtutes illuminatur anima et in ipsis quiescit cuȝ per ipsas perueniatur ad requiem spūalem in p̄senti et eternam in futuro. Figurantur etiam per. vij. dies festiuitatum legalium. per ipsas enim anima solēnizat. colit deum et a vitijs cessat. Figurantur etiam per illas. vij mulieres de quibus Isa. iiij. Apprehenderunt. vij. mulieres virum vnum et cetera. Nemo enim est vir nec vir vnus vnitate grē nisi quem iste domine apprehendūt.

De prefiguratione. vij. bonorum spiritualium. et primo bonitatis crucis in passione christi.

Tunc etiam alia bona spiritualia que multum valent ad superationem hostium ac etiam ad purgationem viciorum Primum est virtus crucis et passionis christi que fuit figurata i baculo dd. et in. v. lapidibus quos accepit de torrente cum quibus occidit philisteum. i. Reg. xvij. baculus crucem figurabat. v. lapides. v. plagas ihū quas cristianus cū funda sue considerationis debet contra demones facere et sic debellabitur hostis.

De prefiguratione bonitatis et oratōnis matris ihesu cristi.

Secundum autem bonum est virtus et oratio matris xp̄i quē fuit figurata per Judith que holofernē occidit Judith. xiij. et hester que amā et hostes populi israel occidi procurauit. vid in libro hester et per iabel que zizaram percussit. Judi. iiij. et per bersabee matrem salomōis de qua. iij. Reg. ij. ipsa enim et si fuit sponsa dei patris sicut hester assueri. fuit tamen vere mater veri salomonis cui dicit filius suus illud uerbum quod dixit salomon matri sue. iij. Regū. ij. Pete mater mea quod vis neq̄ enim phas est ut auertam faciem tuaȝ omnia etiam que salomon dicit in laudem sponse in li. Cant. de gloriosa matre domini spūaliter expo nūtur.

De p̄figuratōe bonitatis vtutis: ptātis siue auctoritatis ecclesie i orando

Tertium bonum est virtus potestas siue auctoritas ecclesie cuius oratio summe placet deo. Est enim ipsa vnica sponsa christi cui dixit sponsus Cant.ij. Ostende mihi faciem tuã sonet vox tua in auribus meis. vox enim tua dulcis et facies tua decora.

De prefiguratione virtutis orationis sanctorum noui testamenti.

Quartum bonum ē oratio sanctorũ noui testamenti qui iam cũ christo regnãt scilicet appostolorum qui fuerunt figurati in sanctis patriarchis et prophetis. nam sancti patriarche factis et pphe dictis gratiam noui testamẽti prefigurarunt et meritis populum deo recõciliare efficaciter meruerunt de quibꝰ Jsa xxvij. Qui ingrediuntur impetu ad iacob. florebit et germinabit israel. et implebũt faciem orbis semine et cetera. Sãctorũ martirũ qui fuerunt figurati in sanctis machabeis q̃ interpretãtur victoriosi. fuerunt enim re et nomine victores Sanctorũ confessorum qui fuerunt figurati in filijs prophetarum de quibus in.i.et.ij. Regũ. Sãctorum et sanctarum virginum qui fuerunt figurati in abel. q̃ fuit primus virgo de quo Gen̄.iiij. Et in filia iepte. Judi.xi. Et in abysag sunamite que fouit Dauid regem de quo.iij. Regũ.i.

De prefiguratione bonorum pastorum ecclesie.

Quintum autẽ bonum est sedulitas bonorum pastorum ecclesie qui fuerunt figurati per moysen. Josue. et Dauid Jlli enim orando q̃ maxime et nihilominus operando prostrauerunt hostes Vñ quomodo Moyses orãdo prostrauit amalech. Exo.xvij. Sic et boni pastores ecclesie orando et operando. docendo et lucis exempla ministrando hostes ecclesie superant et per ipsos subditi ad sanctitatis opera prouocantur.

De pfiguratõe bonitatis diuine inspiratõis

Sextum bonum est diuina inspiratio que etiam indulcorat huiusmodi amaritudinem et illustrat animam contra errorum caliginem Quantum ad primum figuratur p illud lignum quod ostendit dominus Moysi quod cum in aquis missum fuisset i dulcedinem verse sunt. Exod.xv. Quantũ ad secundum figurantur per fauum mellis quẽ gustauit Jonathas et illuminati sunt oculi eius.i. Regũ.xiiij. Que etiam figuratur per angelum domini qui descendit in fornacem. et cetera. Dan̄.iij. quoniam refrigerat concupiscentiam.

De prefiguratione bonitatis discrete consi derationis hominis

Septimum bonum est discreta hominis consideratio. debet enim homo sepe considerare et ad memoriam reducere. vij. christi beneficia. vij. matris gaudia. vij. effusiones sanguinis ihesu. vij. ordines sanctorum qui sunt in patria. vij. offẽsas quibus offendunt homines deum. per vij. peccata mortalia. vij. plagas nouissimas de quibus Job. Apocal. xv. per quas intelliguntur. vij. inferni supplicia. vij. dotes glorie quas merentur electi per. vij. opera misericordie. septem sanctorum ordines figurantur per septem boues pulcras et crassas et septem dotes glorie per septem spicas plenas et formosas omnes quia reprobi per septem fedas boues. et confectas macie. et septem inferni supplicia per septem spicas percussas vredine de quibus omnibus habetur Gen̄. xli. Per quas septem considerationes ruit mundi vanitas peccati vilitas. carnis cõcupiscentia. et demonum fraudulentia Vnde figurantur iste septem considerationes per illos septem circuitus quos fecerunt filij israhel circa vrbem. Hiericho ipsos archa domini precedente Josue. vi. Sic et christus qui est archa domini christianum precedat in presenti exilio sit semper ante sue mentis oculos et sic septem circuitus et septem considerationes predictas faciat q̃tum ad ipsum mũdi vanitas destruetur Apparet igitur ex premissis q̄ secundum q̄ dicit appostolus ad

Hebre.ix. facta in veteri testamento fuerunt parabole instantis temporis et sic omnia in figuram contingebant in illis .i. Corinth .x Et sic patet primum principale huius considerationis tercie.

De prefiguratione correctionis nostre in tempore gratie.

Circa secundum huius tercij pūcti est sciendum ꝙ tempus gratie vt dictum est. est tempus peccata corrigendi et cauendi ad q̄ multum valent peccata veterum que punita fuerunt temporaliter In quorum quidem punitionibus figurabatur punitio xp̄ianorum sempiterna si comittant similia.

De prefiguratione correctionis superbie

Ad correctionem enim superbie et inobedientie multum valet mortalis Adam figura in tunicis pellicejs eiusq̃ eiectio de paradiso. que ipse et vxor sua meruerunt pro se et cunctis posteris suis pro eo ꝙ consentientes suggestioni dyaboli superbi et inobedientes fuerunt. Ad hoc etiam multum valet expulsio Saul de regno qui propter superbiam et inobedientiam regnum israel amisit sicut de hoc habetur .i. Regū. xv. et .xvi: Ad hoc etiam multum valet suspensio Absalonis in quercu. qui propter superbiā et ambitionem regnandi suspensus in quercu fuit a Joab interfectus .ij. Reg. xviij. Multum etiam valet ad hoc plaga cōminata Ezechie propter hoc ꝙ quadam ostentatione ostenderat babylonijs omnes thesauros domus sue .iiij. Regū. xx. valet etiā ad hoc mors illorum principum quinquagenariorum qui superbe loquentes Helye meruerunt extingui ab igne celesti .iiij. Reg. i.

De prefiguratione correctionis inuidie.

Ad correctionem etiam inuidie multum valet maledictio Cayn qui propter inuidiam abel interfecit. Ge. iiij. reprobatio esau qui fratrem suo Jacob inuidens et odio habens sicut dicitur Genes. xxvij. fuit temporaliter reprobatus. Valet ad hoc tribulatio quam passi fuerūt filij Jacob qui inuidentes ioseph. Ipsumq̃ odio habentes sicut dicitur Gene. xxxvij. sustinuerunt propter hoc tribulationē multiplicem in egypto sub eodem Joseph fratre suo. Valet etiam ad hoc vexatio saul qui inuidens Dauid nec rectis oculis ipsum aspicere valens propter hoc quod dixerunt mulieres. percussit Saul mille. et Dauid. x. milia fuit inuasus a maligno spiritu .i. Regū xvi. Ad hoc etiam multum valet lepra Marie et leuitarum plaga. quia inuidentes murmurauerunt contra moysen. De maria habetur Nume. xij. de leuitis. xvij. Ad hoc etiam multum valet interfectio. Adonie qui inuidens salomoni regi israel propter hoc fuit interfectus .iij. Regū. ij.

De prefiguratione ad correctionem Iracundie.

Ad correctionem iracundie valet maledictio Cayn. cui dixit dominus vbi supra: Cur iratus es. quare concidit vultus tuus et cetera: Valet etiam maledictio furoris Symeon et leui. qui irati propter stuprum dine interfecerunt sichimitas: Genesis. xxxiiij. de quib⁹ dixit Jacob maledicēdo Ge. xlix: In furore suo occiderunt virum. maledictus furor eorum et cetera. Valet insuper ad hoc submersio pharaonis et egyptiorum qui turbati et irati propter exitum filiorum israhel insecuti fuerunt eos. et tandem submersi sunt in mari rubro. Exod. xiiij. Valet etiam ad hoc mors nabal de quo dicitur i Reg. xxv. ꝙ erat vir durus. maliciosus et pessimus. propterea factum est cor eius emortuum. et ita percussit dominus. Nabal et mortuus ē

Auaricie

AD correctionem etiam peccati auaricie occurrit Achor vel achan qui accepit de anatehemate hierico regulam auream propter suam auariciam et argentum et pallium propter quod fuit lapidatus et cuncta que illius erant igne consumpta Josue.vij. Occurrit etiam achab qui concupiuit iniuste vineam naboth propter quam et ipsum fecit interficiam dixit helyas in hocloco in quo linxerunt canes sanguinem naboth lambent sanguinem tuum etc.iij. Regum.xxi. Occurrit insuper giezi qui propter cupiditatem suam et auariciam accepit a naaman tria talenta argenti et vestes mutatorias duplices .propter quod lepra naaman adhesit ei.iiij. Regum.v.voluit etiam vendere gratiam sanitatis. Occurrit helyodorus qui volens rapere pecunias que erant in erario fuit verberatus egregie. et positus in gestatoria sella.ij.Mach.iij

Accidie.

AD correctionem autem accidie occurrunt dina que peruagans regionem egressa vt videret mulieres illius terre fuit a sichem oppressa. Gen. xxxiiij. Filij israel qui vacantes ocio expectantes moysen fecerunt vitulum. Exod.xxxij.et propter vitulum quem adorauerunt.xxiiij.milia fuerunt interfecti. Dauid qui ocians in solario domus concupiuit bersabee cum qua et concubuit.et postea vriam virum suum interfici fecit.ij. Reg.xi. Sodoma cuius peccati occasionem dicit propheta fuisse habundantiam diuitiarum.ocium et saturitatem panis Ezech.xvi.

Gule

AD correctionem autem gule occurrunt Eua. esau. ionathas. loth.holofernes. filij israel et sacerdotes bel. propter gulam enim eua maledictionem meruit. Genesis.ij. Esau primogenita vendidit. Genesis.xxv. Loth propter hebrietatem incestum commisit. Genes. xx. Jonathas patrem offendit. et aliqualiter populum turbauit.i. Regum.xiiij. Holofernes a Judith fuit interfectus. Judith.xiij. Sacerdotes belis qui deuorabant que offerebantur a Dario iudicati sunt Dan.xiiij.

Luxurie

AD correctionem autem luxurie occurrunt inundatio diluuij. Ge. vij.et consumptio.v.ciuitatum. Genesis.xix. Interfectio sichimitarum propter dinam Genesis.xxxiiij. Peritio filiorum israel in deserto qui fuerunt fornicati cum madianitis.eo deo multi fuerunt percussi. Nume.xxv. Destructio tribus beniamyn quam propter vxorem leuite quam abutendo interfecerunt quasi omnino consumpti fuerunt Jud.xix.et.xx.capitulo. Infortunium dauid cui propter vxorem vrie hoc contingit quod absalon filius suus ingressus fuit ad concubinas suas.ij. Regum.xvi.sicut propheta ei predixerat.ij. Regum.xij. Interfectio amon propter thamar sororem suam.ij. Reg.xiij Infatuatio samsonis. Judi.xvi. Apostasia salomonis cuius cor fuit depravatum per mulieres.iij. Regum.xi. Interfectio presbiterorum qui concupierunt susannam. Daniel.xiij.

Ydolatrie.

AD correctionem ydolatrie occurrit illud Exod.xxxij. Sedit populus manducare et bibere et surrexit ludere.i.coram vitulo conflatili choreas ducere.vel ludere.i.ad instar puerorum vitulum adorare.qui opere fusorio factus erat. Pueri enim fingunt sibi de luto quedam ydola que postea pueriliter adorant. vnde nihil aliud fuit ludere coram vitulo quam ydolum factum adorare et ibidem dicitur quod leuite de mandato Moysi propter hoc peccatum interfecerunt quasi.xxiij.milia hominum. Illud etiam occurrit de hoc idem quod quasi omnia flagella et captiuitates populi israelitici fuerunt propter ydolatrie sce-

lus. hoc quantum ad primum preceptum. ¶ Ad correctionem blasphemie que est cōtra secundum preceptum habes lapidationem blasphemi. Leui. xxiiij. ¶ Ad correctionem violantium sabbatum habes punitionem illius qui ligna in sabbato colligebat. vide Nume. xv. hoc quantum ad tercium preceptum. ¶ Ad correctionem vero temeritatis vsurpantium officia ministrorum ecclesie habes percussionem ozie qui archam tetigit. ij. Regū. vi. lepram ozie qui thura incendebat. ij. Paral. xxvi. ¶ Ad correctionē inhonorantium parentes habes maledictionem cham qui irrisit patri suo. genesis. ix Et maledictionem ruben qui fedauit cubile patris sui cui dixit pater. nō crescas. Gen. xlix. Maledictionem absalonis qui expulit patrem suum de iherusalem et polluit cōcubinas eius. vbi supra. ¶ Ad correctionem homicidij habes interfectionem illorum qui interfecerunt isboseth. ij. Regū. iiij. et interfectionem Joab qui abner et amasan interfecerat de quo. iij. Reg. ij. ¶ Ad correctionem mechie habes multa que supra statim dicta sunt. ¶ Ad correctionem furti habes lapidationem presbyterorum. Danielis. xiij Duo vltima precepta non habuerunt penā determinatam in lege. Jdcirco quamuis transgressio ipsorum sit peccatum mortale ac mortis eterne meritum ipsorum tamen punitio non fuit alicubi in scriptura veteri figurata.

¶ De prefiguratione ad correctionem malorum principum:

AD correctionem autem malorum principum occurrit pharao propter quem egyptus perijt. Exod. xiiij. Occurrit roboan propter quem regnum israel scissum fuit. iij. Regū. xij. Item sennacherib propter cuius maliciam et superbiam percussit āgelus domini. clxxxv milia assyriorum. iiij. Regū. xix. Occurrit etiam nabuchodo. qui propter maliciam suam fuit quasi conuersus in bestiam. Daniel. iiij Item antiochus de quo dicitur. ij. Mach. ix. quod de ipsius corpore vermes scaturiebant et infra dicitur quod homicida et blasphemus miserabili vita functus est. Occurrit etiam translatio regnorū de gente in gentem quod maxime ascribitur et attribuitur malicie principum Eccli. x.

¶ De prefiguratione ad correctiōnem malorum prelatorum.

AD correctionem malorum prelatorum occurrit heli qui fuit negligens in correctione filiorum qui de sella corruens mortuus fuit. multaque mala populo acciderunt. i. Regū. iiij.

¶ De prefiguratione ad correctionē malorum sacerdotum.

AD correctiōnem malorum sacerdotum occurrūt filij hely ofni et phinees. qui nescientes sacerdotis officium. i. Reg. ij. corruerunt in prelio. i. Regū. iiij. Occurrunt etiam nadab et abiu qui obtulerunt ignem alienū. et ideo fuerūt a domino percussi. deuorauitque eos ignis. Leuit. x. Ignem alienum offerunt sacerdotes auari et luxuriosi quos gehenne incendium deuorabit.

¶ De prefiguratione ad correctiōnem omnium predicatorum

AD correctionem omnium predicatorum occurrit considerare virtutes sanctorum veteris testamenti videlicet iusticiā noe. de qua Ge. vi. fidē et obedientiam abrahe. de fide hēs Ge. xv. et obedientia. Ge. xxij. Itē de virtute eius et pace quā voluit habere cū Loth. hēs. Ge. xiij. Occurrit secundo considerare simplicitatē iacob. Ge. xxv. Castitatē ioseph. ge. xxxix. Humilitatem dauid hēs in multis locis. i. Reg. Jeiuniū Moysi de quo Exo. xxxiiij. Jeiunium helye. de quo. iij. Reg. xix. Abstinētiā Judith vide in libro illo Danielis et sociorum eius. Dan. i. Zelū phinees qui iterfecit fornicatorem. Nume. xxv. et Mathathie. qui trucidauit sacrificātē super arā. i. Mach. ij. Occurrit etiam cōsiderare sedulitatē laborādi. Ruth. et largitatem. Booz. vide in libro ruth. Patientiam. Job. et Thobie vide in libris eorum. ¶ Occurrit etiam considerare

zelū Samuelis qui interfecit regem Agag. i. Reg. xv. et helye qui interfecit sacerdotes Baal. iij. Regū. xviij. Occurrit etiam cōsiderare strenuitatem machabeorum et martyrum Eleazari. et illorum. vij. fratrum. ij. Macha. vi. et. vij. Sic ergo patet ꝙ bene dixit apostolus ꝙ facta veteris testamenti scripta sunt ad correctionem nostram. Dicit enim apostolus. i. Corinth. xi. Dum iudicamur autem a domino corripimur vt non cū hoc mundo damnemur. Sed multum terribile est quod scriptura dicit ꝙ difficile est corrigere quem deus despexerit. Eccl's. vij. vere signum est diuine despectionis quando homo a malis suis non corrigitur qui totiens et in tot locis corripitur per scripturas. Patet ergo clarissime ex his que dicta sunt ī hac tercia consideratione ꝙ omnia que predicamus de christo ihesu. omnia credenda. omnia cauenda. omnis inimicorum spiritualium malicia omnis virtutis sacramentorū et efficacia. omnia predicta et alia fuerunt ī lege et prophetis et psalmis prefigurata. et ad nostram correctionem scripta. quia omnia illa in figura contigebāt illis. i. Cor. x.

¶ Quia omnia scripta de venturo Messia impleta sunt in ihesu christo.

Quartus pūctus et vltimus huius sexti articuli ē videre quomodo omnia que scripta erant de messia venturo fuerunt impleta in christo ihesu saluatore nostro. et ideo ipse verꝰ messias nec alius expectandus. Pro cuius claro intellectu aperiuntur. xij. thesauri. ¶ Primus erit de tempore aduentus christi. ¶ Secundus de eius progenie. ¶ Tercius de assimulatione. ¶ Quartus de loco natiuitatis. ¶ Quintus de eius nomine. ¶ Sextus de eius veneratione. ¶ Septimus de modo viuendi. ¶ Octauus de modo moriendi. ¶ Nonus de causa mortis. ¶ Decimus de eius resurrectione. ¶ Undecimus de premio credentium. ¶ Duodecimus de pena persequentium in presenti et in futuro.

¶ Quia verus messias debebat venire in destructione secundi templi. et ablatiōne sceptri israhel. et impletione. lxx. ebdomadarū danielis.

Primus thezaurus aperitur de tempore aduentus messie. quod sacra scriptura pronunciauit et specifice determinauit. Pro cuius declaratione hic adducam quatuor testimonia. ¶ Primum est testimonium prophetarum secundum glosas. Talmuth. licz in illo libro reperiantur multe vanitates et abbominationes et hereses. non solum cōtra legem euangelicam sed etiam contra essentiam diuinam. et contra legem scripture ac cōtra legem nature vt suo loco videbitur propter que puniri deberent. ¶ Ut tamē ad conuincendam maliciam eorū proprijs auctoritatibus suorum doctorum concludetur aduentus messie sicut optime fuit disputatum cum sapientibus eorum et conclusū et determinatum coram summo pontifice. Benedicto. xiij. presentibus pluribus cardinalibus. prelatis et magistris in theologia. et alijs multis notabilibus personis. Anno domini. M. cccc. xij. xviij. pontificatus eiusdem summi pontificis. ¶ Secundum est testimonium inquisitionis iudeorum. ¶ Tercium erit testimonium iosephi. hystoriographi eorum. ¶ Quartum erit testimonium Pylati qui cum tradidit crucifigendum arbitrio eorum. De primo dico ꝙ tempus assignatum aduentus messie erat in fine secundi templi hierusalem paulo ante destructionem eiusdem templi: vt patet Malachie. iij. vbi dicitur. Ecce ego mitto angelum meum. et preparabit viam ante faciem meam. et statim veniet ad templū sanctum suum dominator quem vos queritis. et angelus testamenti quem vos vultis Ecce venit dicit dominus exercituū. In dicto textu sunt tria vocabula que significant suum aduentum multum prope. Primum est ecce. qd ōndit rem presētē añ nos. Scdz ē statī qd ōndit rem breuissimā vel sine tpe Terciū est ecce venit. Itez quando dixit ad templum suum ostendit ꝙ in hora sui aduē

nis esset templum edificatum et in bono statu per contrarium illius quod credunt iudei qui dicunt quod quando ipse veniet: inueniet eos in captiuitate et templum desertum:
Item secundo sicut dixit Isa.ca.lvi. Hec dicit dominus. Custodite iudicium et facite iusticiam quia iuxta est salus mea vt veniat et iusticia mea vt reueletur et declarant doctores hebreorum in beresitraba.i.genesi magno. Rabi mosse darsan quid voluit dicere. iuxta est salus mea. vt veniat et iusticia mea vt reueletur hoc dicitur pro rege messia. propter quod dixit Daniel capitulo.ix. et adducatur iusticia sempiterna. Item tercio dixit Zach.ix. Exulta satis filia syon. iubila filia iherusalem. Ecce rex tuus veniet tibi iustus et saluator ipse pauper et ascendens super asinam et super pullum filium asine. In quantum dixit ecce rex tuus ostendit eius aduentum breuissimum Et quod restat in hoc textu ostendit quod loquitur de christo ihesu quia in tali habitu intrauit in hierusalem Multum facit admirari quomodo omnes isti prophete fuerunt concordes vt omnes vna voce dicerent aduentum messie esse tam propinquissime et quod postmodum retro cesserit tanto tempore a tempore vltimo predictorum prophetarum vsque hodie cum transierint iam vltra mille septingenti anni. Inuenimus enim balaam Numeri. xxiiij. dixisse prophetando pro rege dauid. videbo eum sed non modo intuebor illum. sed non prope. et ab eo vsque ad dauid non fuerunt nisi quadringenti anni modicum plus Quare per vim habemus dicere quod pauco tempore post dictos prophetas habebat esse aduentus messie. Dicet iudeus per dicta prophetarum bene ostenditur esse aduentus messie in breui. sed quomodo probabitur ei quod ille aduentus fuit in fine templi secundi in eadem hora qua fuit aduentus ihesu christi Dico quod hoc ostenditur multum bene multis auctoritatibus prophetijs et rationibus et primo per. Isa.capitulo.ix. qui dixit. Paruulus enim natus est nobis. et filius datus est nobis. Et factus est principatus super humeros eius. et vocabitur nomen eius admirabilis. consiliarius deus fortis pater futuri seculi. princeps pacis. multiplicabitur eius imperium et pacis non erit finis. Non est dubium quin ista prophetia loquatur de messia quia impossibile est aliquem hominem carnalem in quo non sit diuina natura intitulari tam excellentissimis titulis Item quia ipsimet doctores hebreorum dicunt hoc in prologo hecarabeti.i.lamentationis magne Vbi dicit rabi Oze galileus. in nomine messie est pax. quia sic scriptum est pater futuri seculi. princeps pacis. Item in libro canhedrin in capitulo quod incipit totus israhel Dicit rabi thaubum. Que est ratio quod quecumque men. que est in medio vocabuli est aperta et hic est clausa Respondet quia deus voluit facere de Ezechia messiam. et venit virtus iudicialis et dixit ante deum dominum mundi. Dauid qui dixit ante te tot cantica et tot laudes non facis messiam et ezechiam pro quo fecisti tot miracula. et non dixisti vnum canticum ante facies messiam: et ideo deus clausit men. ¶ Et illa hora exiuit filia vocis.i. vna reuelatio et dixit secretum meum mihi secretum meum mihi: ve mihi. Et declarat rabi Salomon quod dicebat deus hoc secretum de aduentu messie meum est. Et quod propheta respondit. ve mihi vult dicere. O miser quando veniet ille messias. ¶ Ex predicta auctoritate possimus elicere tres conclusiones Prima quod messias est ipsemet deus quia predicti tituli non possunt iustificari nisi de ipsomet deo. Secunda conclusio est quod messias natus est de maria existente virgine quia illa littera men. posita in verbo multiplicabitur. quod in hebraico dicitur lemarbe ostendit nomen eius quod est in hebraico merien. In latino maria ambo nomina incipiunt in illa littera men. sed in recta scripta quasi cursu naturali debebat esse men aperta In quantum vero est clausa per contrarium et contra naturam totius scripture ostendit dictam merien vel mariam esse clausam siue virginem. Sic enim contra cursum nature concepit et peperit. quia non ex virili semine sed mystico spiramine. ¶ Tercia conclusio est que ad propositum facit quod dicta men clausa ostendit tempus aduentus messie punctualiter. quia hec prophetia fuit dicta in quarto anno regis. Achaz. et ab illo anno vsque ad destructionem primi templi que facta fuit.xi. anno regis Sedechie transierunt c. anni. Item durauit captiuitas ¶ Babylonie.lxx. annis Templum secundum quod edificauit neemias durauit.cccccx. annis si subtrahamus xl. annos qui transierunt a passione christi vsque

ad destructōnē tēpli per Titū remanēt sexcēti āni q̄ trāsierūt ab hora ī qua dicta fuit p̄dicta prophetia vsq̧ ad passionem xp̄i. et tā tum sumat mendausa in numero s̄m hebreos. cuius figura in habedario hebreo⁊ h̄ ē ex q̄b⁹ seq̄t̄ q̄ ī illa mēdausa ōndit nob de⁹ illa duo secreta cū dixit. secretū meum mihi secretum meum mihi. Primum q̄ mat̄ messie debebat esse maria siue virgo Secundo q̄ tempus saluationis aduentus messie fuit punctu aliter sexcentorum annorum a reuelatione prophetie vsq̧ ad passionem saluatoris: Iterum potest idem probari ī vna auctoritate que est in medrasupbin: i. glosa psalterij: vbi dicit rabi⁹ Iohanam tribus annis cum dimidio stetit gloria domini in monte oliueti dando voces et dicendo.

¶ Querite dominum dum inueniri potest inuocate eum dum prope est Isa. lv. Itē dixit in berexit raba. i. in generi magno rabi mosse darsan. Quid voluit dicere salomon in canticis canticorum ca. i. quando dixit Exultauim⁹ et letabimur in te. quando hoc erit. Quando pedes dei stabunt in monte oliueti illa hora erimus nos leti. Dico q̄ manifeste apparet quia isti tres anni cū dimidio sunt illa dimidia ebdomada quam dixit daniel pro messia. Confirmauit autē pactum multis. Inuenimus enim q̄ sic fuit quia saluator noster recepit baptismum in etate. xxx. annorum et deinde vsq̧ ad temp⁹ passionis fuerunt quasi tres anni cum dimidio. quibus ambulauit per galileam et per montem oliueti conuocando homines ad penitentiam et respectu huius dicebat predicta verba. Isa. recitata per rabi Iohanni sc̄. querite dominū dum et cetera vt supra. Itē p̄ōt probari manifeste q̄ aduent⁹ messie debet esse in predicto tempore per auctoritatem quandam hebreorum que est in libro canhedrin in ca. quod incipit totus israel. et in libro Abadazara ca. i. vbi dicitur: sic legitur in studio Helie sex mille anni est mundus duo milia vanitatis. duo milia legis. et duo milia messe. Sed propter peccata nostra iam sunt extra magna pars. Iterū in eodē ca. dixit Helias rabi iuda nō est minus mundus q̄ quinquaginta quinq̧ iubilei. in vltimo iubileo vēiet filius dauid. glosa Rabisalomon istud sumat quatuor mille ducenti et quīquaginta anni. et in vltimo iubileo fili⁹ dauid veniet. Notū est q̄ mors messie fuit circa tempus. quando impleti sunt quatuor mille anni a creatione mundi et posito q̄ non inueniatur punctualiter q̄ essent illa hora quatuor mille anni non est mirum quia maior decōputatio q̄ sit hec inuenitur in verbis dei in textu legis cū deus dixit abrahe. Scias q̄ futurum est semē tuum in captiuitate in terra aliena quadringētis annis. et quando fuerunt liberati dicit textus q̄ steterant. cccc xxx. annis Et post q̄ bene visitauimus computum. inuenim⁹ q̄ ex quo Iacob descendit in egyptū vsq̧ quo fuerunt liberati per manus moysi non transierunt nisi. ccx. anni. Item si bene nūeram⁹ computum inuenimus q̄ subiectio captiuitatis non fuit nisi quasi centum anni. ergo secūdum hoc non est mirum si doctor diuisit sex mille annos de duobus in duobus milibus. ergo facta acciderunt circa illam diuisionem modicum plus vel minus. Et posito q̄ dicat aliquis q̄ s̄m auctoritatē illam tēpus aduentus redemptoris deberet esse ī plenitudine quatuor milium annorū post destructionem templi intantum q̄ saluatio foret ducentis annis anticipata ante computum doctoris. Dico q̄ est mirabile quia Esa. in fine capituli. lx: illud prenosticauit dicendo. Ego dominus in tempore subito faciam istud et qui habent oculos ad videndum possunt intelligere q̄ rationabilius ē. q̄ aduentu saluatoris anticiparetur ex gratia dei ducentis annis Ante tempus suum q̄ in preteritum transeundo milleducenti āni post quatuor mille non veniendo. Iterū ad ampliorem probationem dicte conclusionis inuenimus quod dicit Talmuth iherusalem ista in libro herabot in capitulo haicore et me quarabeti. i. lamentatio magna. dicit sic. ¶ Accidit vni iudeo qui stabat laborando q̄ dedit mugitum bos transitq̧ vnus arabs audiuitq̧ vocem bouis et dixit iudee fili iudei. solue. solue. solue. tuos boues et tuum apparatum quia sanctuarium vestrum destruitur Iterum bos dedit secundū mugitū. et dixit ei arabs iudee fili iudei liga tuos boues et prepara illos quia natus est rex messias. ¶ Et dixit ei iudeus quod est nomen suum. Respondit menahē. i: consolator. Dixitq̧ ei iterum iudeus et quomō est nomen sui p̄ris Dixit ei

Ezechias .i. fortitudo dei dixit iterum iudeus Et ubi natus est dixit ei In bethleez iude. ¶ Dicit rabi abon Et quid oportet discere ab arabibus quod textus clarus est in Esa. x. qui dicit Libanus cum excelsis cadet et dicit stati post Et egredietur virga de radice yesse. Ex predicta auctoritate eliciuntur et multum bene quatuor conclusionis Prima quia adventus messie fuit circa destructionem templi Secunda quod messie nomen est menahem quod sonat in hebraico consolator quia per manum eius fuit consolatum genus humanum de peccato Adam Tercia quod est filius dei quia nomen patris quod hic intitulat ipse quod est ezechias significat in hebraico idem quod deus fortis. Quarta quod natus est in bethleem Item dixit Talmuth in berexit. raba antiqua dicit rabi Simuel filius nahaman Unde probabis tu quod in die in quo fuit destructio templi in illa die natus est messias de quo dixit Esa. c. ulti. Antequam parturiret peperit antequam veniret partus etiam peperit masculum in hora qua fuit destructio templi dederunt voces israel sicut mulier existens in partu. et dicit ionathas in translatione chaldaica antequam ei veniret angustia fuit saluata et antequam venirent dolores partus reuelatus est rex messias Item dicit in eodem libro rabi simuel filius Johanan semel ibat Helias per viam in die qua fuit destructum templum et audiuit unam filiam vocis .i. reuelationem damantem et dicentem Templum sanctum vadat ad destructionem quando illud audiuit helyas imaginatus est quod posset destruere mundum et iens inuenit homines arantes et seminantes et dixit eis Deus est iratus contra mundum et vult destruere domum suam et captiuare suos filios inter gentes et vos intromittitis vosipsos inuitis temporalibus Exiuit altera reuelatio et dixit. Dimitte eos facere quia iam natus est saluator israhel Dixit ipse et ubi est ille dictum est illi In bethleem iude Iuit illuc et inuenit mulierem quandam sedentem in porta domus sue et filium eius inuolutum in sanguine et iacentem ante eam dixitque ei filia: filium pepersti: et dixit sic: Et ait ei. Et quid est hoc quod sic est inuolutus in sanguine Respondit grande malum est quia in die in quo natus est destructum est templum Dixitque ei. Surge filia et accipe eum quia per manum suam debet esse magna saluator In illa hora surrexit mater et accepit puerum. et ipse recessit inde usque ad quinque annos. et in fine quinque annorum dixit. Ibo et videbo saluatorem israel si nutritur in forma regum vel angelorum. Iuit ergo et inuenit mulierem in porta domus sue et dixit ei filia quid est de illo puero Respondit rabi Nonne dixi tibi quod cum malo nutritur quia in die qua natus est fuit templum destructum et ultra hoc quia habet pedes non ambulat oculos habet et non videt Aures habet et non audit. Os habet et non loquitur et sic sedet sicut unus lapis et dum ipse loqueretur cum ea insufflauit ventus a quatuor partibus mundi et proiecit eum in mari magno et ea hora Helyas scidit vestimenta sua et emulsit capillos suos. et dixit ve quia perdita est saluatio israel ¶ Et exiuit una filia vocis id est reuelatio et dixit Helia Non est sicut tu cogitas sed quatuor centis annis habitabit in mari magno et .lxxx. annis ubi ascendit fumus circa filios chore: et .lxxx. annis in porta rome quod remanet annorum per omnes ciuitates usque ad finem ¶ Ecce quomodo apparet manifeste ex omnibus predictis auctoritatibus aduentum messie esse in destructione templi ¶ Sed iudeus poterit arguere dicendo. quod predicte auctoritates probat aduentum et destructionem fuisse eadem die sed veritas non est sic quia a die passionis usque ad destructionem transierunt .xl. anni ¶ Hic potest dari optime duplex responsio ¶ Prima quod istud nomen dies accipi potest tripliciter scilicet stricte large et largissime. ¶ Primo accipitur prout sol est supra orizontem. ¶ Secundo accipitur pro .xxiiij. horis. ¶ Tercio accipitur pro omni tempore sicut inuenimus in Esa. ca. xix. usque ad .xxix. Ubi sepe fit mentio de hoc nomine dies et necessario habet accipi pro maiori tempore quam est annorum ¶ Secunda responsio est quod si templum bene durauit post passionem .xl. annis. veritas tamen est quod in hora passionis perdidit templum omnem sanctitatem suam et cessauerunt omnia miracula que fiebant in eo. ¶ Nolite ergo querere o iudei maiorem destructionem quam illam. ¶ Unde dicit Talmuth in libro de Joma in capitulo quod incipit septem dies legunt magistri decem miracula que facta erant in domo sancta scilicet quod abortiuit ex odore carnis sancte Non fetebat caro sacta aliquo

Quod moyses fuit singularis in dando legem.

Irca primū punctū posset aliq̄s dicere q̄ moyses nō fuit singularis in dādo legē. Quia sm Isidorū quinto ethimologiarum ca. i. Multi fuerūt qui dederunt leges. Quia primus qui dedit leges grecis fuit Foroneus rex. Prim⁹ qui dedit leges egyptijs fuit Mercuri⁹ termegistus. Prim⁹ qui dedit leges Atheniensibus fuit Solon. Primus qui dedit leges lacedemonijs fuit Ligurg⁹ Jste fecit legē q̄ ciues haberent libertatē eligendi magistrat⁹ et rectores. Jste diuisit solū tā in domib⁹ q̄ in vineis et alijs predijs per equale ne quis posset dici potentior alio. Jste fecit iuuenes vna veste non āplius toto anno vterentur. Nō permisit aliquem cultius alio progredi. nec opulentius epulari. Qui singula non pecunia sed compensatione mercium coequari iussit. pueros puberes non in forum sed in agrum deduci iussit: ne primos annos in luxuria: sed in labore et opere agerēt. nec prius in vrbem redirent q̄ viri facti essent. Statuit virgines sine dote nubere. vt vxores non pecunie causa eligerentur sed virtute: et sic matrimonia diuti⁹ permanerent. Maximum honorem non diuitum et potētum: sed senum esse statuit. Demum vt suis legibus eternitatem daret. iureiurando obligauit ciuitatem nihil mutaturos prius q̄ reuerteretur. Profectus est autem cretā vbi voluntarium exilium perpetuo egit. moriensq̄ abijci sua ossa in mari iussit. ne forte lacedemones se solutos crederent iureiurādo si corpus eius reducerent ad ciuitatem s

Primus qui dedit leges romānis fuit numa pompilius qui primus successit Romulo in regno: Deinde cum populus seditiosos magistratus ferre non posset. x. viros legibus scribendis creauit. qui leges ex libris Solonis in latinum sermonem translatas. xi. tabulis exposuerunt. Paulatim autem antique leges vetustate atq̄ incuria perierunt Noue a Constantino cesare ceperūt et reliquis succedentibus erantq̄ permixte et inordinate Postea Theodosius minor augustus ad similitudinem gregoriani et hermogeniani codicem factum constitutionum a Constantini temporibus sub proprio cuiusq̄ imperatoris titulo disposuit et quem suo nomine theodosianum vocauit: Justinianus vero qui imperauit anno domini quingentesimo. xlij. et imperauit annis. xxxviij. Hic leges ciuilesq̄ romane quarū erat nimia prolixitas admirabili

breuitate correxit et ad .xij. libros coartauit Et de omnibus vnū codicem ordinauit quē codicē Justinianū appellari voluit. ¶ Fecit etiam librum institutionum quē in quatuor distinxit libros in quibus legū primordia continentur. Nouas quoqz leges quas ipse fecerat in vnū volumē redactas nouellas vocari voluit que communiter autentice appellātur. et sunt per collatōes distincte Omniū etiam magistratuū et iudicum seu iuris consultorū leges que duorū milium librorū esse dicebātur abbreuiari fecit et ad numerū librorū quinquaginta redigit. ipsūqz librū digestorū seu pādectarū vocari mādauit. quib' legib' hodie totus mūdus ordinatur et regitur In isto principe concurrerūt potētia. sapiā et diuinus cultus: p potētiam hostes supauit. per sapiam mūdū iustis legib' ordinauit. per diuinū cultū deum et ecclesiā edificijs et alijs operib' honorauit. Cū ergo omnes predicti leges dederit vt ostensū ē ptz euidēter q moyses in dando legē non fuit singularis. ¶ Respondeo et primo declaro quid est lex. secūdo distinguam nomē legis. tercio soluetur dubitatō Circa primū dicitur q lex est quoddā speciale vinculū quo homines tenentur et ligantur ne per actus illicitos euagent. Sicut eī animalia siluestria nō domātur nisi primo fortibus vinculis teneantur qz scz nūq domita efficerentur si sine vinculis ad voluntatem suam vagari dimitterētur Sic vero necesse fuit vt leges et mandata a deo et a superioribus fierent. vt ifra limites iusticie vagabiles mores hominū corrigerentur et domarentur. Homo eīn qui sicut vir van' in superbiā erigitur. et sicut pullū onagri se natū liberū putat. vt dicitur Job. xi. nūqz perfecte corrigeret vel domaretur si sine legis vīclo vagari ad arbitriū sineret. Et iō certa ad ligandū mores hominū ne vagarentur. constituta est lex triplex. s. lex nature. diuine cure et humane cure. Lex nature est illa inflexibilis certitudo quā de' in sinderesi conscie collocauit ne quis excusari possit. que vnicuiqz dictat et ostendit: quid bonū vel quid malum. de qua dicitur ad Ro. ij. Cū gentes q legem non habēt ea que legis sunt faciunt ipsi sibi sunt lex vide ibi. Lex diuine cure ē quā dedit de' moysi in scriptis. Et ideo dicitur lex scripture. et quā xps in illa pmissus iplens vacuitatem ei' veniēs ex generis humani amore per seipsū docuit. et in cordib' ipressit. suisqz fidelib' dereliquit. et iō dicta est lex amoris. Lex vero humane cure ē illa quā ad regimē humanū principes statuerunt. de qua dicitur. i. Cor. vij. Lex i homine dominatur quanto tpe viuit. Circa terciū ad predictā dubitatiōnē dicitur q verū est moysen in dādo legem esse singularē. et verum est q alij qui dicti sunt dederūt leges. qz moyses dedit legem diuinam. Alij vero leges dederunt humanas ait eīn btūs Isidor' vbi supra. Moyses gentis hebraice prim' omnium diuinas leges sacris litteris explicauit. vt infra capitulo. ij. ponens differentiam inter leges diuinas et humanas dicit. Omnes autem leges aut diuine sunt aut humane. diuie natura humāe moribus constant. Ideoqz he scilicet humane discrepant quia alie alijs gentibus placent Si ergo moyses in dando legem diuinam fuit singularis et solus. in illo quo singularis fuit propha suscitaturus de medio debebat ei assimulari. sequitur q ille propheta debebat dare legem diuinam qd soluz impletum est in ihesu christo saluatore nostro qui dedit legem euangelicam que lex diuina ē et noua sicut Moyses dedit legem diuinam antiquam. Quo ad secundum punctum scilicet vtrum ihesus verus messias debuit dare legem diuinam aliam a lege Moysi dico q sic. Ad quod probandum adduco tres fidelissimos testes: quorum primus ē Isaias. qui in capitulo. ij. quod ad litteraz exponitur de messia inter cetera dicit. De syon exibit lex: et verbum domini de iherusalem: quod verum est in ihesu nazareno vero messia et in eius discipulis et apostolis qui inceperunt verbum predicationis in iherusalem et continuauerunt et publicauerunt per totum mundum quia in omnēz terram exiuit sonus eorum etc. Declarat rabi Salomon super verbo. eleuabitur super omnes colles. cap. eodem dicens. ¶ Quid vult dicere. et eleuabitur super colles. Nisi quia miraculum quod erit factuz in eo erit maius q miracula montis synai et carmeli et thabor. ¶ Et quod est illud miraculum est illud quod dicit. De syon exibit lex.

¶ Item dicitur in midras tusim. id est in glosa psalterij super illud. ¶ Domi-

ne i fortitudie tua letabit rex. ps. xx. dicitur
sic. Quid voluit dicere Isaias in. c. xi. quan
do dixit. In illa die erit radix Iesse que stat
in signu populorum ipsu gentes deprecabunt
et erit sepulchru eius gloriosu: Dixit rabiba
ma non venit rex messias. nisi vt det genti-
bus seculi mandata sicut tabernacula pal-
mes et philateria. Satis apparet ex intenti
one huius doctoris q deus debebat dare
lege noua in qua essent mandata cerimoni-
alia sicut in lege veteri. Et quia facit mentio
nem aliquaru cerimoniarum legis antique
non apparet q sit sua intentio q messias d
beret dare illas easde cerimonias. cu ca pro
pter que date fuerunt in illo tempore sit iam
preterita. et in tpe messie no est locus vt den
tur. Item dicit in midras sichasirim. i. i gl.
canticoru super textu ca. primi vbi dicitur.
Osculetur me osculo oris sui. dicit rabi. Ja
hyda. In hora i qua israel audiuerut ex ore
dei: Duo prima madata legis fuerut firma
ti i cordib9 suis taliter. q no tradiderut obli
uioni. Venerut ad moysen et dixerut: En ra
bi oportet q tu sis mediator inter deum et
nos: sicut scriptum est. Exo. xx. Dixerut mo
ysi Loquere tu nobis et audiemus non lo-
quatur domin9 nobis ne forte moriamur.
Ex illo tuc docebat eos Moyses legem: et
qui addiscebant obliuioni tradebat et dixe
runt Sicut moyses e carnalis et transies. sic
doctrina sua transit a nobis et dixerunt Ra
bi. vtina vellet de9 secudo ostendi nobis. et
ia oscularetur nos osculis oris sui. taliter q
sua doctrina refirmaretur in cordib9 nostris
Et dixit eis moyses. Hoc no potest ee mo s
in tepore Messie erit. quia sic scriptum e Hi
ere. xxxi. Dabo lege mea in visceribus coru
et in cordibus coru scriba ea. hec ibi. Hec est
illa lex qua cu magna instatia petebat da-
uid secud9 testis. in psal. cxviij. Lege pone
mihi domine viam iustificationu tuarum:
et exquiram eam semper. Hic pot queri a iu
deis qua lege hic petebat a dno dauid no le
ge. moysi qr eam ia habebat. ergo aliam qr
dicit. via iustificationu tuarum et hec non e
alia nisi veri messie Ihesu nazareni que iu-
stificat. lex eni moysi no iustificabat nec et9
sacrificia patet qr illa sacrificia de per se. no
placebant deo nec cum lege instituta sunt.
Hiere. vij. Hec dicit dns: no sum locutus cu
patribus vestris in die qua eduxi eos de ter
ra egypti. de verbo holocaustorum et victi-
maru sed sm q dicit Rabi Moyses de egy
pto. Ista sacrificia non fuerunt data nisi vt
retraherentur a sacrificijs ydolorum et. in si
gnu huius non fuerunt data populo nisi p9
q populus ad ydolatria declinauit vitulu
coflatile adorando. Ideo voluit deus ma-
gis ea sibi offerri q ydolis. et de hoc pulcre
tractat sanctus Tho. prima secude. q. cij. ar-
ticulo. iij. in corpore. et deinde per totu Itez
ptz q sacrificia legis moysi non iustificaue-
rut qr semp cu eorum oblatione requirebat
oblatio sacerdotis ptz in leuitico. ¶ Sz qd
si sacerdos esset malus et indignus: vtru
exaudiretur a domino: certe nihil valebat to
tum sacrificium. et hoc est q dicunt docto-
res theologi in quarto q sacrificia valebat
non ex opere operato. sed ex opere operante
Secus est de sacrificijs veri nostri messie ie-
su nazareni. que valent ex opere operante. et
ex opere operato: vt patet in baptismo: qui
quantuncuq sit malus minister et pessimus
etiam iudeus et infidelis quicunq faciens
quod ecclesia intendit baptismus complet
suum effectum. ¶ Petebat ergo dauid le-
gem veri messie Ihesu nazareni q iustifi
cat dicens. Legem pone mihi domine iusti
ficationum. etc. Hec est illa lex scilicet Ihesu
nazareni data in monte syon non in monte
synai. de qua tercius testis. s. Hieremias. c.
xxxi. dicit. Ecce dies veniunt: id est tempo-
ra noui testamenti dicit dominus. et faciaz
domui israel et domui iuda. i. fidelib9 chri
stum confitentibus. generaliter et credenti-
bus de iudeis specialiter secundu quod dici
tur Act. xiij. Primum vobis oportebat lo-
qui verbum dei et cetera. fedus nouum. i. le
gem nouam. Lex enim frequenter in veteri
testamento vocatur fedus non secundu pa
ctum quod pepigi cum patribus vestris in
die qua eduxi eos de terra egypti quod irri-
tum fecerunt. ipsum multipliciter transgre-
diendo. sicut patet in libris Judicum Reg.
et Paral. Ecce q expresse dicit propheta le-
gem veri messie. quam vocat fedus nouum
siue pactum debere esse aliam a lege moysi
et dicit non secundum pactum quod pepi-
gi cum patribus eorum in die qua eduxi
eos de terra egypti. scilicet cum dedit eis le-
gem in mote synai. Quia ergo alia debebat
esse lex messie promissi. s. ihu christi a lege

Moysi videnda est differentia inter vtranq legem que non vna sed multe incomparabiles dicte sunt de quib' dat testimoniu sacra scriptura spaliter doctris beati pauli qui plenius q oes alij autores noui testamenti locutus est ostendes q qz ipleta erant mysteria ipsius cessauit vsus legis moysi q prio erat. Et de diuersis ptib' suaz eplaru colliguntur hic. xiiij. dntie. et adda vna: vt sic sit xv. dntie que per ordine sunt iste que sequu tur videlicet lex Moysi e lex carnis. lex christi est lex spus. lex Moysi e lex timoris. lex xpi est lex amoris. lex Moysi e lex figure. lex xpi est lex veritatis. lex Moysi est lex oneris pon derosi et sine comodo. lex xpi e lex suauitatis. leuitatis et multi fructus. lex Moysi est lex seruitutis. lex xpi e lex libertatis. lex moysi est lex que occidit. lex christi est lex que viuificat. lex Moysi est lex mortis. lex christi est lex vite. lex Moysi est lex q est virt' peccati lex christi est lex que est plenitudo gre lex Moysi est lex antiquitatis et debilitatis lex christi est lex nouitatis et fortitudis. lex Moysi est lex vacua. lex christi est lex habundantie. lex Moysi est lex ipfectionis. lex christi est lex pfectionis. lex Moysi est lex noctis lex christi e lex diei. lex Moysi est lex tenebrarum. lex christi est lux lucis clare. lex Moysi est lex misterium dnatonis. lex christi e lex iusticie et saluationis. lex Moysi est lex particularis. lex christi est lex generalis: Omissis primis. xiiij. ppter prolixitatem eui tada. q diligens lector in predictis epistolis poterit inuestigare cotra qualibet conditionem legis moysi poterit cocludere no sm pacu et c. vt supra Vltima solu pro presenti intendo pertractare cu hec sit inter ceteras ppria dntia vtriusq legis. lex enim moysi fuit pticularis ppter multa. Primo qz lex serui. s. Moysi. Secudo quo ad populu quia fuit data particulari et limitato populo. s. descendentib' ab Abraham per Isaac. Tercio quo ad pcepta cerimonialia sacramentalia et iudicialia que solum obligabant populum limitatum. s. iudeorum et non alios homines mudi ppter quod ille populus fuit dictus peculiaris. Quarto erat limitata et particularis quo ad locu. s. terre pmissionis in qua obligabantur iudei et non in altera implere multa suorum pceptorum habentibus in se ceteros limites vel terminos. Quinto quo ad tempus quia habebat durare tempore limitato. s. vsq ad aduentum Messie lex vero christi est lex vlis. Primo qz lex domini vniuersi sicut lex moysi lex serui. Secudo est lex vniuersalis et sine aliqua limitatione qz mandat suis apostolis dicens. Euntes in mundum vniuersum predicate euangelium omni creature. M. vlti. Et q baptizaret oes gentes et docerent non doctrinam Moysi serui sui. sed quam ipse dominus pcepit eis et ppterea data et notificata lege que e vniuersalis et communis omnibus gentibus: statim cessauit lex moysi que erat particularis data iudeis cu vna eet icopatibil' alti et dico icopatibilis n solu qz obseruatia vtriusq no potest esse in vna persona que ad plenum eas seruet. sed vltra hoc incompatibilitas e respectu diuersarum personarum. cum vna lex qtum ad obseruantiam debitam ipsius repellat. et in exilium mittat alteram non solum ab illa persona in qua stat vel a domo ciuitate. regno vel imperio. sed a toto mundo. et ideo melius dicitur q vna lex alteraz totaliter annullat. volo dicere q non potest esse lex deordinata ad salutem animarum quam obseruado homo meretur paradisuz nisi vna sola que est lex gratie cui est incopatibilis lex scripture. Est ergo altera lex christi a lege Moysi: quia vna particularis. et altera vniuersalis. ergo non secundum pactum et cetera. vt supra. et sic cessare debuit lex moysi sicut particularis adueniente lege christi que est vniuersalis et communis. sicut minor dando locum maiori. Quo ad tercium punctum in quo querebatur ex quo verus messias debebat dare legem sicut Moyses. et aliam a lege Moysi: vtrum dbuit scribere lege illam in pellibus. petris vel aliquibus alijs extrinsecas Videtur enim q fuisset valde rationabile q ipse fecisset aliquam librum sacre scripture cuius ipse fuisset principalis actor et scriptor. quia quelibet sciencia habet suum principalem actorem sicut gramatica donatum logica aristotelam. geometria euclidem. Ad hanc questionem respondetur ex dictis sancti Tho. vlti. parte summe. q. xlij. articu. iiij. q non fuit decens aut conueniens q christus legem suam aut aliquem librum de sua doctrina scriberet propter quinq rationes. Prima ne derogaret dignitati sue. Quia oportuisset scribere

miracula et sanctitatis opa p ipsu facta et famā quā habuit in populis que oia essent i laudē sui que licet sine superbia scribere potuisset in mētib⁹ tn̄ hominū nō careret arrogātie nota. Secūda rō ne tolleret auctoritatem suam spiritvisancto. licet ei indiuisa sit opera trinitatis adextra fm aug. in enchiridion. et ad Pollenū. xxviij. q. i. Sic ei tn̄ cōmēdatur patris auctoritas i mūdi creatiōe Auctoritas filij in mūdi redēptione et spiritussancti in hominū interna inspiratione. et scripturarum per sanctos conscriptiōe Vn̄ Grego. dicit in plogo moraliū. q̄ sacre scripture actor est spūssanctus Et apostolus. ij ad Thimo. iij. q̄ sacra scriptura ē diuinit⁹ inspirata et vtilis ad docēdū. Quod autem ad spiritūsanctū pertineat scribere patet. q̄a scribere est officium digitorum. nunc autem spūssanct⁹ est dextre dei digitus. Apo. viij. et Luce. xi. Manus enim et lingue doctorū non sunt nisi instrumentū et calam⁹ spūssācti. vnde dicit dd. ps. xliiij. Lingua mea calamus scribe. Tercia rō nō decuit q̄ xp̄s legē et doctrinā suā scriberet in aliquo libro ppter suam excellentiam singularem. scripta enim ordinātur ad impressionem doctrine i cordibus auditorum sicut ad finē. Tūc sic. excellentiori doctori excellior modus debet attribui doctrinā tradendi et docēdi. Sed excellētior modus ē doctrinam in mentibus auditorum imprimere sicut faciebat xp̄s q̄ in libro scribere. igitur nō debuit scribere legem suā. Vn̄ pitagoras et socrates et phi antiqui q̄ fuerūt doctores excellētissimi istum modū tenuerūt q̄ nū q̄ aliquos libros scripserunt et hec est ratio formaliter sācti Thome. Quarta rō est vt legē nouam a veteri distingueret et separet. lex eni vetus dicitur lex scripta etiā digito q̄tū ad precepta moralia Si noua esset scripta per xp̄m etiam posset dici lex scripta. Quia igitur illa fuit lex timoris fuit scripta in libris et codicibus. q̄ ista amoris fuit scripta solū in cordibus Quita ratio et vltima est propter regiā excellentiā demōstrandā xp̄s eni fuit rex Ihūs nazarenus rex iudeorum. Job. xix. Et decet regiā maiestatē q̄ sua dicta et facta p suos notarios scribāt et nō p se sicut fecerūt quatuor euāgeliste xp̄i hū veri messie notarij. Sic ergo patet q̄ xp̄s non debuit legē nouā per se scribere in aliquibus exterioribus sz ex amore scripsit eā i cordib⁹ fideliū. sicut dicitur i supradicta auctoritate Hiere. sz dabo legē meā in visceribus eoꝝ. et in corde eorū scribā eam ꝛ Ex predictis satis claret q̄ ver⁹ messias debuit assimilari. Moysi in dādo legē. et q̄ n̄ debuit dare talē legē sicut erat antiqua sed legē nouā. et q̄ illā nō debuit scribere per se in aliquib⁹ exterioribus: sz in viscerib⁹ et in cordib⁹ fideliū. que oia ad litterā ipleta sunt in ihesu xp̄o saluatore nostro. Quo ad quartū punctū que est de excellentia legis noue lic3 ex supradictis differētijs clareat manifeste specialius tamē eius excellentia declaratur ex sex gradibus perfectiōis. Prim⁹ ē ex ostētiōe cognitiōis dei. Secūd⁹ ex cōtētorū rationabilitate in mādatis vel monitis. Tercius ex miraculorū claritate. Quart⁹ ex ecclesie stabilitate. Quintus ex diuina bonitate. Sext⁹ ex amenissima promissorum icōpabilitate. ¶ Circa primū gradū notandū ē q̄ lex mosayca quo ad fidē vnius dei erat ipsecta. quia licet in illa fuit aliqualis noticia vnius dei et etiam christi in quodam generali. non tamen fuit ibi noticia explicata trinitatis personarum in vnitate essentie: nec p consequens incarnationis. Cuius ratio est quia sicut cognitio naturalis procedit de imperfecto ad perfectum. vt dicitur. i. phisicorū vnde et pueri vocant primo omnes viros patres et omnes feminas matres. et postea distinguunt. Ita similiter supernaturalis cognitio minor fuit in lege veteri q̄ in noua: in qua per christum veritas lucide est reuelata propter quod dicit saluator Jo. xvij. Pater manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi. Ipse enim manifestauit expresse trinitatem personarum patrem nominādo a quo eternaliter processit per generationem dicens. Jo. xvi. Exiui a patre et veni in mundum. scilicet in vtero beate virginis carnem assumendo spiritūsanctum pmittendo. Jo. xv. Cum venerit paraclitus quem ego mittam vobis a patre ecce processus spiritussancti ab vtroq3. Nominauit etiam expresse trinitatem personarum in forma baptismi. Mathei. xxviij. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos. scilicet In nomine patris et filij et spiritussancti. ¶ Manifestauit etiam vnitatem essentie: Johan. x. dicens. Ego et pater vnum sumus. Hoc est qd̄ Johannes in sua prima

canonica. c. v. dicit expresse. Tres sunt qui testimonium dant in celo. pater verbum et spus sanctus. et hi tres vnum sunt. In figura huius Moyses loquebatur ad populum velata facie. vt habetur Exo. xxxiiij. quia mysteria fidei nostre erant figuris et enigmatibus velata. sicut supra late declaratum fuit In figura etiam huius velum templi fuit scissum in christi passione ad ostendendum q declarata et manifestata erant que prius latebant sub velamine propter quod ipsa lex noua tantum perfecta in cognitione est donum perfectum descendens a patre luminum. vt dicitur iacobi primo patet ergo q cognitio dei perfecta est in lege noua que imperfecta fuit i veteri propter quod patres veteris testamenti poterant dicere illud quod scribitur. i. ad Cor. xiij Ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus. i. imperfecte. Secundus gradus quo ondit q lex noua perfectissima est ex contentorum ronabilitate. vel mandatis vel monitis. quod vt clarius videatur ostenditur imperfectio legis mosayce quo ad totum corpus suum. s. quo ad precepta moralia et iudicialia et sacramentalia et cerimonialia. Primo enim in lege moysi precepta moralia fuerunt imperfecta. et dicuntur moralia precepta illa que sunt de dictamine rationis etiam si nulla lex esset sicut est illud mandatum quod scribitur. Exod. xx. Honora patrem tuum et matrem tuam etc. Et similiter illud quod p modum monitionis scribitur. Leuit. xix. Coram cano capite consurge. et honora personam senis et similia. Quod autem ista fuerunt imperfecta declaratur dupliciter. Primo quia precepta moralia in lege Moysi ordinabant actus hominum exteriores tantum propter quod apostolus ad Romanos. iij. vocat legem moysi legem factorum. De actibus autem interioribus in quibus consistit bonum moris nihil ordinabat aut parum: ¶ Sed contra hoc est quod habetur Exo. xx. et Deute. v. Non concupisces vxorem proximi tui et cetera. dicendum est secundum antiquos doctores q ta l3 concupiscentia non prohibebatur in quantum erat omnino latens in corde: sed in quantum prorumpebat exterius per aliqua signa vt per verba scurrilia. impudicos tactus et oscula et cetera. huiusmodi Ideo sic exponunt Non concupisces. i. signa concupiscentie non facies. Unde ad Phil. iij. dicit glo. q lex vetus prohibebat manum non animum vel dicendum secundum alios q lex vetus prohibebat concupiscentiam animi latentem hoc tamen erat in paucis. s. in mechia et furto. Item in istis insufficienter prohibebat concupiscentiam: quia non puniebat transgressores. et sic patet q insufficienter lex mosayca ordinabat actus interiores, Secundo declaratur sic. quia lex mosayca etiam actus exteriores ordinabat sicut patet Deutro. xxiij. vbi dicitur sic. Non fenerabis fratri tuo pecuniam ad vsuram. nec fruges. nec aliquam aliam rem sed alieno. Ibi enim permittitur vsura cum alienis personis, quod est illicitum contra dictamen recte rationis. Item Deutro. xxiiij. permittitur viro dare libellum repudij etiam causa indebita, Unde ibidem subditur Si acceperit homo vxorem. et habuerit eam. et non inuenerit gratiam in oculis eius propter aliquam feditatem, scribet libellum repudij. et dabit in manu eius. et dimittet eam de domo sua. Indiuisibilitas autem per totam vitam est de dictamine rationis naturalis. et sic patet q lex vetus imperfecta fuit in moralibus Et propter hanc imperfectionem lex mosayca dicitur pedagogus noster. ad Gal. iij. i. regula puerorum et imperfectorum in quibus non queruntur perfectio interior, Sed ab exterioribus inhonestis timore discipline reprimuntur. Et in actibus exterioribus multa eis permittuntur que non permitterentur viris perfectis. propter quod Aug. li. de spiritu et littera exponens illud. ij. Cor. iij. littera occidit et cetera. dicit hoc non tantum de cerimonialibus intelligendum est. sed etiam de moralibus veteris legis. quia. s. non prohibebantur aliqua que de se sunt mortifera. vt patet ex predictis. propter quod dicitur Ad Ro. iij. Ex operibus legis non iustificatur omnis caro. Sed lex noua perfecta est in moralibus. quia perfecte ordinat actus humanos non solum exteriores sed etiam interiores. et in hoc imperfectionem legis supplet propter quod dicit saluator in perfectionem legis adimplendo: M. v. Audistis qr dictum est antiquis. non occides. qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego autem dico vobis. qr omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. in quo ordinat motum interiorem vt patet. Similiter lex noua actus exteriores ordinat nullum malum permittendo propter quod dicit saluator. M. xij. Dico autem vobis quoniam de omni verbo ocioso quod locuti fuerint

boies super terraȝ reddent rationẽ in die iu
dicij. Si autem bis ꝓhibet verbũ ociosum
per cõsequens verbũ nociuũ. Et multo forti
us omnem actũ malũ propterea Math .v.
post suppletionẽ ꝑceptorum moralium ve
teris legis cõcludit perfectõem euãgelicã di
cens: Estote ergo perfecti sicut pater vester
celestis perfectus est. perfecit autẽ christus
moralia precepta legis. etiam cõsilia euan-
gelica supaddẽdo. propter quod Mat .xix.
Juuem dicenti se custodisse mandata legis
et querenti vlterius viam perfectionis. dicit
saluator adhuc vnum tibi deest. Si vis per
fectus eẽ. vade et vende omnia que habes
et da pauperibus. et habebis thesaurum ĩ
celo: et veni et sequere me. Secundo in lege
moysi iudicialia precepta erãt impfecta. qđ
patet ex duob⁹. Primo ex modo inducendi
homines ad obseruantiaȝ iusticie. ad quod
ordinabantur iudicialia precepta. Secũdo
ex ipsis preceptis. primũ pȝ sic. ꝓprium est
hominũ ĩperfectorũ vt inducant̃ ad iusticiã
obseruandã timore pene. Unde dicit Ora-
cius libro epistolarum. Oderũt peccare bo
ni virtutis amore. Oderũt peccare mali for
midine pene. Hoc etiam declaratur ratione
quia illud quod cũ timore fit penale est et ñ
delectabile. Vñ dicit̃. i. Jo. iiij. timor penã
habet. Opari autẽ virtuose nõ ẽ pena virtu-
oso et pfecto sed magis delectabile, ꝓpt̃ qđ
dicitur .ij. ethi. ꝙ signũ hitus generati est de
lectatio in opere. lex moysi inducebat homi
nes ad iusticiam obseruandam per timorẽ
penarum. ꝓpter qđ dicitur lex timoris. Et
in signum huius lex fuit data in terroribus
vt pȝ Exo. xix. Jam aduenerat dies tercius
in quo. s. data est lex. Sequitur Et ceperunt
audiri tonitrua et micare fulgura. et nubes
densissima operire montẽ. clangorq; buccie
vehemẽtius perstrepebat. Timuitq; popu-
lus qui erat ĩ castris. Et similiter facies mo
ysi apparuit cornuta quando secũdo appor
tauit legẽ in tabulis descriptam. et timuerũt
filij israel. vt hẽtur Exo. xxxiiij. Jn cordib⁹
enim illis designabat̃ terror et seueritas legis
patet ergo primum videlicet imperfectio iu
dicialium preceptoꝝ ex modo inducẽdi ad
opa iusticie. s. per timorem pene. Secundo
idem patet ex ipsismet preceptis iudicialib⁹
que aliquando infligebant penam innocẽ-
ti. et aliqñ culpabilem non puniebant. Pri

mum pȝ p illud quod habet̃. Numeri. xxx
v. de homicidio oino casuali. vbi dicitur tal
qui fortuitu et absq; odio et inimicicijs iter
ficiebat hominẽ debebat confugere ad vnã
ciuitatem refugij. et ibi manere vsq; ad mor
tem summi sacerdotis. qđ erat aliqñ p ma-
gnũ tpus. Talis qui erat innocẽs cum ho-
micidium erat omnino casuale et ĩuoluta
rium sine culpa puniebatur graui pena. q̃a
oportebat eũ exulem esse per magnum tp̃s
a sua ciuitate et a sua possessione. Secũdum
patet vbi subditur de tali fugitiuo innocẽte
ꝙ si infra terminos vrbium inuentus fue-
rit. et percussus ab eo qui vltor est sanguinis
absq; noxa erit qui eum occiderit. Debuerat
enim ꝓfugus vsq; ad mortem summi sacer
dotis in vrbe habitare. et sic patet ꝙ interfe
ctio innocentis in tali casu remaneret sine pe
na. que tñ est grauis culpa. Talis autẽ im-
perfectio legis cõueniebat ĩperfectioni po-
puli qui erat pronus ad effusionem sangui
nis. et ideo interfector a casu remanẽs ĩ sua
ciuitate inter amicos interfecti. erit in pericu
lo mortis q̃uis innocens. et sic de facili pos
sunt in populo homicidia multiplicari. Et
ideo ad hec mala vitanda data est lex predi
cta de eius fuga. q̃uis esset innocens. Et ea
dẽ ratiõe pcebat lex. Si aliquis amic⁹ mor
tui interficeret eum extra fines ciuitatis refu
gij vt sic cogeretur in vrbe remanere non ex
sua culpa: sed propter homicidia vitãda ad
que populus tan ꝙ impfectus erat pn⁹. exẽ
plũ idoneum ponit philosoph⁹ quĩto ethi-
corum dicens ꝙ aliquando leges sunt sil̃es
regulis quibus vtunt̃ artifices in lesbia ad
dolãdũ lapides. q: lapides illi⁹ regiõis sũt
male dolabiles ideo vtuntur artifices regu
lis plumbeis vt possint tortuositati lapide
applicari. sic in veteri testamẽto date sunt le
ges aliquam impfectionẽ habẽtes ꝓpter ĩ-
pfectionẽ illius populi. lex tñ euãgelica q̃-
tũ ad iudicialia est pfectissima. q: ĩducit ad
obseruantiã legis non per timorem pene: sȝ
p amorem iusticie quod est proprie pfectoꝝ
vt supra dictuȝ est. ꝓpter quod lex noua me
rito dicitur pfecta secundũ ꝙ dicit̃. Jacobi.
i. Qui at̃ pspexerit ĩ lege pfecte libertat[. i. in
lege euãgelij q̃ ducit hoieȝ ad pfectionẽ et
liberat a seruitute timoris et seruitute pecca
ti. sicut dñs ait Jo. viij. Si mãseritis in ser-
mõe meo vi discipli mei er. t] et vos ꝯgnosce

tis veritatem et veritas liberabit vos. Item
quia nullum innocentē punit nec aliquod
malum impunitū reliquit. qꝛ etiā verba oci
osa punienda oñdit vt supra dictū ē. et non
solum verba ociosa: sed malas cogitatiōes
ſm quod dicitur Math.v. Ego dico vobis
ꝙ quicūq; viderit mulierem ad concupiscē
dā eā iā mechatus est in corde suo. propter
quod lex noua est perfecta. de qua pōt expo
ni illud canti.vi. Una est colūba mea perfe
cta mea. Dicitur etiam lex noua colūba me
taphorice quia est sine felle amaritudinis nl
lum innoxium puniens. Dicitur etiam pfe
cta quia nullum malum permittens et sic ap
paret perfectio legis euangelice ꝙtū ad iu/
dicialia. ¶ Tercio declaratur quō sacramē/
ta veteris legis erant iperfecta. Ad cuiꝰ eui/
dentiam considerandum ꝙ illa sacramēta
erant ordinata ad faciendum homines ido
neos ad cultū diuinū. et iō aliqua erāt cōia
toti populo tam viris ꝙ mulierbꝰ vt purifi
cationes alique a tactu imūdi vel mortui q
purificationes fiebant per aspersionē aque
expiationis: de qua habetur. Numeri. xix.
et similia. Aliqua autem erant solis viris ꝯ
uenientia sicut circūcisio aliqua solis sacer/
dotibus sicut consecratio et vnctio sacerdo/
tis et hmōi. Cuius ratō est qꝛ sacerdotes ap
plicabātur speciali modo ad cultū dei. Ista
tamē sacramenta predicta erant imperfecta
quia non conferebant gratiam sine qua nō
efficiuntur homines idonei ad cultum diui
num. Ideo sacramenta legalia dicuntur e/
gena et infirma. Ad gall.iiij. vbi dicitur sic
Nunc autem cum cognouistis deum immo
cogniti estis a deo quomodo conuertimini
iterum ad egena et infirma elementa. Dicū/
tur autem infirma. quia non conferebant a
liquam potestatem spiritualem. sicut confe
runt sacramenta noue legis. Similiter dicū
tur egena. quia non conferebāt grām q ne/
cessaria est ad bene vtendū illa potestate.
Sꝫ cōtra hoc videtur quia in Exo. et Leui.
quasi vbiq; dicitur qꝛ illa sacramēta redde/
bant hoīes idoneos ad cultū diuinū. dicē
ꝙ talis idoneitas erat ꝑ quādā mūdiciam
et expiationē corporalē sicut in noua lege qs
dicitur ineptus ad ministrandum et celebrā
dū ꝓpter imūdiciam manuū. lotio manuū
reddit eum aptum. sed hec aptitudo est tan/
tum corporalis. Sic erat de aptitudine que

dabaē per sacramenta veteris legis. Et pro
pter hoc dicuntur illa sacramēta emūdatio
ones carnis vt habetur ad Hebr.ix. vbi dici
tur sic. sanguis hyrcorū qui.s. offerebatur in
consecratione sacerdotū et cinis vitule asper
sus quo omnes mundabantur a tactu mor
ticini vel imūdi vt dictū est inquinatos san
ctificat ad emūdationē carnis.i. corporis.
qꝛ sicut dictū est talia non conferebāt grām
sed auferebāt quedā impedimēta seu irregu/
laritates ipedientes a tabernaculi ingressu si
cut in noua lege patet ꝑ exēplū qñ enim per
prelatos dispēsabatur cū aliquo illegittime
nato vel priuato vno oculo vel hmōi nō cō
ferebatur ad hec sibi gratia sed tantum tollitur
irregularitas. Sed ꝯtra hoc videtur quia se/
cundum doctrinam sanctorum circuncisio
tollebat peccatum originale et per cōsequēs
conferebat gratiam vt communiter tenetur.
Dicendū secundum antiquam opinionē ꝙ
tollebat peccatum originale non tamen con
ferebat grām. hec cū erat ꝓtās circūcisiōis
vt tenet a multis et magnis doctoribꝰ quo/
rum rationes ꝓpter ꝓlixitatē omittuntur et
in hoc differebat a baptismo qui non solū
auferebat peccatum originale. sed ꝯfert gra/
tiam: Aliter pōt dici ꝙ si in circūcisione grā
cōferebaē hoc nō erat in virtute illius sacra
menti sed in fide xpi venturi quē ꝓtestabaē
ille qui circūcidebatur si adultus erat vel ali
us pro eo si puulus erat. Et hoc est quod di
citur communiter ꝙ valebat ex fide suscipi
entium. non autem ex opere operato. ꝑ quē
modū valent sacramenta noue legis. patet
igitur ꝙ sacramenta veteris legis erant imp
fecta. Sed lex noua perfecta est ꝙtum ad sa
cramenta quia illa conferunt gratiam qđ il/
la non faciebāt vt dictum est. propter qđ di/
citur Ioh.i. Lex per moysen data est gratia
et veritas per ihesū christū facta est ꝓpē hec
de Iohāne baptista qui per suam predicati
onem et baptismum disponebat populum
ad xpi baptismum et per consequens ad a/
lia sacramenta cum baptismus sit ianua oī
um sacramentorum. Luce.i. dicitur ipse pre
ibit ante illum in spiritu et virtute helye pa/
rare domino plebem perfectam. Sunt ergo
ablata sacramenta veteris legis et introduc
ta.vij. sacramenta noue legis in quibꝰ tāꝙ
perfectissimis sacramentis deus attulit no/
bis causas salutis spiritualis. ¶ Cause āt

salutis spūalis nō sunt nisi quatuor sicut et quatuor sunt cause salutis corporalis. s. curatiua. cōseruatiua. preseruatiua et meliora/tiua. Curatiua est duplex. quedā eni totaliter et simul curat vt baptismus culpaȝ et penam oīno delens quantū in se est quedā vero paulatim vt pnia. Conseruatiua est vt cōfirmatio. in hac eni datur spiritussāct⁹ ad robur et confirmationem gratie que data est i baptismo Preseruatiua est matrimonium i quo concupiscentia carnalis in ruinam turpitudinis prona excipitur honestate nuptiarum ne ruat in mortale peccatum meliora tiua est ordo in qua gratia melioratur vł augmētatur. vel etiam extrema vnctio que hoīnem in meliori statu ponit et securiorem reddit. Est quoqȝ quedā alia medicina predicta quatuor sola faciens. s. eucharistia quoniam et venialia curat et ab eis animā preseruat. gratiam quoqȝ conseruat. qꝛ. ps. ciij. Panis cor hominis confirmat et etiam gratiam augmētat. ¶ Quarto in lege moysi cerimōialia fuerunt imperfecta. Ad cuius euidentiam notandum ꝙ cerimonie veteris legis fuerunt in quadruplici differentia. Quedam pertinent ad sacramenta. quedam ad sacrificia. quedam ad obseruationem. et q̄dam ad sacra. Sacra autem et obseruationes ordinantur ad sacrificia et ad sacramenta quia sacra dicuntur vasa et loca et huiusmodi quibus vtebātur in sacrificijs et ritu colendi. Obseruationes dicuntur quidam modi viuendi religiosi quibus vtebanť iudei qui erant populus peculiaris ipsius dei vtpote ꝙ custodirēt se ab aliquib⁹ abarijs potibus et vestibus et similib⁹ ex hoc quia erant populus deo consecratus per sacramtum circuncisionis et alia sacramēta. Nunc autem ita est. ꝙ ex fine accipitur ratō eorum que sunt ad finem et ideo ostenso ꝙ sacrificia et sacramenta imperfecta erant sufficienter erit ostēsum ꝙ sacra et obseruatiōes erāt ip̄fecta. qꝛ ordinabāť ad duo predicta sicut ad finē vt prius dictū est. Qd autē sacrificia veteris legis erēt ip̄fecta ōnditur. qꝛ quedam erāt sacrificia p peccatis oblata et hec erant ip̄fecta. qꝛ nō poterant auferre peccata. ppter quod dicit aplus ad Hebr. x. Impossibile ē sāguiē hyrcorū et thaurorū auferri peccata. Et iterum ibidē. Omis quidē sacerdos .s. veteris legis presto. est quotidie ministrās et easdē offerens hostias q̄ nō possūt auferre peccata. Et idē habet. Esa. xl. Liban⁹ vero sufficiet ad succēdēdū et animalia non sufficient ad holocaustum. Libanus autem hic vocatur primum tēpluȝ quod fuit factū de lignis libani. Alia autē illa oblata quantū ad ptē cōcremata nō sufficiebāt ad amotionē peccati. Alia aūt erāt sacrificia pacifica. ex deuotione oblata ad grām dei impetrandā seu ad aliquod beneficiū diuinū. et illa erant iperfecta. qꝛ gratia diuina seu beneficium diuinū non impetrabatur ratione oblati muneris lȝ aliquando daretur ppter oblationem et fidem offerentis. Et hoc est quod dicit apostol⁹ ad Hebr. ix. Tabernaculū factū ē primū. etc. Sequitur q̄ est parabola tpis instantis. iuxta quā munera et hostie offerūtur que nō pnt fm cōsciam pfectū facere seruiētē ꝙ perfectio consciē est donuȝ grē. Et sic ptȝ ppositū ꝙ lex moysi q̄tū ad cerimonialia et sacrificia erat iperfecta.

¶ Sed lex noua pfectissima est q̄tum ad sacrificia: qꝛ ipsa est vnū sacrificiū pfectissimū scȝ eucharistia que nō tm̄ est sacramētū sed etiā sacrificiū qꝛ ibi xp̄s queadmodū imolatur et fructus sue benedicte passiōis a populo pcipiť. Istud autē sacrificiū tanq̄ vnuȝ et pfectū fuit in lege figuratū per multa sacrificia et varia sicut perfectū per iperfecta. Eius autē pfectio apparet in duobus. qꝛ pmo tollit peccata quod nō poterāt facere legis sacrificia. ppter qđ dicitur. Joh. i. Ecce agn⁹ dei ecce qui tollit peccata mundi. fm ꝙ dicit beatus Jo. i. canonica. iij. ca. Ipse est propiciatio pro peccatis nostris. nō p nostris autem tm̄. sed p totius mūdi Secūdo apparet eius pfectio ꝙ augmētat grām fm ꝙ dicit Joh. vi. Qui māducat me viuit propter me scȝ p augmētū gratie. De hoc sacrificio pāis et vini in Bereschith raba. i. in genesi magno. Rabi mosse darsan super textum gen̄. c. xiiij Melchisedech rex salem offerens panem et vinum. Erat ei sacerdos dei altissimi dicit rabi samuel bel filius nahamā. Iste melchisedech erat sem filius noe. et quid voluit dicere proferens panem et vinum. ostendit nobis ꝙ docuit ei actus sacerdotij qui erat sacrificare panem et vinum et hoc est quod dixit. ps. in psal. cx. Jurauit dominus et non penitebit cum tu es sacerdos in eternum fm ordinem melchisedech. Et quis ē ille. Ille

est rex messias. ppter quod scriptū est. Ecce rex tu⁹ venit tibi iustus et saluator ipse: zach ix. Et in hoc φ dicit pferēs panē et vinū cō cordat cū ps. qui dicit. ps. lxxi. Erit firma/mētū in terra in summis mōtiū. vbi dicit trāslatio chaldaica. erit sacrificiū panis i terra i capitibus montiū sinagoge. Et cū ille. ps. lxxi. Deus iudicium tuū regi da ??m docto/res talmuth totus loquatur de messia. q̄cū/φ si non est cec⁹ potent videre ??m predictam translationē chaldaicā φ messias erit firma mētum in terra in altitudine montium sina goge qui montes synagoge et ecclesie sunt sacerdotes qui quotidie de facto eleuāt messiam super capita sua. et est ita clarū φ non possunt negare nisi illi super quos venit maledictio: Esa. In cecitate oculorū vt cordis hoc est ergo vnicū sacrificiū excellentissimuz legi noue in pane et vino. quod sacrificiuz ē ipsemet messias et sic pfectio legis euangelice patz ex perfectione sacrificij. Et cū omnes cerimonie ecclesie sint precipue ppter istō sacrificium: sicut ppter finē. sequitur φ cerimonie xpianorū sunt perfectissime. Nec est mirādū φ in lege noua fiant cerimonie que aliquid figurent sicut figurabant cerimonie veteris legis. Cerimonie eñi ordināt ad cultū diuinum. Et ??m φ dicit Augusti. in enchiredion. c. iij. De⁹ fide spe et charitate colitur loquēdo de cultu interiori qui est per fidē et charitatē. Est ergo triplex status hoīs in quo habet fides et spes de bonis celestib⁹ et de his p que ad ipsa introducimur. s; de mysterijs xpi. et de vtrisq; sicut de futuris et hic ē status veteris testamenti in quo habet fides de bonis celestib⁹ sicut de futuris. Sed de his per que itroducamur ad celestia s; de mysterijs xpi. sicut de pñtib⁹ uel de p̄teritis est status noue legis. Tercius stat⁹ ē in quo vtraq; habent tā φ p̄sentia et euidentia et nihil creditur. et hic ē status patrie celestis in hoc autem statu tercio vbi nihil creditur nihil est cerimoniale vel figurale ad cultū ptinēs. ??m φ dicit Apocal. xxi. Templū nō vidi in ea dominus ei deus omnipotēs tēplū illius est. Pari igitur ratione adueniēte secūdo statu. s. noue legis cerimōie primi status. s. veteris legis cessare debuerūt et induci alie que cōuenirēt statui noue legis. in quo bona celestia expectant de futuro. s; bñficia xpi habita sunt de preterito. Et ideo q2 cerimonie veteris legis significabant xp̄z vē turū. dignum est vt sic euacuaretur in noua lege in qua mysteriū xpi iam est preteritū et hoc est qd̄ dicit apl's ad Hebr. ix. trāslato sacerdotio necesse est. vt legis translatio fieret φtū. s. ad cerimonialia thurificatione tātuz excepta. q2 nō significabat mysteriū xpi directe sed deuotionē populi ad xp̄m. nūc autez debet esse non minor deuotio ad ip̄m iam presentialiter exhibitum φ erat tūc ad ipsuz venturū. ppter quod in noua lege manet thurificatio per quam designatur ministrorum ecclesie et ipsius populi deuotio. Innumere autē sunt i lege noua cerimonie. Et si nūφ aliud attenderēt iudei et pagani nisi excellentia cerimoniarū in ritu xpiano: Istud soluz deberet conuincere cecitatē eorum sicut patz de ornamentis sacerdotalibus et ministrorum et de alijs que cum tanta solennitate fiunt in altari et in choro in festis duplicibus maioribus minoribus semiduplicibus et simplicibus quales etiam cerimonie fiūt i choro a cantoribus et organis φ honestissime inclinationes. Quid dicam de ornatu i crucibus et calicibus aureis et argenteis. ceterisq; vasis et reliquiarijs in quibus reliquie sanctorum qui pro xpo mortui sunt vel cruz fidelissime sicuti sunt honorifice conseruant. Mirabantur iudei vnum templum Salomonis sed i stuporez cōuertantur pre multitudine et magnitudine ecclesiarum xpi i toto orbe constructarum. Mirentur altitudinē et pulchritudinem turrium in quibus armonia dulcissima resonat campanarum que p laudibus diuinis et pro conuocatione populorum et pro terrore demonum mira efficacia propulsantur. Quid dicam de cerimonijs romane curie in summi pontificis imperatorum et regum vnctione. Quid de consecratione episcoporum ecclesiarum altariū vasorum et vestimentorum que omnia admiranda et stupendissima sunt cum christo et in admirationem conuertūt deuote aspicientes. Attendant autem miseri iudei: s. et infideles super omnia in vna et eadem fide tantā diuersitatē religionum: vbi homines a seculo fugientes exponunt totum tempus vite sue in laudibus et seruitio redemptoris qui licet diuersis cerimonijs pro conseruatione religionum quasi quibusdā muris vtū tur sicut nudeū in testa conseruatur. et mel i

fauo et ciuitas in muro. In substãtia tamẽ eiusdẽ fidei nullatenus discrepãtes ad vnũ beatitudinis terminũ nituntur peruenire.
Sic ergo patz in sũma colligendo ꝙ lex noua que euãgelica dr̃ perfectissima est in moralibus. qꝛ ea implentur addita perfectiõe. qꝛ illi precepto nõ occides additur non irasci. Et illi nõ mechaberis additur non concupiscere ex visu. Et illi non piurabis addit̃ nõ iurare oino. i. sine ltima cã et sic ꝺ alijs. M. v. Et ab illo pmisso vsure alieno tollitur ipfectio date mutuũ nihil inde sperantes Luce. vi. Et illi de libello repudij addit̃ si quis dimiserit vxorem nisi ob fornicatõnem mechat̃ et qui eam duxerit similiter mechatur Math. v. Et sic tollunt̃ impfectõnes taliũ pmissoꝝ in lege veteri Si queras vtꝝ moralia ꝑcepta possunt dici euacuata simpl'r. Respõdet̃ ꝙ moralia ꝑcepta fuerũt euacuata tãtummodo ſm quid. s. ꝗtum ad impfectionem. cui⁹ ratio est quia sunt de dictamine recte rõnis et iõ manẽt ꝗtum ad substãciam ꝑcepti. remota tantuꝫ impfectione sicut dictum est qꝛ quando ex impfecto fit pfectum non tollitur terminus a quo sed tm̃ ci⁹ impfectõ sicut qñ ex minus albo fit magis albũ non tollitur albedo precedens. sed tm̃ eius impfectio: Non est sic de cerimonialibus veteris legis qꝛ cõtrariãt̃ noue legis cultui et quãdo fit mutatio de vno cõtrario in alteruꝫ oportet termini a quo totaliter euacuari sicut quãdo ex albo fit nigrum albedo tollitur. Cerimonie veteris legis dicũtur cõtrarie cerimonijs noue legis qꝛ ille figurabant xp̃m venturũ et iste iam de preterito aduenisse. et iõ totaliter cessare debuerũt Etiã lex noua est perfectissima in iudicialibus ex amore ad iustiãã inducẽdo. innocẽtẽ nõ cõdẽnãdo. nec aliqḋ malũ ipunitũ relinquẽdo et iplenit xp̃s iudicialia precepta. et i eo qḋ iusticie addidit equitatẽ misericordie vt pꝫ in absolutione adultere. Jo. viij. Justicia enim ſm rigorem diminuta est a misericordia que superexaltat iudiciũ. Jaco. ij.
Sed nunquid iudicialia precepta veteris legis totaliter euacuata sunt. Respondet̃ ꝙ quando corrumpitur terminus a quo illud per accidens quod est ei adiunctum corrumpitur potest tamẽ manere cũ termio ad quẽ si non habeat ad ipsũ cõtrarietatẽ nõ tamẽ manet idem numero sed specie tm̃. Sic quãdo de aere fit ignis corrumpitur aer et mãet in igne qualitas symbola eadẽ specie. s. raritas: talia sunt iudicialia veteris legis. quia adueniente lege grẽ. cessat etiã eoꝝ obligatio possit tm̃ aliquis princeps ordinare ꝙ seruarent̃ in regno suo ita tamẽ ꝙ non reputaret ea esse obligatoria ex lege moysi. Ratio autẽ predicti est. quia iudicialia precepta pse et directe non erant ordinata ad significãdũ aliquid futurũ sicut erant cerimonialia sed erant ordinata per se et directe ad seruandũ ordinẽ iusticie in populo iudaico vt supra dictũ est. Quia tm̃ stat⁹ illi⁹ populi erat figuralis totus respectu xp̃i. vt dicit apl's. i. Cor. x. oia in figura contingebãt illis. p cõsequẽs precepta iudicialia illius populi erant figuralia non directe sed ex cõsequenti Et ideo si aliqui seruarẽt ea ex hoc ꝙ fuerunt tunc statuta hoc eẽt dicere ꝙ status ille adhuc durat. qḋ est erroneũ et illicitũ. si tm̃ aliquis princeps vellet ea de nouo statuere posset licite. ¶ Cõsiderãdũ tm̃ ẽ ꝙ i lege noua transeũt ꝗtũ ad eorũ rigorem. qꝛ essent magis obseruanda ex amore virtutis ꝗ ex timore. qꝛ lex noua ẽ lex amoris. ꝓpter qḋ dicit. i. Jo. iiij. Perfecta charitas foras mittit timorẽ adiplenit etiã xp̃s precepta iudicialia rigorem eorum tpando in aliquibus vt dictum est per seipsũ et in alijs dimisit tparmentum suis ministris scꝫ ecclesie prelatis et principibus catholicis vt de talib⁹ ordinent ſm ꝙ viderint vtile cõitati fideliũ ſm temporũ varietatem et locorum et personarum. et istud nõ fuit destruere legem sed adimplere. qꝛ sic ordinauit meliorem modũ obsuationis iusticie. sicut nõ destruit̃ puer quãdo fit vir. quia licet transeat pueritia manet tm̃ melior status eiusdẽ persone. etate mutata. lex vetus habuit quasi statũ pueri respectu noue legis. propter quod vt supra dictuꝫ est ad Gal. iij. dicitur. Lex pedagog⁹ noster fuit in xp̃o. i. regulatiu⁹ status puerilis propter quod erat lex timoris sicut pueri sub disciplina et timore custodiũtur. lex autẽ euangelica est lex amoris. et ideo nõ debet eẽ tantus rigor penarũ. qꝛ ꝓprium hominũ pfectorum est magis deduci ad virtuteꝫ amore iusticie ꝗ timore pene vt supra dictũ est. est etiam lex noua pfectissima in sacramẽtalib⁹ vt dictũ est de eucharistie sacramẽto. Et impleuit xp̃s sacramentalia legis per exhibitõ

nem veritatis. venit enim rex et īpleuit figu
ras que vacue erant. Impleuit sacramētum
circuncisionis quod se extendebat solum ad
viros primo suscipiendo in seipso. Secūdo
melius efficaciꝰ et generalius instituēdo sa/
cramētū loco ipsius. s. baptismū in quo con
fertur maior gratia et remediū tā viris q̄ mu
lierib⁹. Impleuit etiam sacramētum vnctio
nis regū et sacerdotū. non ꝙ assumpserit sta
tum sacerdotis legalis vel terreni regis. im/
mo dixit corā Pylato. Regnū meū nō ē de
hoc mūdo. Jo. xviij. et ideo nō habuit istā
vnctionem corporalem regū vel pontificū
sed vnctionē spūalē habuit a deo patre per
plenitudinem gratie ſm ꝙ dicitur in psal. xl
iiij. Unxit te deus deus tuꝰ oleo letitie etc̄.
Est etiā lex noua perfectissima in cerimoni/
alibus vt dictum est. et xp̄s īpleuit cerimo/
nialia non solum que pertinebant ad sacra/
menta sed etiam ad sacrificia sicut imolatō
agni paschalis et iuge sacrificium et simi/
lia. que erant figuratiua vnius sacrificij ꝑfe
cti. s. xp̄i in cruce offerendi. Et ideo ista iple
uit xp̄s vno modo corporaliter patiendo ī
corpore in cruce. Alio modo efficacius sa/
crificiū. s. eucharistiam instituendo. Que/
dā etiā cerimonialia pertinebant ad sacra/
mēta. et de talibꝰ erant p̄cepta ꝓhibitiua v/
suum aliquorū ciborū et cōsilia et ista adi
pleuit xp̄s. qr dicit Petrus Act. x. In mun
dū et cōmune nō intrauit in os meum. et
multo fortius xp̄s hec obseruauit. et sic ista
p̄cepta impleuit obseruando et obseruati/
onem meliorem declarando. per talē enim
abstinentiam a corporalibus cibis signifi
cabatur abstinētia a spiritualibus imun/
dicijs: hanc autem mundiciā instituit xp̄s
in lege euangelica que est mundissima di/
cens. Mat. v. Beati mūdo corde quoniā
ipsi deū videbūt. et ꝑ cōsequēs debuit ces/
sare illa figura vel abstinentia. propter qd̄
dicitur Act. x. Que deus purificauit tu cōe
ne dixeris. qr nullꝰ cibꝰ coinquinat hoīes q̄
cū gratiarū actione percipitur. et hoc est qd̄
dicit xp̄s. Mat. xv. Quod intrat in os non
coinquinat animam. dimisit tn̄ deus in or
dinatione ecclesie de aliquibus abstinētijs
faciendis pro loco et tēpore. et sic p̄z. excel
lentia legis xp̄i q̄tū ad totū corpꝰ. et quo
modo xp̄s legē adimpleuit q̄tum ad omnia
genera p̄ceptorū Est etiam perfectissima ꝑ

amotionem velaminis quod significatum
est. quia tunc sacramētalia et cerimonialia
mutata sunt quo ad effectū sed nō quo ad
obseruātiam. quia cum honore sepelire de
buit synagoga mater nostra. ¶ Legalia ci
mpliciter cōsiderātur. primo quasi viua an̄
passionē. et tunc iudei tenebantur conserua
re ex precepto. Secundo quasi mortua. s. a
passione domini vsq̄ ad fidei manifestam
reuelationem. et hoc tempore permissum
erat eis seruare et Petrus seruauit. Tertio
cōsideratur tempus: in quo fuerūt mortua
sc̄z post fidem reuelatā et ex tūc nec precep
ta nec permissa sed oīno ꝓhibita ne cineres
mortales sc̄z synagoge sepulte de tumulo ꝓ
direnit quod horribile foret et fetidū. Sic er
go lex noua in toto corpore perfectissima ē
sicut ex opposito lex vetus toto corpore im
perfecta. Oia etiam cōtēta ī lege noua vt di
cit doctor subtilis Scotꝰ in prologo primi
dissonantia ptium corrumpi non pt qr sim plex est. ꝓprietas aūt nō est sine forma quia substantia est et ita ex fluxu materiei corrum pi nō pōt qr ibi materia non est ergo incorru ptibilis est. ꝙ aūt incorporea sit patet quia hoc genus subalternum spiritus sub se con tinet has spēs animam et angelū ergo aut angelus incorporeus non est vel anima in- corporea est. Secūdo confirmatur quia cor ruptio non fit inentibus nisi ratione appe- titus:ergo vbi appetitus est quietatus vltra nihil appetit. Sed materia per animam ra- tionalem vltimate quietatur quia nullā no biliorem habere pōt. ¶ Secunda arguitur ex diuina bonitate sic Cum deus sit omni- bus bonus maxime tamen bonus est ami- cis suis sed amico proprium est conuiuare. viij. Ethicorum et amicus salueṫ amici vitā si potest ergo faciet ꝙ anima viuat post se- parationem a corpore. ¶ Tercio arguitur ex diuina causalitate. Omnis causa quāto pl⁹ intendit ad esse alicuius tanto plus intendit ad eius conseruationem sed esse anime rati onalis prius intenditur quantum ad esse ꝙ forma solis qui nobilius est esse eius cū sit spiritualis et spiritualia corporalibus pre- feruntur vt dicit Aug ix.de trinitate cum er- go sol sit incorruptibilis multo ergo fortius anima erit incorruptibilis et immortalis. Quarto arguitur ex magnitudine diuīe po- tentie ꝓbando necessitatem alterius vite p resurrectionē sic. Uidemus enim ꝙ natura reducit per vnū granū seminis arborem vel herbā sui generis verūtamē non reducit eā- dem herbam vel arborem numero sed alte- ram simile. Et similiter in generatione natu rali hominum bestiarum et auium qr natu- raliter exijt homo ab homine et femina per generationem et sic de auibus et bestijs sed non redit idem homo numero nec eādē be stia sed alter homo et altera bestia. vnd si na tura haberet tam magnū posse ꝙ illū eūdē hominem numero et eandem numero besti am et arborem que deficit et moritur posset reducere viuū maiorem potestatem haberē ꝙ habet et ideo si deus non resuscitaret illū eundem hominem numero qui moritur nō ostenderet ꝙ suum posse esset maius ꝙ pos se nature. Cum ergo posse suum incompa- rabiliter maius sit ꝙ posse nature. si non fa ceret illud per quod suum posse ostendatu-

maius est ꝙ posse nature cōtrariatur sue ptāti et pfectioni quod est incōueniens. Ex quo manifeste pꝫ ꝙ erit resurrectio et altera vita et ꝙ idē corp⁹ numero resurget ad manife/standum ꝙ maius est posse dei ꝙ̄ nature.

¶ Quinto arguitur ex diuina sapia quia pfectius opus arguit maiorē sapiam i magistro qui illud facit. Unde si deus creauit hominem ea intentione vt resurgat et duret sic sine hoc videtur nobilius ꝙ̄ si illud creasset ea intentione vt nō resurgeret et duraret sine fine. Et vbi est nobilior intentio et nobili/or respectus ostenditur excellentius opus et ex operis excellentia maioritate et nobilita/te ostenditur excellentior et nobilior sapien/tia in magistro. Necesse est ergo resurrectio/nem fieri et aliam vitam dare vt diuina sa/pientia excellentissima cognoscatur. ¶ Se/xto arguitur ex amabilitate eternitatis dei necesse est homini charitatem habere hoc ē deum amare quia deus est eternaliter amabilis. Unde si homo resurgat et ex diuine e/ternitatis influentia homo fit perpetuo du/rabilis in gloria amabilior erit eternitas diuina ꝙ̄ si homo nō resurgeret sed finiretur i morte. Ad ostendendū ergo concordiam inter durationem dei et hominis et amoris excellentiam fiet resurrectio q̄ si nō fieret nō ostenderetur. Septimo arguitur ex diuine iusticie equitate. Iusticia eī dei requirit ꝙ oi/bus reddatur ẜm merita et demerita alias nō esset iustus. Cum ergo hoc nō fiat in vita p̄senti cū mali videantur florere. Job.xxi. ducunt in bonis dies suos. boni vero tribulāt ergo fiet in vita alia quod eē non pōt nisi anima sit immortalis et nisi fiat resurrectio. tunc enim illa res que bonum vel malum fecit in hoc mundo per diuinā iusticiam pmi/abitur vel pmietur. ¶ Octauo arguitur ex eternitate diuine iusticie sic poterit deus eternaliter iudicare hominē. si homo posset esse sine initio sicut poterat eū iudicare eternali/ter si homo eēt sine fine. vñ si resurrectio non esset significaretur ꝙ si creatura posset eē sic initio. ꝙ deus nō posset sua iusticia eterna/liter homine vti vt ergo detur intelligi ꝙ deus poterat eternaliter vti sine initio in homine si homo posset esse eternaliter sine initio. Sapia diuina ordinauit ꝙ fiat resurrectio et ꝙ iusticia diuina sit potens conseruare humanum corp⁹ sine fine dato ꝙ semp sit i tormentis vt iusticia vtatur in eo. ¶ Nono arguitur ex naturali appetitu hois sic. iposibile est appetitū naturalem esse frustra sed homo naturaliter appetit ppetuo manere qd pꝫ ex eo ꝙ eē est quod ab oibus appetit. hō eni p intellectum appetit eē non solū vt nūc sicut bruta aialia sed simpliciter cōsequetur. ergo hō ppetuitatē ẜm animā qua esse sim/pliciter et ẜm omne tēpus apphendit. ¶ Decimo arguitur ex capacitate anime qr aīa capax est beatitudis. De⁹ aūt vt ait Augu. in/genti libertate implet omnes creaturas ẜm capacitatem earū ergo cōfert anime beatitu/dinē. ad beatitudinē autem spectat vita perpetua ergo necesse est alteram vitā ponere et animā esse immortalem. ¶ Undecimo ar/guitur ex hominis timore. qr si anima mo/reretur cū corpore hō nō plus timeret mor/tuus ꝙ̄ lupus vel canis mortuus. cum ergo experiamur singularem timorem in hoie mortuo quē nō experimur in ceteris aialib⁹ mor/tuis. ergo necesse est dicere. ꝙ relinquit ali/quid viuens post mortem hois quod timetur. ¶ Duodecimo arguitur sic deus fecit a/nimam ad ymaginē et similitudinē suā sed deus est immortalis ergo et aīa. Et licet nō posset forsitan ratione naturali demonstra/tiue probari. sicut satis patet per debilitatē rationū. quo ad hoc tā a sanctis ꝙ̄ a phis adductarum. Sūme tamen cōuenit hoc credere sicut multa alia sunt vera que pbant demonstratiue nesciamus sicut alterum istorꝫ pcerto est verum mundus incepit esse vel mūdus non incepit esse tamen nullum istorum demonstratiue probari pōt ẜm Aristotilem iiij. topicorum. Unde communiter dicitur de quodam religioso ꝙ redarguit quēdam phm ex eo ꝙ negauit animam esse immor/talem. Quero inquit a te phe ait ille religio/sus. aut anima est mortalis vel immortalis si est mortalis nullum incōmodū infligeret credentibus eam esse immortalem. si vero ē immortalis. tunc credere eam mortalēꝫ. qd incōmodum in te sequitur ergo melius est credere eam esse immortalem ꝙ̄ mortalem.

¶ Tercio iprobatur pdictus error auctoritatibus. quadrupliciter. primo auctoritatibus noui testamenti ex euangelio. Secundo au/ctoritatibus eiusdem ex epistolis et actibus

¶ Tercio auctoritatibus veteris testamenti.

¶ Quarto auctoritatibus doctorum ecclesie q̄

omnia expresse sonāt aliam vitā. De primo inducūt.xij.auctoritates. Prima auctoritas habetur Joh.vi.hec est autē voluntas patris mei qui misit me.vt omnis q̄ videt filium.p fidē formatā charitate.ideo sequitur et credit in eum habeat vitam eternā quod infallibiliter est verū in pdestinatis.et ibidem. Qui manducat meā carnē et bibit meū sanguinem habet vitā eternā et ego resuscitabo eū in nouissimo die. Secūda auctoritas habetur Joh.iiij.cū xp̄s loqueret samaritane. Qui biberit ex aqua quā ego dabo ei fiet in eo fons aque viue salientis i vitam eternam. Tercia auctoritas est Joh.vi. Qui māducat hunc panē viuet ineternum. Quarta auctoritas est Math.xix.et Marci.x. Cū quereret iuuenis ille magister q̄d bōi faciam vt vitam eternā possideam. Respondit ei xp̄s si vis ad vitam.s.eternam ingredi serua mandata. Quinta auctoritas Marci.ix.bonum est tibi claudum introire in vitaȝ eternam q̄ duos pedes habentem mitti in gehennā ignis inextinguibilis. Sexta auctoritas est Mar.x. Nemo est qui reliquerit domum aut fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut vxorem aut filios pp̄ter me et propter euāgelium qui non accipiat cencies tm̄ nunc i tp̄e hoc.domos et fratres et sorores et matres et filios et agros cum persecutionibus et in futuro seculo vitam eternaȝ Dicit q̄ in presenti accipiet cencies tm̄ quia pro temporalibus accipit in presenti bona spiritualia que tantum excedūt bōa temporalia quātū centenarius vnitatem aliter autem pōt exponi de religiosis qui pro vno patre carnali vel fratre dimisso habent spūales fratres et matres et patres multos et etiam possessiones multas et agros inquantū ex possessionibus omnium fidelium sufficienter sustentantur fm illō apostoli.ij.ad Cor. vi.quasi nihil habentes et omnia possidentes Unde Augu. Contemne omnia et habebis omnia. Septima auctoritas ē Joh.iij. Qui credit in filium habet vitam eternā qui autem incredulus est filio non habet vitam eternam.sed ira dei manet super eum: Et ibidem sic deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret vt omnis qui credit in illum non pereat sed hēat vitā eternam. Octaua auctoritas est Joh.v. Scrutamini scripturas in quibus putatis vitam eternam habere et ille sunt qui testimonium phibent de me et nonvultis venire ad me vt vitam habeatis. Nona auctoritas ē Jo.vi.vbi dicitur q̄ cū multi ex discipulis ihū abirēt retro dixit ihūs ad duodeci. Numq̄d et vos vultis abire. Respondit ei symō petrus. Dn̄e ad quē ibim⁹ verba vite eterne hēs et nos cognouim⁹ et credim⁹ q꞉ tu es xp̄s filius dei. Decima auctoritas est Joh.x. Oues mee vocē meā audiūt et cognosco eas et sequūtur me.et ego vitā eternā do eis Undecima auctoritas ē Joh.xij. Qui odit animā suam in hoc mūdo in vitam eternaȝ custodit eā. Duodecia auctoritas ē. Math.x. Nolite timere eos qui occidūt corpus.animam autem non possunt occidere.sed poti⁹ eum timete qui pōt animā ē corpus ꝑdere in gehēnam. Hec duodecim auctoritates ex euangelij deducte sunt quasi.xij.colūne auree nostri inexpugnabilis fortaliaij. Predictas adiūgūtur alie.xij.auctoritates apostolorum xp̄i. Prima est cū iudei cōtradicerent paulo et blasphemarent tūc ꝯstant paulus et barnabas dixerūt. Actuū.xiij. vobis oportebat primū loqui verbum dei:sed q̄m repulistis illud et indignos vos iudicastis vite eterne.ecce conuertimur ad gentes. Sic enim precepit nobis deus. Secunda est eiusdem ad Gala.vlti. Qui seminat in carne sua de carne et metet corruptionem. qui autem seminat in spiritu de spiritu metet vitam eternam. Tercia est eiusdē pma Thimo.i. Ideo misericordiam consecutus sum. vt in me primo ostenderet iesus xp̄s oīm pacientiam ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam eternam. Quarta est eiusdē pma Thimo.vi. Certa bonum certamen fidei apprehende vitam eternam i qua vocatus es et confessus confessionē bonam. Quinta est eiusdem Thimo.i.paulus dei seruus apostolus iesu xp̄i secūdū fidem electorum dei et agnitionem veritatis que fm pietatem est in speȝ vite eterne quā promisit qui non mentitur deus ante tempora secula. Sexta est eiusdem ad Thimo. iij.dicens. Justificati gratia ipsius heredes sumus fm spem vite eterne fidelis sermo est Septima auctoritas est eiusdem prima Cor.xv. Si in hac vita tm̄ in xp̄o sperantes sumus miserabiliores.sumus omnibus hominibus quasi dicat. Si speramus in hac

vita remunerari a xpo miserabiliores sum⁹ etc. qr alij admimus perfruuntur bonis huius vite nos autem patimur mala. In primitiua enim ecclesia fideles erant multa sustinentes aduersa. Sed contra hoc posset argui de multis phis qui voluptates et diuitias huius seculi cōtempserūt et cū hoc negabant resurrectionem mortuorum nec tamen dicuntur miserabiliores alijs hominib⁹ sed meliores. Dicēdū φ nō est simile d phis et xpianis qr phi hoc fecerunt propter maiora bona consequenda. s. virtutes intellectuales et morales in quibus consistit cognitio veritatis et cōsecutio politice bonitatis hoc autē nō pōt dici de xpianis qui cōfitentur xpm resurrexisse a mortuis quod falsum esset si resurrectio esset impossibilis falsitas autem malum est intellectus sicut veritas eius bonum. Octaua est apostoli petri. prima Pe. iij. Saluos baptisma facit non carnis depositio sordium sed conscie bone interrogatio in deum per resurrectionem ihesu xpi qui est in dextera dei patris. deglutiens mortem vt vite eterne coheredes efficeremur pfectus in celum subiectis sibi āgelis et potestatibus et virtutibus. Nona ē Job. apostoli. i. Jo. i. vidimus et testamur et ānunciamus vobis vitam eternam. Decima ē eiusdem in. c. ij. hec est repromissio quā ipse pollicitus est nobis vita eterna. Undecima est eiusdem in. c. v. hoc est testimoniū quoniam vitam eternā dedit nobis deus et hec vita ī filio eius est. Duodecima est eiusdē in. c. eodē assumpsit nos et dedit nobis sensum vt cognoscamus verū deū et sim⁹ in filio ei⁹ vero hic est ver⁹ de⁹ et vita eterna. Ecce habemus. xij. ppugnacula nostri fortalicij apostolorum xpi. Nunc videamus auctoritates veteris testamenti et inueniuntur tres. Prima est Thobie. xij. elemosyna a morte liberat et facit inuenire vitam eternam. Secūda est. Ecc. xxiiij. Qui elucidant me vitā eternam habebunt. Ecce premium quod pmittit diuina sapia suis elucidatoribus.

Tercia est Daniel. xij. Multi de his qui ī puluere terre dormiunt euigilabūt. Alij in vitam eternam Alij in obprobriū vt videant semper. Premissis aūt omnib⁹ articulis. fidei vltim⁹ concordat qui est Carnis resurrectionem et vitam eternam Amē. Hec ē etiam sententia verissima catholice fidei et doctorū. dicitur enim in libro de ecclesiasticis dogmatibus solū hominē credim⁹ hr̄e aiam substantiuam que et exuta a corpore viuit et sensus suos atq ingenia viuaciter tenet nec cū corpore moritur sicut Arabs asserit nec post modicū interuallū sicut zenon qa substantialiter viuit. Et Aug. O aīma mea illā patriā petere debuisti in qua est quies sine labore gaudiū sine dolore. pax sine tribulatione. lux sine tenebris. vita sine morte Jsdē si simul aīa cū corpore interiret p nihilo dei filius deo patri spiritū cōmēdaret. sed moritur et deo patri spiritum cōmēdat vt mortem corporis et īmortalitatem aīe designaret. Confirmant̄ finaliter omnia predicta auctoritate beati gre. in. iiij. libro dyalogorum vbi loquens de vita anime post obitum sic ait. Carnales quiq qr illa inuisibilia scire nō valēt per experimētū. dubitant vtrū ne sit quod corporalibus oculis nō vident que nimirū dubietas primo parēti nostro esse non potuit. qr et exclusus a paradisi gaudijs hoc qd̄ amiserat quō viderat recolebat. Hi aūt sentire vel recolere audita nō possunt quia eorum nullum sicut illi saltem de preterito experimentum tenent. Ac si eni pgnans mulier mittatur in carcerē ibiq puerum pariat qui natus in carcere nutriet et crescat. Cui si fortasse mater que hunc genuit solem. lunam. stellas. mōtes. et campos et volantes aues. currentes equos nominet: Ille vero qui est in carcere natus et nutritus nihil aliud φ tenebras carceris sciat et hec quidem esse audiat. sed qr ea per experimentum non nouit veraciter esse diffidat. Ita in hac exilij sui cecitate nati homines dum esse summa atq inuisibilia audiunt. diffidūt an vera sint quia sola hec infima in quib⁹ nati sunt visibilia nouerunt. Unde factum est vt ipse inuisibilium et visibilium creator ad humani generis redemptionem vnigenitus patris veniret et spiritum sanctum ad corda nostra mitteret. quatinus per eum viuificati crederemus. que adhuc scire per experimētum non possumus quotquot ergo hūc spiritum hereditatis nostre pignus accepimus de vita inuisibilium non dubitamus. Nam quia post mortem carnis viuat anima patz ratio sed fidei admixta. Numquid et sancti apostoli ac martires xpi presentem vitam d spicerent. in morte carnis animas ponerēt.

nisi certiorē animarum vitā subsequi sciret. Et ecce hi qui animas in morte posuerūt atq animarū vitam post mortem carnis esse crediderunt quotidianis miraculis choru scant. Ad extincta eorū nāq corpora viuentes egri veniunt et sanātur. plurí veniunt et demonio vexantur. demoniaci veniūt et liberantur leprosi veniūt et mūdātur. deferūt mortui et suscitantur. Si igitur vitā aie manentis in corpore deprehēdis ex motu mem brorum cur non perpendis vitam aie p⁹ corpus etiā per ossa mortua in virtute miraculorum. Nā et multi nostrorū mentis oculū fide pura et vberi orōe mūdantes egredientes ex carne aias frequenter viderūt. hec ille De hoc ponūtur plura miracula in libro dyalogorum vide ibi

De heresi eorū qui dicunt ꝙ nō possunt euitare peccata qui fuerunt nati in tali constellatione vel signo.

Quartadecima heresis est eorū qui dicunt se nō posse euitare peccata qꝛ sunt nati in tali signo. Dicnotādū est ꝙ ſm gre. in omelia et ſm Aug. in. v. de ciui. di. c. i. et. xxiij. q. iij. quidam heretici. et ē ysid. viij. Ethy. c. v. fuerūt quidā heretici dicti priscillianiste qui fundamētis astrologorū adherentes dicūt vnūquēq hoiem sub cōstellationibus stellarū nasci earūq influentijs regi. dicunt etiam tales stellas dictorū hominū eē fatū. quod quidē fatū ſm August. nō dicūt dispositionē ac causarū ordinem siue cōnexionē in ipsis reb⁹ ſm diuinā volun tatē sicut dicit boeci⁹. iiij. de cōsolatiōe ph'a. vi. Sed dicūt fatū vim positionis syderū q̄l' est qñ quis nascatur vel cōcipitur quā vitare nō possent dicūt etiā habere ptātem stellas super hoim vitā mortem actus et officia. dicunt eñ ꝙ mars facit hominē homicidā et pliatorem. Aquarius piscatorē. Libra trapezetā cāpsorē et mercatorē huius opinionis fuerunt thalmud' ste dicentes de thalmuth. talia verba. filij et puisiones rerū nō depēdent ex meritis sed depēdēt ex cōstellatione signi: Sic attribuerūt malū regis saul et bonū regis dauid planetis et signis dicētes in eodē libro. Si natus fuisset saul in signo dauid ꝙ cecidisset coram eo Item dicunt iudei in libro thalmuth. in. c. qō incipit ceder thabemer ꝙ vn⁹ doctor cui nomē erat rabi Alazar vempeda dicebat ꝙ stringebatur ei fortiter mūdus. vult dicere ꝙ habebat magnā paupertatem et faciebat orationem deo ꝙ reuelaret ipsum ab illa magna paupertate. et dicitur ibi ꝙ de⁹ respondit sibi vis ꝙ ppter amorē tuū destruā mundū et iterū creem illum et forte eris in signo in quo efficiens diues. Ex quibus apparet manifeste ꝙ isti intelligebant deū non habere ptātem auferendo ab illo miseriam nisi mediantibus signis. Ex isto fundamēto supradicti heretici posuerunt ꝙ stella que nato domio creta fuit ad hoc nouiter facta et creata fuit vt xpo influeret sup eius vitā mortem. actus et officia ptātem haberet et sibi in omnib⁹ fatū esset Protāto dicit greg. vbi supra ꝙ predicti heretici hoc in adiutoriū sui erroris assumunt ꝙ noua stella exijt cū dominus in carne apparuit cuius fuisse fatū eandē stellam putant. Predictus error siue heresis improbat' per tres doctores ꝓbatissimos. s. p augu. Crisó. et Greg. Et primo per aug. qui i quinto libro. de ciui. dei in. c. i. dicit istā opinionem esse offensiuā et iniuriosā quatuor rebus insignibus et irreprobabilib⁹. Prio cōi lege et secte in generali. Secūdo celo in speciali. Tercio iudicio diuinali. Quarto ꝓbationi expimentali. Primo Aug. dicit ꝙ ista opinio est offensiua et iniuriosa omni legi etc. ſm eñ tulliū de natura deorū omnis lex et secta posuit deum esse. Non est tam fera tā rudibusq moribus cuius mētem opinio deorū non habuerit inquit tullius. Itē omnis secta et lex ponit ꝙ deus in necessitatibus deberi inuocari et rogari. Unde secundum phm in ethicis latera et cultus deorū sunt de lege nature et ſm tulliū vbi supra. Omnis lex et secta sacrificia quedam habꝫ qb⁹ deos suos reuereret. Si ergo ista opinio veritate contineat que dicit stellas hre banc potestatem ꝙ ex suis influentijs morib⁹ et actibus hominum imponant necessitatem quam euitare non possint. ad quid deus in necessitatibus inuocabitur aut rogabitur q̄ si dicat frustra. Unde contra ponentes istaꝫ opinionem dicit in textu. Hi ab auribus hominum repellendi sunt non solum eorum q̄ veram religionem tenent. sed qui deorum q̄liumcūq licet falsorum volunt esse cultores Hec opinio quid aliō agit nisi vt null⁹ oino

colatur aut rogetur deus. hec aug. Item secun-do hec opinio est offensiua et iniuriosa celo spiritualiter magna diffamatio istius ciuitatis esset si diceretur quod in aula sui consiliarij ciues et rectores concluderent et determinarent latrocinia perpetranda homicidia et certa mala committenda per istam ymaginationem. Augu. dicit quod celum quedam curia vel ciuitas est. ciues sunt stelle et si isti influunt et necessitant ad latrocinia homicidia et cetera mala celo est vituperium et iniuria. Tercio hec opinio est offensiua et iniuriosa diuino iudicio. Unde aug. in textu. Quale inquit iudicium de factis hominum relinquitur deo quibus celestis adhibetur necessitas. ad idem. xxiij. q. iiij. vas. ire. Quarto et vltimo est offensiua hec opinio probationi experimentali. sepe videmus quod duo gemini nati et concepti sub eodem signo et constellatione stellarum sunt ita diuersi in omnibus et dissimiles quod magis sunt similes illi qui in diuersis constellationibus sunt nati et concepti et istam rationem dicit aug. fortissimam Unde in textu contra istos. Quid inquit est quod nunquam dicere potuerunt cur in vita geminorum in actionibus in honoribus ceterisque rebus ad humanam vitam pertinentibus atque in ipsa morte sit plerumque tantaque diuersitas vt similiores eis sint quantum ad hoc attinet multi extranei quam ipsi inter se gemini qui exiguo temporis intervallo in nascendi separato in conceptu autem per vnum concubitum vno etiam momento seminati. Dat exemplum. in. iiij. c. et idem habetur Gen. xxv. Malach. i. et. xlvij. d. quantumlibet. iacob dilexi esau: o. habui. Nati sunt duo gemini antiqua patrum memoria sic alter post alterum vt posterior plantam prioris teneret tanta fuit in eorum vita morum diuersitas tanta in actibus disparitas tanta in parentum amore dissimilitudo vt etiam inimicos eos inter se faceret ista distantia. Nunquid hoc dicitur quod vno ambulante alius sedebat. vno dormiente alius vigilabat. vno loquente alius tacebat vnus duxit mercenariam fuiturem alius non fuiuit vnus a matre diligebatur. alius a matre non diligebatur vnus honorem qui apud eos magnus habebatur amisit alter adeptus est. hec aug. Secundo improbatur ista heresis per Cris. qui dicit quod hec opinio facit triplicem blasphemiam in deum. prima est quod deus est et fuit malus in stellas creando. vnde super Math. dicit sic. Si aliquis adulter et homicida fiat per stellas magna est iniquitas stellarum. maior illius qui creauit stellas. Nam cum sit prescius futurorum deus ex quo tanta iniquitas futura erat per stellas si noluerit emendare non est bonus. si voluit et non potuit impotens est. Secunda blasphemia est quod deus est crudelis in talibus pro delictis penas dare. vnde Cris. vt quid mali penam suscipiam. quod non voluntate sed necessitate commisi. Tercia blasphemia est quod deus est insipiens in precipiendo. Unde Cris. Quis enim iubet aliquem ne faciat malum quod non potest declinare aut vt faciat bonum ad quod non potest peruenire. hec ille. vnde merito dicitur. M. xi. Iugum enim meum suaue est. et. i. Io. v. mandata eius grauia non sunt. Tercio et vltimo improbatur hec opinio heretica per greg. sicut per aug. Sed dat specialiter vnum exemplum de honoribus et dignitatibus hominum. Unde in omelia epiphanie dicit sic. absit a fidelium cordibus vt fatum aliquid dicamus vitam quippe hominum solus hanc conditor qui creauit administrat. Neque enim propter stellas homo, sed stelle propter hominem facte sunt. Sequitur ipsarum quoque francorumque terra reges ex genere prodeunt quibus profecto nascentibus quis estimet quanti eisdem momentis horarum et temporum ex seruili conditione nascantur: et tamen regum filij vno eodemque sidere cum seruis nati ad regnum proficiunt cum serui qui secum fuerant geniti in seruitute moriantur. Hec greg. Patet igitur per istos tres doctores venerabiles quod predicta opinio est falsa et heretica. Unde determinando veritatem concludit aug. de stella nouiter christo nascente creata quod ipsa non est christo infatum: Unde sermone. viij. super Io. non est sub fato sydere dominus sydedum cum ipse sit conditor syderum. et contra faustum non ideo christus natus est vt si dicit oportet non stellam christo sed christum stelle fatum diceremus fuisse. Ipse quippe illi non illa huic nascendi contulit causam. Sed quereret aliquis diligens scire vtrum ex impressione luminarium celestium causetur aliquo modo in hominibus diuersitas morum. respondetur quod mores hominum et euentus futurorum a syderibus causari dupliciter potest intelligi aut necessario et sufficienter aut dispositiue et contingenter. Si dicatur primo modo sic non tantum est falsum sed etiam hereticum quia repugnat christiane religioni. tum quia veritas fidei in hoc errore saluari non posset

dum eni omnia ponit a sydenbus necessa-
rio euenire tollit meritum et per consequens
gl'am tu qz honestas moru per huc errore p
iudiciu patitur du culpa peccatis in sydera
refunditur vt supradictu est qz sic licetia ma
lefaciendi sine reprehensione creditur vt ho
ad orandu et colendu sydera incuruetur Si
autem dicatur mores hominu a dispositio-
nibus syderu variari dispositiue et contige-
ter sic pot habere veritate qz nec roi nec fidei
repugnat planu est enim q dispositio cor-
poris varia multu facit ad variatione affe-
ctionu et moru anime vt plurium eni aia
corporis coplexiones imitat vt dicit sex pri
cipiator. Unde colerici sunt iracudi et sagui
nei sunt benigni. melancolici sunt Inui-
di et fleumatici pigri hoc aut no est necessari
um qz anima dominatur suo corpori maxi-
me qn e adiuta p gram. multos eni videm
colericos masuetos et melacolicos beignos
qm ergo virtus corporu celestiu opat admi
xtione et qualitate coplexionu. hinc e q per
consequens operatur quodamodo ad qua
litatem morum valde tame de longinquo.
plus eni facit ad qualitatem coplexionis vir
tus nature inferioris q virtus syderu. Un-
de aug. in. v. de ciui. dei. c. ij. In solutioe cu
iusda questionis de duobus fratribus qui
simul infirmabantur et curabantur cum que
reret vnde hoc esset: magis comendat ratio-
nem ypocratis q astronomi ypocras enim
mdit q hoc erat pp similitudine coplexi
onis. Et astronom mdit q hoc erat pp
idepritatem constellationis melius enim re
spondit phisic quia cam dedit magis ppri
am et propinquam. Est sic ergo dicedu q i
pressiones syderu aliquo modo disponunt
ad varietate moru. no quide dispositioe ne
cessaria et pxima et sufficiente sed remota et
contingente. Sed obijcitur q phus libro d
pprietatib elemetorum dicit q regna va-
cua facta sunt et terre depopulate apud con
iunctione. Jouis et saturni sed talia non de-
pendent ex libero arbitrio ergo etc. Respon
detur q hoc dicit phs non qz homines non
potuerunt resistere influentie illius constel-
lationis. sed qz noluerunt qz dicit Tholome
us in almagesti. sapiens homo dominabit
astris qnuis aute coiunctio iouis et saturni
eo q saturnus habet influentia melacolica
et malam Jupiter aut immittit valde bona
influentiam pot ad rixa vel discordiam ho
mines inclinare cui tame inclinationi hoies
p libertatem arbitrij pnt resistere et satis fa-
ciliter cu adiutorio gratie dei. ¶ Obijcitur
iteru quia damascenus li. ij. c. vi. dicit costi
tuutur multotiens et comete signa quedam
mortis regu. etc. Responsio quida dicunt
q cometa nec naturaliter generat nec e vna
de stellis in firmamento positis. Unde nec
eius significatio est naturalis. Unde dama
scen li. ij. c. vi. dicit q comete no sunt ex his
que a principio genite sunt sed diuina iussio
ne fm ipsum tempus constituutur et rursus
dissoluuntur hec damascenus. et per tale si-
gnum deus prenunciat mortem regum ma-
gis q aliorum tu qz rex est persona comuns
tum qz ex hoc pot oriri turbatio regni de cu-
ius custodia magis soliciitant angeli pp
comune bonu. ¶ Et si queras quod est illd
regnum in quo debet tale accidere. hic respo
det catholicus dices q qncuq apparet sem
per significat mortem vel imutationem ali-
cuius principis vel destructionis alicui pa-
trie. et semper dirigit radios suos ad illa pa
triam cui minatur. Alij autem qui via phi-
sicam sequuntur videtur q stella cometa sit i
pressio calida et sicca generata ex inferiore p
te aeris pp ignem de vapore calido et sic-
co et glob illius vaporis adunatus appa-
ret corpus stelle. Partes autem illius corpo
ris discontinuate circa illum globum et i lo
gum protese in suis extremitatibus illi glo
bo coiuncte sunt quasi eius come sicut loqt
albertus magnus dicens q comete sut stel
le habentes comas quod fit per aerem in fla
matu contentu a stellis siue planetis quiq
sc3 saturno Joue, mercurio et venere: Isti ei
planete pp velocé motu ipsoru igniunt
aerem in circuitu coru et sic propter aere isla
matum contentum a stellis predictis comu
cto lumine eorum cum eo videntur stelle il-
le comete et secudum hanc positione signat
et causat non per se sed per accides mortali-
tate puenietem ex infirmitatib calidis et sic
cis qz vehemens dissipata siccitas consueta e
puenire et cotinuari generationi comete et
quia vt in pluribus diuites nutriunt calidis
et siccis. Ideo illo tepore multi diuites mo-
riuntur inter quos mors regum et principu

est magis notabilis. Huius opinionis vid tur esse ysodor⁹ in. iiij. ethymoloiarū: Dicit enim ꝙ hoc genus sydēris qñ apparet signat pestilentiā. aut famā. aut bellū. Item videt sentire beda. Dicit eñ ꝙ signat pestilentiam aut bella. aut ventus. aut estus. Et si queras vtrū illa stella que apparuit i natiuitate xpi fuit cometa. Respondet beda. ꝙ nō qꝛ ex q buscūq causis nascatur cometa siue ex planetis siue ex fixis semper apparet in pte sep temonali. Stella autē que apparuit in ortu xpi mouebat ab oriente ad meredièversum occasum quod nō solet facere mot⁹ cometarū. vt dicitur Cris. et sic pꝫ fm quālibꝫ istarum opinionū nullū penitus astra habeꝛ dominium super liberum arbitrium. licet indinent dispositos ad aliquas passiones.

¶ Quod diffinire que assertio est catholica vel heretica pertinet ad theologos.

SEptia cōsideratio est scire ad quos ptinet diffinire que assertio est catholica vel heretica vtrū. s. ad theologos vel canonistas. Et respōdet venerabilis Guillermus ockam in suo dyalogo ꝙ istud verbū diffinire habet plures significationes de quibus due ad propositum videtur ptinere. Contingit enim aliquid diffinire auctoritate officij. et sic diffinire que assertio catholica et que heretica sit censenda ad summum pontificem pertinet et concilium generale. ¶ Aliter contingit diffinire per modum doctrine quomodo magistri in scholis diffiniunt questiones et determinant et sic accepto verbo diffiniendi circa propositam questionem diuersimode sentiunt litterati. Est enim vna opinio ꝙ ad canonistas principaliter spectat que assertio ē, catholica que heretica iudicare ad quod mouentur triplici ratione. ¶ Prima est hec. ¶ Ad illam sciētiam principaliter spectat diffinire vel discernere que assertio est catholica et que heretica censenda. que principaliter tractat de assertione veritatum theologicarum et reprobatione heresum damnatorum huiusmodi est scientia canonistarum et non theologorū ergo. ¶ Secunda ratio hec est: Ad illam scientiam pertinet diffinire que assertio est catholica et que heretica est censenda cui fides ꝙtum ad credibilia principalibus adhibetur. ¶ Sed ꝙtum ad ea que sunt fidei magis credendum est canonistarum scientie ꝙ theologorum quia magis credendum est ecclesie per quam edita est scientia canonistarum ꝙ euangelio teste augustino qui videt asserere maiorem esse auctoritatem ecclesie ꝙ euangelij. quia nec euangelio inquit crederem nisi auctoritas ecclesie compulisset ergo ad scientiam canonistarum magis pertinet diffinire que assertio est catholica que heretica ē censenda ꝙ ad theologiam. Tercia ratio est hec. Ad illam scientiam principaliter spectat discernere que assertio est catholica que heretica est censenda cuius auctoritas habet symbolum fidei et articulos ordinare et articulos fidei recte et rite distinguere sed hoc spectat ad summum pontificem qui actor est scientie canonistarum ergo per consequens ad ipsos principalius ꝙ ad theologicos pertinet diffinire que assertio catholica que heretica debeat reputari. Alij indubitanter tenent ꝙ ad theologiam spectat non per modum diffinitionis auctoritatiue sed per modum doctrine principaliter diffinire que assertio catholica que heretica censenda est et ꝙ ad canonistas non ptinet nisi inquantum eorum sciētia aliqua ad fidem spectantia dinoscitur mendicare a theologia quod nituntur rationibus affirmare. Quarum prima est hec. ¶ Ad illius scientie doctores propter quam solummodo dicitur assertio catholica vel heretica principaliter spectat diffinire per modum doctrine que assertio est catholica reputanda:

¶ Sed per theologiam solummodo scitur q̄cunq assertio catholica reputanda quia illa assertio sola que est consona theologie ē vere catholica. Illa vero que theologie noscitur aduersari esse dinoscitur heretica. ¶ Si enim aliqua assertio quibuscunq de causis summorum pontificum vel etiam generalium consiliorum aut etiam imperatorum legibus inueniretur aduersa si theologie nullatenus obuiare ꝙuis ꝑ falsa et erronea posset hrī. nō tñ deberet inter hereses cōputari.

ergo ad theologie tractores principaliter pertinet diffinire per modum doctrine que assertio catholica et que heretica censenda est. Secunda ratio est hec. Ad illius scientie tractatores in qua explicite et complete traditur regula fidei orthodoxe principaliter spectat diffinire per modum doctrine que assertio catholica que heretica est censenda. Huiusmodi autem est scientia theologica non canonistarum. multa enim ad fidem nostram spectantia in theologia reperiuntur explicite de quibus in scientia canonistarum mentio non habetur. nihil autem pertinens ad regulam fidei in alia scientia potest reperiri nisi quod a theologia recipiunt. ergo ad theologos noscitur talis diffinitio principaliter pertinere ad canonistas non spectat nisi inquantum aliqua theologica a theologia noscuntur mendicare. Tercia ratio est hec de assertionibus quas scientia superior et inferior tractare noscuntur habet superior scientia principalius iudicare. Sed de quibusdam assertionibus catholicis et hereticalibus theologia que est superior et scientia canonistarum que est inferior aliquo modo pertractant ergo ad theologiam pertinet principalius talis diffinitio. et per consequens ad theologos principaliter spectat diffinire per modum doctrine que assertio catholica quam heretica est censenda. Plures alias solennes rationes facit ubi supra venerabilis ockam sed hec sufficiant pro presenti. Restat autem respondere ad rationes canonistarum. Ad primam nonnulli respondent theologi dicentes quod ad theologiam non ad scientiam canonistarum spectat principaliter de approbatione veritatum catholicarum et reprobatione heresum dampnatarum tractare cuius rationem assignant dicentes: quod assertio veritatis est approbatio veritatis qui enim aliquod dictum asserit esse verum approbat illud dictum tanquam verum assertio veritatis est approbatio veritatis. Approbatio autem veritatis est reprobatio contrarie falsitatis quia qui aliquam approbat veritatem per consequens contrariam reprobat falsitatem sicut qui precipit unum contrariorum per consequens prohibet aliud ut notat gl. in decreto di. prima humanum super verbo prohibetur. assertio ergo veritatum theologicarum per quandam consequentiam est reprobatio omnium heresum contrariarum. Cum ergo per theologiam principaliter veritates theologice asserantur. sequitur quod approbatio veritatum theologicarum et dampnatio heresum principaliter ad theologiam pertinet Sed dices ex quo talis approbatio et reprobatio principaliter ad theologiam pertinet ergo non tantum ad eam pertinet respondent predicti dicentes quod ad scientiam canonistarum pertinent libri decretorum et decretalium et alie questiones summorum pontificum et episcopale in quibus quedam veritates theologice asseruntur et nonnulle hereses reprobantur. licet tamen ille veritates et hereses sint pauce respectu illarum que in theologia habentur. et ideo non tantum ad theologiam. sed etiam ad scientiam canonistarum spectat aliquas veritates catholicas approbare et aliquas hereses licet paucas reprobare. Ad theologiam autem spectant omnes veritates catholicas approbare et omnes hereses reprobare. quare licet principaliter talis approbatio et reprobatio ad theologiam pertineat. pertinet tamen secundario nihilominus ad scientiam canonistarum aliam rationem adducunt dicentes theologia veritates catholicas approbando et hereses reprobando a canonistarum scientia nihil omnino recipit vel mendicat: Canonistarum tamen scientia veritates catholicas approbando et hereses reprobando ad theologia omnia mendicando procedit quare ad theologiam hec principalius et universaliter pertinere noscuntur ad canonistarum scientiam secundario et particulariter. ¶ Ad secundam rationem canonistarum respondetur quod quantum ad ea que fidei sunt magis credendum est theologie quam cuicunque alie scientie. nullisque scriptoribus quarumcunque scientiarum ita oportet credere sicut scriptoribus sacre theologie. Auctoritas beati Augusti. que adducitur ut nonnulli dicunt frequenter a multis contra intellectum beati August. pessime allegatur. Ad cuius intellectum dicunt esse sciendum quod nomen ecclesie equivoce in locis variis scripturarum accipitur aliquando pro loco corporali divinis officiis deputato. Aliquando pro aliquo speciali collegio clericorum. Aliquando pro toto collegio omnium clericorum. Aliquando pro aliqua multitudine speciali cleri et populi. Aliquando pro tota congregatione omnium fidelium simul in hac vita mortali degentium. ¶ Aliquando vero nomen ecclesie non solum totam congregationem viventium Sed etiam fideles

mortuos comprehēdit et isto vltimo modo accipit ecclesiam btūs Aug. in li. cōtra manicheos et recitatur di. xi. capi. palam. qui ait palā ē q̄ i re dubia ad fidē valeat catholico ecclesie auctoritas que ab ipsis fundatissimis sedib⁹ apostolorū vsq; ad hodiernum diem succedentium sibimet episcoporum serie et tot populorū consensione firmatur vbi ecclesia catholica episcopos et pplos a tempore apostolorum vsq; ad ordines sibimet succedētes importat. et sic accipit nomen ecclesie. Aug. cū asserit q̄ non crederet euangelio nisi eū auctoritas ecclesie compelleret. Ista. n. ecclesia scriptores euangelij et omnes populos cōprehendit sicut pbatum est. Quare ex auctoritate Aug. sane intellecta inferri nō pōt q̄ magis sit credendū summo pōtifici canonū conditori q̄ euangelio. et per consequens per eā pbari non pōt q̄ maior fides sit exhibenda sacris canonibus q̄ euāgelio xpi. Concedūt tn̄ q̄ magis credendū est ecclesie que est multitudo catholicorum oīm qui fuerunt a temporibus pphetarum et aplorū vsq; modo q̄ euangelio. n̄ qz de euangelio sit aliqualiter dubitādū. sz qz totū est maius sua pte. Ecclesia igitur q̄ maioris auctoritatis est q̄ euangelista est illa ecclesia cuius auctor euangelij ps esse dinoscitur. Nō est aūt mirū si maior ē auctoritas totius q̄ ptis. ideo maior est auctoritas totius congregationis cōprehēdentis euāgelistas et omnes alios orthodoxos vsq; ad hec tpa q̄ vnius vel etiam plurium personarū congregationis eiusdem. Quod autem conditor canonū non sit maioris auctoritatis q̄ euangelium sed multominoris ipsimet. canonū cōditores testantur apte. Urbanus enim papa vt habetur. xxv. q. i. c. sūt quidem ait sciendum vero sum ope est q̄ inde nouas leges pōt cōdere pōtifex summe romanus. vnde euāgeliste nequi q̄ aliqd dixerunt vbi vero apte domin⁹ vel eius apostoli vel eorū sequaces sancti patres sententialiter aliquid diffinierunt ibi romani pontifices non nouam legē dare pñt sed poti⁹ qd̄ pdicatū ē vsq; ad animā et sanguinē ꝯfirmare dz. si ei q̄ docuerūt apostoli et pphete qd̄ absit destruere niteret̄ nō sniam dare sz magis errare cōuinceretur. Ex his igit̄ colligitur euidēter q̄ cōditor canonū mioris ē auctoritatis q̄ euāgeliū sacrosanctū cōtra qd̄ nouā legē nequa q̄ cōdere pōt sed euāgeliū defendere vsq; ad aiam et sanguinē obligatur. Contra quod si nouā legē dare p̄sumeret esset de errore p catholicos cōuicendos. his fabian⁹ papa cōcordat q̄ vt hēt. xxiiij. q. iij. c. q̄ oipotētē deū metuit nec cōtra euāgelium nec cōtra apostolos nec cōtra pphetas nec sanctorū patrū instituta agere aliqd vllo mō ꝯsentit. Ex quib⁹ verbis patēter habetur q̄ cōditor canonū si oipotētē metuit nihil contra euāgeliū cōponere p̄sumit statuere et ita nō maioris sed minoris auctoritatis q̄ euāgeliū eē dinoscit̄ q̄ in plurib⁹ capitulis in libro decretorū in certis luce clari⁹ cōstat sicut ex distinctione. ix. c. noli. et. c. ego solis es. c. quis nesciat. et. ca. noli. et. c. neq; et ex. xxiiij. di. c. sicut. et ex cā. ij. q. iij. c. si is q̄ pcst. Alie auctoritates q̄ plurime quas longū eēt recitare hocidē asserūt māifeste. et pter easdē rōes dicūt q̄ tota multitudo xpianorū nūc vita mortali viuētiū nō est maioris auctoritatis q̄ sit sanctū euāgeliū qz multitudo viuentiū dz vsq; ad animam et sanguinē defensare euangeliū. Ad terciam rōem canōistarū rñdētnōnulli dicētes q̄ summus pōtifex debet sacrarū lrarū hre noticiā et etiā in sacris canōib⁹ debet esse pit⁹. Et ido simbolū ordinare et articulos fidei recte distinguere spectat ad ipsum papue cū cōcilio et assēsu cōcilij generalis. Sed in simbolū ordinādo et articulos fidei distinguendo et eadem ratione in distinguendo autentice que assertio est catholica et que heretica reputanda theologie principaliter debet initi. secundario autem in sacris canonibus se poterit fundare. Et ideo ex ista ratione concludi potest q̄ ad theologos spectat principaliter diffinire docendo vel legem alijs exponendo q̄ assertio inter catholicas queue inter hereticos debet numerari. Et licet cum theologi vel alij de heresi accusantur vel alios excusare conantur. libellus excusationis responsionis appellationis. et huiusmodi componere nesciant nec formare sed ad canonistas oporteat eos recurrere. non tamen ex hoc concluditur q̄ ad eos principaliter pertineat diffinire que assertio catholica et que heretica est censenda vt dictum est. quia aliud est discernere que assertio ē et cetera. et aliud ē scire formas accusationū et modū agendi cōtra hereticos i iudicō defendēdi de heresi

accusatos qr primū ad theologos. secūduz ad canonistas dinoscit̄ ptinere quoniā aliud est cognoscere denarios veros et falsis aurū ab auricalco. equos sanos ab eqs egris arma fortia fabricata ab alijs. Et aliud est scire si aliquis de aliquo p̄dictorū voluerit i iudicio accusare aliquem accusatus si se voluerit defensare quō libelli accusationis. missionis appellationis et hmōi qr vti in iudicio fuerit oportunū confici debeāt et formari. primū admonetarios aurifabros. fabros ferri. et fabricatores armorū spectare dinoscitur. Secūdū vero ad iuristas nō est dubium pertinere. Unde p istā rōem probari contingeret q ad iuristas pertinet discernere qd̄ aurū est verū et qd̄ falsum qui panni sunt artificial'r facti qui aliter. Et vt cōcludā breuiter de omnibus mechanicis et reb⁹ naturalibus vniuersis. que in vsum hominū veniūt, haberent principaliter iuriste discernere qualia eēnt sm naturā suam vel artem. cū de huiusmodi omnib⁹ contingat in iudicio litigare. In quo casu necessariū est litigātes p libellis accusationes missionis appellationis et huiusmodi ad iuristas habere recursum. Constat q sepe iurispiti de reb⁹ minimis an sint tales quales debēt eē sm naturā vel artem a qua fiunt nesciūt iudicare. quō tamē de talibus reb⁹ recuperandis vel defendendis in iudicio oporteat formare libellos et alia que spectant ad formam agendi et defendēdi corā iudice non ignorant.

Quō heretici a fidelib⁹ sunt vitādi.

Octaua cōsideratio ē si heretici sūt vitandi. quare videt̄ aliqui q non sm illud Math. xiij. Ne forte colligentes zizania eradicetis simul' et triticum sinite vtraq crescere vsq ad messem. zizania sunt heretici triticū vero fideles messis finis seculi. ergo heretici sunt tolerandi inter fideles et n̄ sunt ab eis vitandi vsq ad finem seculi. pro declaratione huius cōsiderationis. et solutione argumenti notandū q multiplex ē cōmunio et similiter multiplex est cōionis priuatio. Est. n. cōmunio spūalis. s. que est i cōsensu vero vel interpretatiuo et hoc modo n̄ est cū hereticis cōicandum. sic intelligitur illud. ij. Cor. vi. Exite de medio eorum gl. spiritualiter. s. vt eorum scelera increpetis. Est secūdo communio in sacramentis hoc etiam modo non est communicandū cū hereticis notatis siue nominatis. qui ēt licet n̄ sint notati siue nominati tamen quantū est ex se priuētur effectu cōionis sacramentorū qr ipso iure sūt excōicati siue occulti siue manifesti extra de hereticis. excōicamus. Et iterum communio in cibo potu et hmōi hoc ēt modo non est communicandum cum ill' hereticis qui precisi sunt ab ecclesia nominatim. Est etiam quarta cōmunio corporalis vt cohabitatio in eadem ciuitate. et talis communio non vitabatur in principio ppter multitudinem hereticorum. si autem timeretur de lapsu ab aliquibus tutius esset non habitare cum eis. Sic ergo pōt responderi ad argumentum q illud dictum pōt intelligi de hereticis occultis quorum heresis deprehendi nō pōt tales. n. et si excōicentur excommunicatione generali. non tn̄ excōicatione personali nec extermināt̄ gladio materiali nisi cū multitudine infideliū manifestorum intelligantur. vel intelligi pōt de catholicis mal'. Unde Rabanus. habens discretionis exēplum equanimiter debet tolerare malos ppter bonos. Sciendum autem q messis dicitur tempus illud quo heretici mãifeste corruptiui aliorum. sunt abijciendi euangelica false secundum hoc intelligitur pmissio ergo tempore illo quo nō discernitur plene an sit hereticus. cum autem innotuerit plene ecclesie corruptio sua est personaliter presecandus. Unde Augustinus li. de vera religione dicit sententionaliter q in ecclesia tādiu sustinetur error alicuius donec aut accusationem inueniat. aut opinionē prauam ptinaciter defendat. Cū autē dicitur. i. Cor. xj. necesse est hereses eē. Ibi dicitur necesse illud quod est vtile per accidens siue preter intentionem hereticorum. s. ad hoc vt ab his que se exercent in diuina scriptura pigricia eam discutiendi excutiatur et magis fidei veritas declaretur. vt supra patuit consideratione quinta. hoc etiam habetur ex glo. super illud. Esa. vij. hoc dicit domin⁹ et cetera. super. i. vsq ad finem seculi erunt aliqae hereses vel malicie hominum ad exercendam fidelium sapientiam et patientiam. Sic ergo patet quomodo heretici sunt vitandi. scz notorij. Dico ēt sine denunciatione cuz nul

la possit tergiuersatione celari puta si publi ce pdicarent contra fidem. extra de cohabi. clerico. et mulierū. c. vestra. et. c. fi. possum⁹ tamen et debemus eos monere et inducere vt ad veram fidem redeant. In alijs vero ñ licet eis cōicare etiam si sit pater filius ma/ ritus vel vxor aut soror huic seruituti subie/ ctus. et ideo si infidelis discedit. discedat se cūdū apostolum. xxviij. q. i. in. c. si infidelis

An sit cū hereticis aut alijs hoib⁹ publi/ ce disputandū.

Nona cōsideratio est Si est cū here ticis vel cū alijs infidelibus pu/ blice disputandū. Rñdetur fm Tho. in se/ cūda secūde. q. x. q in disputatione fidei sūt duo cōsideranda. vnū ex pte disputantis. s. q disputat tanq̄ dubius de fide et expirivo lens veritatem tunc peccat pauldubio tanq̄ infidelis. Si autem disputat ad confutādū errores vel ad exercitium est laudabilis. A/ liud est considerandum ex pte audientium vtrum. s. ipsi sint. instructi et firmi i fide tūc enim nullum est periculum disputare. Aut si audientes sunt simplices et in fide titillā/ tes et tunc circa tales distinguendum est q si sunt solicitati ab infidelibus nitentibus i eis fidez corrūpere. tūc necesse est publice di sputare dūmodo inueniantur aliqui ad hoc idonei. per hoc. n. simplices in fide firmabū tur et tolletur decipiēdi facultas in fidelib⁹ Si vero nō sunt sollicitati tunc periculosum est publice de fide disputare corā simplicib⁹ quorum fides etiam ex hoc est firmior q ni hil diuersum audiuerunt. et ideo non expe/ dit eis vt audiant verba infidelium dispu/ tantium contra fidem. phibetur quoq oēs layci publice disputare de fide vel occulte q̄ vero contra fecerit excōicationis laqueo in/ nodetur. extra de hereti. c. quicūq. li. vi.

De modo inquirendi hereticos.

¶ Nam aque multe sunt populi multi vt di-
citur Apoca. xvij. In lege ergo diuidente po-
pulum ab alijs populis debuit fieri diuisio
aquarum sed vbi lex quantum in se est om-
nem populum subijcit diuine voluntati de-
buit ipse dominus super omnes aquas inte-
gras ambulare nec est maius miraculum a-
quam amarem reddere dulcem. Exod. xv.
ꝙ mutare aquam in vinum Johan. ij. aquā
enim amaram conuertit in dulcem lex anti-
qua quando ea que offerebantur ydolis vel
adorabantur ab ydolatris iussa sunt offerri
deo in sacrificijs. sed quia vinum letificat
cor hominis lex euangelica aquam in vinum
conuertit quia ad summum et perfectū gau-
dium perducit miracula etiam que in euan-
gelio et in actibus apostolorum leguntur mul-
ta plura sunt numero ꝙ que facta sunt in ve-
teri testamento. Fecit etiam multa alia mi-
racula ihesus que scripta essent per singula
libros. inde scriptos totus mundus capere
non potest. vt dicitur Johannis vltimo ca-
pitulo. Si autem ista miracula iudei recipe-
re nolunt. teneant sibi damnum. Dixerat eni
eis Esaias propheta in capitulo. vij. si non
credideritis non permanebitis. patet ergo
ꝙ lex moysi nec est perfectior lege noua nec
consequenter perpetuo duratura. ¶ Notan-
dum tamen est hic circa christi miracula sicut
scribitur in pugione. parte. secunda. cap. viij

ꝙ iudei christi miraculis inuidentes beelze-
bub principi demoniorum ea primitus ascri-
pserunt porro quia ot fecit miracula et talia
que et qualia nemo vnꝙ aliquis fecit. Jo-
hanni. xv. ¶ Nunꝙ quippe alius aliquis vt
ipse et sui in eius nomine illuminauit cecos
fecit audire surdos. ambulare claudos atꝙ
contractos et loqui mutos quemadmodum
predixerat Esa. propheta capitulo. xxxv. de-
us ipse veniet et saluabit nos tunc aperientur
oculi cecorum et aures surdorum patebunt
tunc saliet sicut ceruus claudus et decanta-
bit lingua mutorum et cetera. His quoqꝫ mi-
raculorum generibus alia ꝙ plurima addi-
dit sicut fuit resurrectio mortuorum et subi-
ta curatio leprosorum et diuersorum infir-
morum. quia ista inꝙ et plura alia innume-
ra fecit dominus noster hiesus christus mi-
racula soli deo possibilia conata est ei iuda-
ica prauitas cui nunꝙ deest nec defuit vul-
pina calliditas alia deturpare blasphemia.
¶ Composuerunt igitur libellum in quo cō-
tra christum talem mentiti sunt fabulam.
Tempore inquiunt helam regine. id est he-
lene que vniuerse terre israel dominabatur
ihesus nocri. id est ihesus nazarenus venit
iherusalem inuenitqꝫ in templo domini la-
pidem in quo sedebat olim archa domi. et
erat in eo scriptum semhāmephoras. id est no-
men dei expositum. quicunqꝫ vero illius no-
minis litteras addiscebat et sciebat poterat
facere quicquid volebat. ¶ Sapientes ve-
ro israel timentes ne viri israhel addiscerent
illud nomen et virtute illius destruerent se-
culum fecerunt duos canes ereos et posue-
runt eos super duas columnas contra por-
tam domus sanctuarij. quandocunqꝫ igi-
tur ingrediebatur aliquis et addiscebat litte-
ras predicti nominis et exhibat canes illi
erei latrabant ei ita horribiliter ꝙ pretimens
obliuiscebatur nomen et litteras quas didi-
cerat. venit itaqꝫ ihesus nocri. et ingressus
templum didicit illas litteras et scripsit in
pergameno deinde incidit carnem cruris
sui et in incisione illa inclusit dictam cartu-
lam dicendo nomen nullum sensit dolorem
et redut cutis continuo sicut ante erat. Cun-
qꝫ egrederetur de tēplo latrauerunt ei canes
erei supradicti et stati oblitus est nomē. pre-
xit itaqꝫ in domū suā et aperuit crurem cum cul

tello accepitq̃ cartulam vbi erãt littere sembãmeforas .i. nomĩs dei expositi vel explanati. et iterũ didicit eas. quo facto cõgregauit .ccc. et .x. de iuuenibus israel et dixit eis videte ob hoc me dicunt sapientes esse spurium qꝛ super israel volunt habere dominuz: vos autẽ satis ꝙ omnes ꝓphete prophetauerunt super messiam. et in veritate ego suz ipse. et sup me dixit. Esa. c. vij. Ecce alma cõcipiet et pariet filium et vocabitur nomẽ eiꝰ emanuel. Dauid quoq̃ auꝰ meus ꝓphetauit super me et dixit. dominꝰ dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. Genuitq̃ ita mater mea sine coitu masculi virtute dei. Ipsi sunt igitur spurij et non ego. sicut dictũ est. osee. ij. et filiorũ eius nõ miserebor. qꝛ filij fornicationũ sunt. Responderũt ei iuuenes. si tu es messias ostende nobis signum. qđ signum inquit queritis a me. dixerũt ei. fac claudũ stare sicut nos. q̃ aut adducatę eũ ad me cõtinuo igitur duxerũt claudũ ad eũ qui nũꝙ steterat super pedes. dixitq̃ sup illũ sembãmeforas. Illa aũt hora claudꝰ surrexit et stetit super pedes suos. Inclinauerũt ei homines et dicebãt. iste sine dubio ẽ messias. Adduxeruntq̃ ei iterũ leprosum et dixit nomen. posuitq̃ manũ super eũ et statĩ curatus est. Accreuerũt ergo ei multi ribaldi gẽtis nostre. Uidentes igitur sapientes ꝙ credebãt et israel ceperũt ipsũ et duxerũt ad helam reginã in cuius manu erat tota israel et dixerunt ei. dñã nostra in manu istiꝰ est sortilegiũ et facit errare mũdũ. ihũs vero nocri respondit ei. Domina olĩ ꝓphete ꝓphetauerunt super me quorũ vnus dixit Esa. xi. Egredietur palmes de radice yesse et ego sũ ille. super istis vero dixit dauid. Beatus vir qui non abijt in consilio impiorũ. Dixit ipsa est ne in lege vestra quod ipse dixit. Responderũt in lege nr̃a est hoc sed nõ ẽ dictũ de eo Sed super eo scriptũ est. Deutero. xviij. propheta autem ille morietur qꝛ locutus est iniquitatem contra deum. De messia vero dictum est in diebus eius saluabitur iuda. Dixit ille iniquus et ait regine. ego sum ille q̃ resuscitabo mortuos. Misit itaq̃ regina fideliores quos habebat cũ ipsis et fecit impiꝰ ille reuiuiscere mortuũ per sembãmeforas. In illa hora obstupuit regina et dixit vere magnũ signũ est hoc deditq̃ sapientibꝰ verecũdiam et exierunt confusi a conspectu eius. Fuitq̃ ipsis et israeli dolor magnus. Iuit autẽ ihũ nocri in galyleam superioreꝫ iuerũt sapientes ad reginam et dixerunt ei. Domina nostra sortilegiũ est cũ isto homĩe et deuiat creaturas. Misit igitur illa milites qui caperent eum et non permiserunt homines galylee sed voluerunt pugnare cum eis qui ait. nolite pugnare pro me. quia fortitudo patris mei de celo et signa que dedit mẽ hi tenebuntur me. Faciebant itaq̃ homines de galylea aues de luto coram eo. et ipse dicebat sembãmeforas super eas et statim aues ille volabant ceciderunt. igitur illi in facies suas adorantes eum. Dixit etiam in illa hora vt apportaretur vnus maximus lapis molaris et proijceretur ĩ mari. et vt factũ est. Dixit ille impius sembãmeforas. i. nomen dei expositum et fecit molam illam stare super faciem maris. seditq̃ super eam. et ait militibus. Ite ad dominam vestram et nunciate ei que vidistis. Deinde surrexit cum eis et cepit ambulare super faciem aq̃.

¶ Abierunt milites et omnia que viderant dixerunt helam regine que vehemẽter obstupescens vocauit sapiẽtes et dixit eis. vos dicitis ꝙ hic homo ihesus nocri est sortilegus sciatis ꝙ signa que facit ostendunt eũ filium dei. ¶ Qui dixerunt ei domina nostra. fac eum venire et nos detegemus fraudem eius. ¶ Interim abierunt seniores israel et fecerunt quendam intrare domum sancti sanctorum qui dicebatur iudas scharioth etꝰ dicit litteras sembãmeforas. eo modo quo eas didicit ihesus nocri et fecit incisionem cruris et alia que ipse fecerat. ¶ Uenit igitur ille nocri. id est nazarenus cum societate sua et stans coram regina fecit venire sapientes et ille stans coram regina dixit. super me prophetauit dauid. quia circumdederunt me canes synagoga malignantium obsedit me. Sed et super me dictum est illud Hieremie. i. ¶ Ne timeas a facie eorum quia ego tecum vt liberem te dicit dominus. ¶ Sapientes vero contradicebant ei et ait regine ascendam in celum et sic dixit dauid super me Psal. cv. ¶ Exultare super celos deus. eleuauitq̃ manus vt alas per nomen sembãmeforas explanatũ volauitq̃ iter celũ et terrã qđ quando sapientes

israel viderunt sic dixerunt ad iudã scarioth vt diceret sembãmeforas et ascenderet p⁹ eũ qui ascendit et luctatus est cum eo et ceciderunt ambo et fregit sibi ille impius brachiũ. et super hoc opere singulis annis xpiani plorant ante pascha suum hora illa ceperunt illum israel et operuerunt eum pãnis et percutiebãt eum virgis malagranatorũ dicentes. helam regine. Si est filius dei dicat qui percussit eum et nesciuit dicere. Dixit itaq3 regina sapientibus ecce in manibus vestris est facite ei quicq̃d placuerit in manibus vestris.

Ceperunt ergo eum et duxerunt ad suspẽdẽdum omne vero lignum vel arbor in quo suspendebatur statim frangebatur ipse quippe per sembãmeforas adiurauerat omnia ligna ne susciperent eum. Abierũt itaq3 et adduxerũt stipitem vnius caulis qui non est de ligno sed de herbis et suspenderunt sup illum. neq3 .n. hoc est mirũ. q2 singulis annis crescit tm̃ vnus caulis in domo sanctuarij ꝙ descendunt de eo centum libre seminis. Ex his poterit animaduertere quisq3 prudens ꝙ tãta fuit miraculorum domini nostri ihũ xpi euidẽtia tanta magnitudo et multitudo tanta excellentia et certitudo ꝙ iudaica prauitas quo erumperet non habebat confugit igitur ad proprium suum quod est mẽtiri libellum mendacij plenum, atq3 blasphemijs turpibus componẽs hec sub compendio sũpta sunt. impletũq3 est in persona xpi quod scriptum est per prophetã. Osee. vij. ve eis quoniã recesserũt a me. vastatio eis quia p̃uaricati sunt in me. ego redemi eos. et ipsi locuti sunt contra me mendacia. Est autẽ hic notandum ꝙ iudeorum fatua falsiditas apud intelligẽtes xpi fidẽ adiuuat vñ se nocere putat. Et siquidẽ ipsi quod asserunt dominum ihũm talia in veritate fecisse licet in nominis dei virtute miracula ostendũt procul dubio tantã miraculorũ eius fuisse excellentiam ꝙ eã ipsorum impietas demonib⁹ nequiuit ascribere tantaq3 fuisse eorum euidentia ꝙ nequaꝙ ea ipsorum inuidia valuit suffocare. At vero per talẽ modũ. i. per sembãmeforas. hoc ẽ p nomẽ dei explanatũ sine expositũ dñi ihũ miracula fuisse facta delyrãt trãslucet eorũ mendaciũ si sit qui diligenter inspiciat. Si verũ naq3 fuiss3 ꝙ aliquod nomẽ dei apud eos esset cui deus talem virtutem et talem efficatiam prestitisset profecto iuuissent se eo tempore vespasiani et tyti et fecissent ꝙ ierusalem non potuiss3 capi et iudei occidi et captiuari eo modo quo infra dicetur consideratõne. ix. vel etiam virtute huius nominis volassent in celum vel omnes vel saltem aliqui. Deniq3 cum helena mater fuit constantini imperatoris in cuius tempore dominum ihũm fuisse dicunt et a tempore ihũ xpi vsq3 ad constantinum et helenam fuerunt trecenti anni vt patet per imperatorum romanorum hystorias manifestum ẽ iudeo in supradicto libello fabricationes esse mendacij. Notandum etiam ꝙ dicit beatus Augu. Preuidens inquit dominus ihũs impios quosdam futuros qui miracula eius calumniarent magicis artib⁹ attribuendo prophetas ante premisit. Numquid enim si magus erat magicis artibus fecit vt coleret. nũquid et mortu⁹ magus erat et anteꝙ natus. prophetas igit̃ audi et lege qui ante dominum venerũt. Forma igit̃ sũpta ex verbis sancti augustini dicamus iudeis esto ꝙ suspicari potuerit dominum nostrum ihesum christum per artem aliquam vel per virtutem supradicti nominis dei fecisse miracula vt ipsi calumniantur. p quam artem queso anteꝙ natus esset per quadringentos annos et vltra aduẽtui suo et toti vite sue. necnõ et factis suis et dictis atq3 suorũ cõgrua. vt p3 ex predictis et dicendis patebit dicta reddidit ꝓphetarũ sermo naq3 ꝓphetic⁹ et maxime de aduẽtu messie qñcũq3 a iudeis expõitur iudaice semper et vbiq3 tenuitur iuxta eorum expositionem absurdã. et icõpossibilia cõtinet et inueniẽ mẽdacia. Quando vero de domino ihũ et sibi pertinẽtibus accipitur vt ex solis etiã que dicta sunt haberi potest. occurrit. consentit. consonat et obedit. nihil impossibile. nihil absurdum ingerit sed inueniuntur vera. Adhuc etiam si ipse dominus ihũs vt a iudeis sibi est impositum per artem sepe dictam faciebat miracula. per quam artem fecerunt ea post mortem eius apostoli et ceteri discipuli. vt testimonio thalmud patet non per sembãmeforas sed per nomen domini nostri ihesu christi. fecisse miracula. ¶ Unde super ecclesiasten: primo cuncte res vel cuncta verba difficiles vel difficilia non potest vir eas vel ea perloqui. ¶ Accidit quod Rabi eliazarum hendama momordit serpens ve-

nitq; iacob.i.iacobus vir de villa cathanea ad curandū eū ex noie ihū.i.ihū filij pandera et nō pmisit eū rabi ismael sed dixit ei nō licet tibi hendama: et ait illi pmitte mihi et ego inducam cōtra te argumētum vel auctoritatem q̄ licitum est et nequiuit auctoritatē inducere et faciens homo viuet in eis dictū est de mādatis dei. et nū q̄ moriatur in eis. Item in libro sebath. iherusalem in distinctione cenomasarum filius filij. rabiosue filij leui. glutiuerunt toxicō. s. vel aliud mortiferum. venit itaq; vir ex nomine ysua.i.ihūs pāthcrim et sanatus ē vel quieuit cūq; exiss; ait ei quō: curasti eū. ait ei verbo tali Ait ad eum remissius fuisset ei si mortuus non fuisset et non audiuisset sicut et factū ei fuit sic .i. mortuus est statim. Si quis diligēter aduertat has duas traditiones in nomine dñi nostri ihū xpi facta fuisse miracula iudaicarum scripturarum testimonio cōprobat. porro si dicat q̄ p artē opabātur ea apostoli tā q̄ a xpo dño edocti dū viueret qua arte potenūt dici ea fecisse iā mortui qua ēt arte posteri eorū pueri et puelle et si per artē quoq; isti qua arte ipsorū implorātes auxiliū apō xpm qua arte reliq̄e ipsorū qua vestes. qua sandaniola. qua baculi. pz ergo q̄ miracula xpi et suorū ita firmiter constant q̄ nulla pñt ifiari neqcia. ¶ Notādū ergo q̄ iudei idcirco in supradictis traditōnib⁹ et alibi bē pandera.i.filiū pandera. alibi iehusua panthera.i.ihesum pāthcrie nominabant quia vt ait iohānes damascen⁹ in.iiij. li. leui. quē sanct⁹ lucas a ioseph ascēdēdo. quartū nominat genuit pāthera. panthera aūt genuit barpāthcrā. barpāthera genuit Joachin. Joachim vero duxit annam que valde erat honesta et laude digna. queādmodū vetus āna sterilis exñs p votū et repromissionem samuelē peperit. ita et hec per preces et repromissiones a deo dei attulit genitricem. hec damascenus.

¶ Contendit iudeus probare q̄ lex moysi non est abolita et hoc sic.

Secundum argumentum iudeorū est ad idem scilicet q̄ lex moysi nō est abolita sed adhuc obseruanda et arguūt sic. Si lex bona est et a deo data obseruanda est. cuius enim decretum erit obseruandum si mandatum dei non est obseruandum q̄d enim consilium dabant nobis xpiani quomodo illud effugemus maledictum. maledictus qui non permanserit in omnibus q̄ i lege scripta sunt. legislator nihil excipit sed vniuersaliter omnia mandat obseruanda. xpiani autem ad suum arbitrium legis et mandatorum obseruantiam determinant. Ad ista respondet magister alanus in suo quadripartito libro.iij.capi.iiij. dicens. q̄ lex mosayca diuino intellectu est intelligenda. Respondemus ergo legem bonam et a deo datā; ac a deo quicquid in ea scriptū ē diuino sensu intellectum suis temporibus obseruatum et obseruandum esse sancimus ea enim diuino intellectu intelligenda erāt quia si ad litterā accipimus multa repugnantia videmus. cum enim dicat moyses vidit deus cūcta que fecerat et erant valde bona: Gen.i. Quomodo in lege dicunt quedam esse mūda et quedā imūda ad litterā quod enim immundum est quomodo ē valde bonum. nec solum ea prohibentur in lege que sui natura homini ad vescendum nociua sunt vero etiam ea que gustu iocunda et q̄ vsu salubria ad comedendum existunt licet a deo dicta sint tamen ad se inuicem ad litteram omnino dissident. In exod. etiam inter alia precepta de faciendo altare dominus moysi ibi precepit capi.xx. Altare de terra facietis mihi in sequentibus autem sic legitur fecit itaq; moyses altare thimiamatis de lignis sethi; et alibi fundauit bases eneas in introitu tabernaculi multum itaq; aduersū videtur vt aliud et aliter q̄ dominus iubet per moysen ab ipso moyse agatur ¶ Aliud ergo q̄ littera sonat hic accipi oportet Item ad litteram quomodo stare potest q̄ deus prohibet. Deuter.xxij. ne homo aret in boue et asino. Onus quodcunq; aliud tibi placet asino imponere non vetat lex. et ponere iugum cum asino quare non licet. Ad pascua ducere bouem cum asino licebit. In pascuis enim simul esse et pasci lex permittit et arari simul prohibet et interdicit. ¶ Si autem propterea vetat quia hoc alias immundum lex dicit quare circa illud cetera que di

ea sunt pmittit et solū arare excipitur equus in lege aial imūdū eē pbibetur et alia multa. nec tamē arare bouē cū equo vel alio aiali imūdo in lege pbibet. hāc nō solū in his q̄ dicta sunt mādatis sed in q̄ plurib⁹ alijs legalibus cerimonijs cōtrarietatē videmus nisi ea cōpetēti sensu intellexerimus. Discreto itaq̄ et diuino sensu hec discutienda. et intelligēda sunt. Si vero legē debito sensu accipim⁹ oia legis mādata debita obseruatōe obseruare poterim⁹. quedā ad litterā et sine vllo velamine figurarū dicta eē accipiēdum et quedā vero ad figurā et pfundo velamine ad vmbrata esse intelligere quedā ad tps obseruari iussa sunt quedā sine vlla tempis determinatione que eni alterius sacramenti pnūciatiua erāt et veritatis figurā fatentur suo tempore manifesto rei atq̄ veritatis presentia oportuit vt eorū remaneret prenunciatio et figura Nam sicut vsu ipso loquēdi vtimur verborum vicissitudinibus dicendo erit q̄diu futurū est ipsūq̄ erit prox⁹ obmittentes in presenti assumimus est quodq̄ ipsum iam pterijsse significantes vtimur fuit: Sic in reb⁹ pnūciatiuis alicuius sacramenti vbi pñs manifestatur sacramētū eius iā supfluo reseruaretur. figura seu signū que alicuius mysterij significatiua nō erant sed apte seu fidei veritatē insinuant seu carnis edificationē cōmendāt ea a iudeis et xpianis nō ad tēpus sed ipperpetuū obseruanda sunt earū q̄ transgressio nullo mō pōt multa esse. hec Alanus.

¶ Contendit iudeus probare q̄ diuīe sanctiones veteris testamenti non sunt mutate

Tercium argumentum iudeorū est ad probandum q̄ diuine sanctiones veteris testamenti nō sunt mutate. Arguunt ergo cōtra xpianos sic. Si sermo dei ad tempus obseruād⁹ est eoq̄ sermone ānullato alio tpe ali⁹ obseruād⁹ ē. Sicq̄ p tpm vicissitudines diuīe sanctiōes mutāt quo pacto ratū nō erit qd̄ dicit. ps. cxviij. Ineternū dn̄e pmāet verbū tuū et illd̄. M. xxiij. Celū et terra transibunt verba autem mea non transient. quid interest cur de⁹ hoc animal imūdū iudicet illud mundū. hoc vti pbibeat. illo vti permittebat quis' eni adiuuit vt dicitur ysa. xl. spiritum domini. aut q̄s eius consiliarius fuit vt istud agit permittat illud prohibeat iussit obsequēdi ergo ei obsequendum ergo ei obsequi summa virtus est. prohibuit fieri. ergo iam non licet idq̄ si postea fiat peccatum esse dicimus ac pena debita puniendum vt ergo seruemus figuras contemnemus litteras vt seruemus alterum que ratio est damnare alterum. Seruemus litteram. seruemus et littere figuraz: maneat parua sensu nostro littera: maneat vt vestro et addatur spiritualis et cōcessa nobis sit a deo mysterij latentis intelligentia. Abstineamus a peccato quod lex iubet abstineamus et ab eo si quod est quod per porcum figuratur peccatum. Non aremus cum boue et asino quia id legislator prohibuit. et si qua intellexeritis per asini et bouis copulamē pbas est euitare. immo peccatum ē non euitare ita et de ceteris ita enim lex adimpleta. et adimplenda esse censetur et adimpletur. ¶ Solutio predicti alani vbi supra q̄ in nouo testamento diuine sanctiōes veteris testamenti non mutantur sed adimplentur. Dicit ergo q̄ sermo diuinus in nullo annullatur diuine sanctiones non mutātur quia christus non venit soluere legem sz adimplere. vnde ipse ait Math. v. Amen dico vobis iota vnum aut vnus apex non pteribit a lege donec omnia fiant. non igitur vult eam soluere sed adimplere vt patuit supra li. i. arti. vi. et in primo thezauro quarti puncti eiusdem articuli. Lex enim prohibet homicidium xpus iram et odium lex enim prohibet homicidium carnis. xpus etiā ipsum appetitum cordis. nobis lex prohibet vti carne porcina et eo tunc ab ea animante abstinentia nobis necessaria erat quoniam veritatis future figura erat et figura seruanda erat donec adesset ipsa veritas. figure iam presens adest q̄uis abstinere liceat vt multi nostrorum abstineant non solum ab ea sed etiam omni carne. vino et eodem iudice se vestrum quisq̄ tuetur. Moyses carnem suillam immundam nominat vt: ea prohibet et propterea dicitis q̄ vti ea non licet Moyses non alius sed idem ipse carnem suillam dicit mundam et valde bonam et eam ad vescendum sicut cetera scribit deum fecisse bonam. Et ideo dicit quod vti ea licet.

Postq̄ eniȝ enumerauit deū creasse vniuer/sa pisces maris volucres celi.cūcta animā tia terre in quibus anima viuēs est.nō longe infra subdit.vidit deus cūcta que fecerat et erant valde bona.quod valde bonū ē nl/la ex parte malū est.quod vero nulla ex pte malū est quō malū et imūdū est. Quicquid ergo in carne sui illa necesse a deo facta cōsideratur mūdū et valde bonū est.atq̄ vti lȝ: qꝫ vero per hoc animal voluptas et imūdi/cia figuraᵗ.imūdū propter hoc animal esse iudicaᵗ.et ea imūdicas vti nō licet. Si ergo hoc mūdū et imūdū animal esse intelligiᵗ: et eo vti nonvti a deo nobis pmittitur.eadē ratione licet in boue et asino arare.et ꝓhibetur ne aremus in boue et asino si melius nō pōt qꝫ deus permittit qui hec omnia humanis vsibus creauit. Sed bos qui vngulam findit et ruminat et ad excolendam terrā oī no ydoneus est predicatorē ecclesie discretū designat in his que agit sensum haben/tem qui mādata dei meditatur. Hic apud se meditando ruminat die ac nocte non solum sibi vtilis sed et alijs huic non est associan/dus in predicatione alter moribus etiam in discretus sensu.ideota.et litteris imperitus qui non solū verbo est inutilis sed suo exemplo alijs nociuus existit.quod etiā lex q̄tū ad litteralia abolita sit auctoritates sequentes ostendūt ait eni dominus per prophetā Ihere.xxxi.et ad hebreos.viij.cōsummabo testamētū nouū super domū iuda et sup domum israel. Quid vocauit testamentum nouum nisi legem euangelicā qua superueniē te debuit cessare quia simul seruare non pōt vtraq̄ adueniente enim veritate debet vm/bra cessare Et ysa.legitur sacrificia vestra o/diuit aīa mea Itē dauid ait in ps.l. Quoniam si voluisses sacrificiū dedissem vtiq̄ ho/locaustis nō delectaberis. Itē dauid sacrificiū et oblationē noluisti aures autē pfeci/sti mihi.holocaustū et ꝓ peccato nō postu/lasti.tūc dixi ecce venio.et alibi nō in sacrifi/cijs tuis arguā te.holocausta autē tua in cōspectu meo sunt semper.non accipiā de do/mo tua vitulos.neq̄ de gregibus tuis hyr/cos. Itē videmᵘ etiā in magna pte ea que ptinēt ad legē veterē cessare nō eni est apud iudeos sacrificium vel hostia.nō ꝓpheta non rex.nō tēplū.non locus sacrificij.et quid iremus p singula in maxima pte abolita ē lex.

videᵗ ergo q̄ lex moysi iā locū nō hēat.

Contendit iudeus ꝓbare q̄ circumcisio ꝑpetuo sit duratura.

Q Uartū argumētum iudeorū con/tra nostrū fidei fortaliciū est de circūcisione quā affirmāt duraturā perpetuo et consequenter legē moysi arguūt ergo sic. Idē iudicium videtur eē quātum ad dura/tionem a pte post de lege antiqua et de cir/cūcisione.hoc enim xp̄iani concedunt.sȝ cir/cūcisio ineternum debet durare in populo dei.ptȝ qꝫ Gen̄.xvij.datur in fedus sempi/ternum ergo et lex debet esse sempiterna.licȝ ad illud argumētū data sit solutio supra.li.i.ar.vi.in puncto.ij. Uerūtamen vt adhuc clarius cecitas iudaica cognoscatur in hoc passu nolo silentio pertransire. Dicendū er/go q̄ in veteri lege duplicem inuenimus circumcisionem vnam carnalem quam ipi obseruant et aliam spiritualem de qua dicitur. Deut.x.circumcidite igitur prepuciū cordis vestri ceruicē vestram non induretis.et Ie/re.iiij. Circūcidimini et auferte prepucium cordium vestrorum viri iuda. Sic etiam distinguere possumus de eterno et sempiterno qꝫ habet duas significationes Iterdū enim ponitur pro eternitate simpliciter vt in psal. Tu autem domine ineternuȝ permanes. Et illud. Iere.x. Dominus autem deus verus est et ipse deus viuens et rex sempiternᵘ.aliqn̄ vero accipiᵗ ꝓ duratione finita quale est illō.i. Reg.xxvij. Credidit ergo achis dō dicēs multa mala opatᵘ ē cōtra pplm israbel. erit ergo mihi seruᵘ sēpiternᵘ māifestū ē q̄ h accipiᵗ sempiternū ꝓ duratōe finita qꝫ n̄ poterat plᵘ durare ista seruitᵘ q̄ eorū vita simi/le hēt Gen̄.xxvij.vbi diciᵗ q̄ odrat sēp esau iacob.qn̄ ergo dicebaᵗ q̄ circūcisio dȝ duraᵗ i sēpiternū si sit sermo de circūcisiōe spūali i dubitāter ē verū quod simpliciter ineternuȝ dȝ eē i populo dei et aīa q̄ ē cū ꝑputio peccati est extra pplm dei q̄tū ad meritū. Si vero loquaris de circūcisiōe carnali accipe similiter sempiternū. Scūdo mō dictū. q̄ q̄diu lex durauit que soli vni populo ꝑpiebatur debuit durare signum quo ille populus ab alijs gentibus distinguebatur et cessante lege signū ēt debuit cessare. Et iō dī Gen̄.xvij q̄ circūcisio data ē i signū ppᵗ qō q̄diu ille

populus separatus fuit ab omni gēte in deserto nullus eorū circūcisus fuit sed quando intrantes terrā pmissiōis plenā diuersis populis oēs simul fuerūt circūcisi in galgalis vt habetur Josue.v.ca:

Contendit iudeus pbare φ si sabbatum cessat lex noua non est a deo.

q Uintū argumentū iudeorū est de sabbato ex cuius cessatione arguunt legem nouam nō eē a deo sic. Illa lex q̄ cōtrariatur preceptis diuinis nō est a deo sȝ lex euangelica est hmōi ergo nō ē a deo. maior est manifesta quia deus nō pōt sibipsi esse contrarius. sed minor ptȝ de obseruatiōe sabbati quā deus precepit in veteri lege. lex vero euāgelica huius obseruātiā tollit et pbibet: ergo est cōtraria deo: non ergo ē a deo. Respōdet φ in tali pcepto duo sunt cōsiderāda. Primū ē φ ppter reuerētiā dei cessabat populus ab oī opere seruili vt liberi⁹ diuinis vacare posset et istud erat morale. per hoc eni pcipiebatur φ hō aliquo tpe vacet rebus diuinis iuxta illud. ps.xlv. vacate et videte qr ego sum de⁹. et ƒm hoc cōputatr inter pcepta decalogi moralia et lex que hanc obseruātiā in se pbiberet eēt contraria ordinationi diuine et nō posset eē a deo. sed lex euangelica hanc obseruantiam no tollit sed pcipit vt ptȝ de dieb⁹ dominicis et alijs festis in noua lege ordinatis. Sed considerādum est in dicto pcepto erat taxatio tempis vel diei. s. φ hec obseruantia fieret tali die determinata. et istud erat cerimoniale. et ideo hoc mutari potuit et debuit ppter rationabilē causam. Judei enim colebāt diem sabbati in memoriā creationis rerum qd innuit moyses Exod: xx. dicēs. Memēto vt dieȝ sabbati sanctifices. Sex dieb⁹ fecit deus celum et terram et requieuit die septimo ac si dicat cōpleto opere creatōnis statim debuit ordinari dies cōmemoratiua ipsius creationis. homo etiā fuerat factus sexta die et ideo primum diem post sui creationem debet expendere singulariter ob reuerētiā dei. ceteros vero ad sui necessitatē. In noua autem lege illa dies que debuit obseruari ad vacādum deo nō solū debet nobis reducere ad memoriam bnficium creationis sed etiam innouationem spiritualem que inchoata est in xpi resurrectione. et ideo sabbatum mutatum ē in dominicum diem in quo xpus resurrexit. Significat etiam dominica que est octaua dies. octauam diem resurrectionis in qua pfectam requiem expectamus. Hic est φ messias noster dominus ihūs christus postφ factus est triginta annorum soluit qūtū ad partem istam sabbatum curando in eo infirmos. et dando eis licentiam lectulos asportandi. Johan.v. et spicas discipulis suis esurientibus confricandi. Marc.ij. Ceterum quemadmodum de circuncisione dictum ē probatumqȝ φ data fuit in signuȝ sic et sabbatum vt habetur Exod.xxxi. capitulo. sabbata mea seruabitis quia signum sunt inter me et vos ac generationes vestras. Item in libro bira.i. oñipere.q.yom tob. taliter scriptum est. Dixit Rabi Johanan. Omne preceptum φ dedit deus sanctis et benedictis israeli dedit eis publice preter sabbatum qd dedit eis in secreto sicut dictum est Exodi. xxxi. Inter me et inter filios israel. si sic est si sunt obligati goy. id est christiani vel alie gentes ad sabbatum. Ex omnibus his patet φ non sunt obligati ad seruandum sabbatum christiani nec alie gentes. Item contra obseruantiam circumcisionis et sabbati adducitur ratio non parum efficax ex duab⁹ traditionibus sicut notatur in pugione cap. xi. tercie partis. iij. distinctionis. quaruȝ prima est illud quod ī mydras tulym.i. glosa psalmorum taliter scriptum est. ps.lxxiij. Et omnia cornua impiorum confringam et exaltabuntur cornua iusti. cornu non ē dictum sed cornua. Decem enim cornua sunt que dedit deus sanctus et benedictus israeli. Cornu abrahe de quo dictum est ysa.v: vinea fuit dilecto meo in cornu filij olei. cornu ysaac de quo dictum est. Genes.xxij. Et ecce aries vnus retentus in densitate per cornua sua. Cornu ioseph. id est cornu regni de quo dictum est. Deutero.xxxiij. et cornua rinocerontis cornua ei⁹. Cornu moysi de quo dictū ē. Exo.xxxiiij. qr cornuta erat cutis faciei eius. Cornu pphetie de quo dictū ē.i. Reg.ij. et orauit āna et dixit. exul

tauit cor meū in domino et exultatū est cor-nu meū. Cornu legis de quo dictū est Abacuk.iij. Et cornua duo de manu eius. Cornu sacerdotij de quo dictū est.ps.cix. Cornu eius exultabitur in gloria. Cornu leuiticū de quo dictū est.i.parali.xxv.omnes isti filij hemā.videntis regis in verbis dei ad exaltandū cornu. Cornu iherusalē de quo dictū est.ps.xix. Et a cornib⁹ vnicorniū exaudisti me. Et cornu regis messie de quo dictum est.i.Reg.ij. Et dabit fortitudinē regi suo et sublimabit cornu messie sui et sic ē dicens.ps.cxxxi. Ibi germinare faciam cornu dauid paraui lucernā messie meo. Quando autē peccauerūt israel ablata fuerunt eis et data sunt gentibus seculi.sicut dictū est. Daniel.vij.c. Post hec videns fui in visiōe noctis. et ecce bestia quarta terribilis atqꝫ mirabilis et fortis nimis et dentes ferreos habebat magnos comedit et cōminuit et residuū pedibus suis cōculcauit et ipsa dissimilis ab omnibus alijs bestijs.que fuerūt ante ipsam et cornua decē habebat.assimilate sunt eni gentes similiter hmōi fens et omni tempore in quo gentiū seculi cornua fuerunt stantia. Cornua israel erunt cōfracta sicut dictū est trenorū.ij. Confregit in ira furoris omne cornu israel: ¶ Qualiter autem legalia deus iudeis abstulerit per rationes et signanter sabbatū et circūcisionē et qualiter eis ista duo et alia dyabolus restituerit habet᷑ apud eos in thalmuth in libro maya ipereq.i.distinctiōe q̄ icipit ꝙ semzbbac Quadā vice decreuit regnū neq͂.i.romanū ꝙ non seruarent iudei sabbatū et ꝙ nō circūciderent filios suos et vt cognoscerēt menstruatas. Tūc iuit rabi ruben. ceciauitqꝫ se more.s.romanorum. Cūqꝫ iuisset et cedisset cū eis ait illis.qui habet inimicū depauperet eū vel ditat. Dixerūt ei depauperat Dixit eis si ita est non faciant iudei opus i sabbato vt depauperentur. Dixerūt romani benedixit abrogaueruntqꝫ decretū.rursūqꝫ etiam dixit eis.qui habet inimicū debilitat eū an fortificat dixerūt ei debilitat ait eis si ita est circuncidant filios suos octaua die vt debilitenter. dixerunt optime dixit et cassauerunt illud: Iterum dixit eis qui habet inimicum multiplicat eū an diminuit eum. Dixerunt et diminuit. Ait eis si ita est nō cognoscant menstruatas dixerunt benedixit et cassauerunt illud. Demū ꝑpenderunt ꝙ iude⁹ erat et restituerunt decretum vt prius. Dixerunt ergo iudei quis ibit et irritabit statutū istud vadat. Rabi symeon qui didicit facere signa et mirabilia. Post eū vero vadat rabi eleazar. Egressus est eis itaqꝫ obuiā ventamalyon.i.demoniū sic vocatū et ait. Est placētia vestra vt vadā vobiscū sicut raby symeon et ait ancille.dom⁹ patris apparuit angelus ter.nobis autem nec semel venii ergo miraculū vndecūqꝫ. Precessit igitur ventāmalyon.et intrauit in filiam cesaris. Cūqꝫ peruenissent dixerunt ventāmalyon egredere vocatus ergo egressus est et abijt: Dixitqꝫ iudeis cesar. Postulate quicquid ē vobis ad postulandum. Introducti sunt igit᷑ in domum thesauri vt tollerent quicquid vellent inueneruntqꝫ certam illam in quā scriptum erat dictum statutum et ruperunt eam huiusqꝫ thalmuth. Animaduertat prudentia tua lector ꝙ per istas duas traditiones habetur euidenter ꝙ de⁹ abstulit a iudeis ꝑ romanos sabbatum et circūcisionē et alias cerimonias.confregit quippe in ira furoris sui omne cornu eorū de quibus vnum erat lex vt pauloante dictum est.et nūꝙ͂ restituit eis.nec per se nec per angelū nec per ꝓphetā nec per alium virum sanctum. Sed ipsi iudei recuperauerunt circūcisionē et sabbatū et cetera hmōi per dyabolicum miraculum vt in proxima traditione ostensum est. Null⁹ ergo vlterius nisi sit demoniacus conseruare debet ea que deus abstulit.et dyabolus tāļibens se iudeis vinbiliter ingerendo instituit.quando enim vel vbi vnꝙ͂ facenter dyabolus bonum homini aliquod nisi forte vbi prospexit malum maius et mortem pessimam sibi ex eo imminere finaliter procurauit cui vnꝙ͂ boni aliquid nisi fallendi studio persuasit.nunquid non ipse est qui primos homines quasi eis vtiliter consulēdo fefellit.nōne ipse est qui contra sancum iob ipsum etiam dominū ꝓuocauit. Job.ij.c. An ignorant iudei miseri ꝙ dyabolus fuerit qui patres suos ad adorandum vitulum mentiendo protraxit.vt habetur in libro sabath impereq.qui incipit dixit rabi aquiba in fine quadraginta dierum venit sathan et perturbauit mundum et induxit tempestatē maximam in aerem et dixit israeli. Ubi est moyses Dixerunt ei. Ascendit in altum.

Dixit eis iã peruenerũt sex hore et non respexerunt super eo. Ait ergo mortuus est et nõ curauerũt super eo. Ostendit ergo eis similitudinẽ feretri eius in nube. hinc est ꝙ dixerunt ad Aaron quia hic moyses vir qui fecit nos ascendere de terra egypti nescim⁹ qd factum est ei. et quid scriptũ est. cõsequenter et dixit Aaron. abrumpite inaures auri que sunt in auribus etc̃. et accepit de manib⁹ eorz et formauit illud in forma et fecit illum vitulum fusorie et dixerunt. Isti sunt dij tui israel etc̃. His sic premissis dicatur iudeis vt attendant que sit eorum prudentia quis sens⁹ qui dyabolum volunt habere suspectum in recuperatione circumcisionis et sabbati. qui patres eorũ ad faciẽdũ et adorandũ vitulũ et ad attribuendũ sibi magnalia que de⁹ fecit mẽdacijs et falsis ꝓdigijs tã studiose pertraxit. Euidenter ergo apparet ꝙ intentio ẽ studium dyaboli ac voluntas erga homines nunꝙ est nisi mala. quare satis est manifestum ꝙ grandis est stulticia et ꝙ magna insania et ꝙ imẽsa iudeorũ vecordia qui circũcisionem et sabbatum et alia que deus eis abstulit. et dyabolus reddidit non cessant obseruare. Supradictis adhuc videt̃ addendũ id quod de sabbato scriptũ est in beresith minori vbi dicitur Gẽn. ij. et benedixit deus diem septimã dominus rufus nequã quesiuit a Rabi aquiba et ait ei⁹ quid est inter diẽ et dies dixit ei rabi aquiba et quid est iter virum et viros. dixi ei quid dixit tibi. et quid dixisti mihi. Ait ei dixisti mihi i quo differt sabbatũ ab omnibus alijs viris. Dixit sibi decedit rex propter gloriam suam sic quoqꝫ voluit deus istum diẽ honorare. vnde tu facies me scire istud. Dixit ei fluuius sabatanus arguit hoc qui trahit lapides ꝑ totã septimanam et in sabbato quiescit Dixit ei declige attractum tu trahis mihi. Admiror dixit ei. Ecce ille qui facit ascendere mortuos arguit. omni nãqꝫ die est ascendens et nõ in sabbato. Iuit et tẽptauit in patre suo qui ascendit omnibus dieb⁹ et in sabbato nõ ascẽdit post sabbatum scisitatus ẽ eum et ait ei pater ex quo mortuus es fecisti te iudeũ admiror ꝙobrem ascendisti omnibus diebus hebdomade et in sabbato non ascendisti. Ait illi omnis qui non obseruat sabbatum sponte sua apud vos obseruat cum hic malo velle suo dixit ei. et cuiusmodi labor ẽ vobis ibi Ait ei omnibus diebus septimãe iudicamur in sabbato autem quiescamus. reuersus est ad rabi acquiba. et dixit ei. Si ẽ secundum verba tua ꝙ deus sanctus et benedictus per quietem in sabbato vult honorare non mittat in eo ventos non faciat descendere pluuias non fluctuet mare in vndis suis. Dixit ei rabi acquiba habet se in istis deus sicut is qui transfert per quatuor vlnas. Si vis lector figmẽta hec iudaica contra ipsos conuertere dicas queadmodum fluuius supra fictus fuit signum obseruandi sabbati quãdo per totam hebdomadam currebat trahendo lapides et quiescebat in sabbatis vt ipsi fabulantur sic est nunc efficax argumentum non obseruandi sabbatum quia nusꝙ sub celo sit fluuius qui magis quiescat i sabbatis ꝙ in ceteris diebus. Per totum quippe mundum discurrunt mercatores qui sicut ducunt medicinalia variaqꝫ pigmenta ex india que est in oriente vsqꝫ ad hyspaniam ꝙ est in occidente et a meridie vsqꝫ ad septẽtrionem que est vsqꝫ ad anglicos et norwegios et scotos et sic vsqꝫ ad totum mundum quod si verum esset inuicem sibi narrarent et notificarent prouincie vbi talis esset fluuius iudeis pro curantibus non tacerent. Item magister iohannes valisoletanus conuersus in libro d concordia legum dicit ꝙ istud de lapidũ flumine non est verum. nec dicitur hoc per aliquem sapientem nisi per cõitatem ipsorum rabinorum iudeorum ad ipsorum consolationem et gaudium sui cordis quoniãꝫ hoc non scribitur in aliqua scriptura autentica. nec in aliquo libro antiquo. de mirabilibus locorum nec in aliquo alio loco sed in libris solummodo iudeorum ad ipsorum consolationem explicatur. hec ille. Ad aliud vero figmentum de mortuo non ascendente i sabbato dici potest ꝙ dyabolus ventamalyon vel aliquis alius potuit⁹ assumere figuram patris rufi antedicti et facere ac dicere que dicta sunt vt iudeorum circa obseruantiã sabbati confirmaret errorem. ¶ Ad tercium denicqꝫ ꝙ qui non obseruat apud nos spontaneum sabbatum apud mortuos obseruabit cum coactus etc̃. vt supra ergo abraham et multi alij sancti qui nunꝙ coluerunt sabbatum punientur per totam septimanam cum infidelibus et compulsi requiescent in sabbato hoc autem falsum esse quis dubitat ꝙ

autem abraam non coluerit sabbatum ha-
betur in beresith. minori super illud Gen. ij:
vbi dictum est: Et benedixit deus diem septi-
mam. dixit rabi iohanan abraham non e scri
pta de eo obseruantia sabbati hec ex pugione
vt supra Possumus etiam nobis assumere
demonstrationem q sabbatum verum qd
significat quietem vt patet deutero. v. c. sab-
batum. i. quies domini dei tui e dies dnica
quam nos xpiani obseruamus quoniam scdm
sapientes iudeorum thalmuth vt notat ma
gister iohannes vallisoletanus conuersus in
libro de concordia legum. titulo. iiij. c. x. prima
coniunctio solis et lune que fuit in principio
creationis mundi facta fuit die lune ad quinque
horas et ducenta et quatuor minuta hore.
Et quia textus non dicit nisi sex diebus ope
rabens et die septima requiesces et non di-
xit qua die signata inciperent computari illi
sex dies. et est rationabile q computatio incipi-
at a die istius coniunctionis solis et lune. quia
hec duo luminaria distinguunt diem et no-
ctem. Que coniunctio vt predicitur facta est
die lune et sic dies septima est dies solis que e
dies dominica vt obseruamus xpiani. Est
etiam alia ratio quoniam in ista die saturni
quam iudei obseruant est magna mutatio se
cundum stellas ex diuersitate dierum et locorum
scdm longitudines et latitudines terrarum quia
iherusalem est in longitudine. lxvi. graduum.
Et ista terra vallisoletana regis castelle est in
longitudine. lxvi. graduum. et est differentia i
ter iherusalem et istam terram plus q qua-
tuor horarum. Item est alia differentia iter
ista scdm motum puncti altioris spere noue per
quem mouentur poli. et sic a tempore quo
lex moysi data est vsque ad ista tempora est fa
cta mutatio et differentia plus q per quinqua
ginta gradus et isto polorum motu mutate
sunt longitudines et latitudines et mutati
sunt dies et noctes in omnibus mundi par-
tibus vsque ad ista tempora et scdm diuersitatem
terrarum supradictam hodie iudei vnam ho-
ram illius diei sabbati sibi precepti non ob
seruant nec illam nec diem a moyse illis te-
poribus institutam. talis mutatio pot cla-
rissime cognosci ex mora quam fecit sol spa-
tio vnius diei stando immobiliter tempore
Josue et etiam ex retrocessione solis decem
lineis in horologio achaz tempore regis
ezechie. Et si iudei dicunt scdm supradictam
rationem q idem debet iudicari de die do-
minica secundum christianos. Respondeo
q hec obseruantia quam obseruant christia
ni non dependet a die dominica ratione di-
ei dominice sed ratione resurrectionis christi
veri messie in qua die ipse resurrexit nec ob-
est mutatio facta ex quo manet ipsa principa
lis et precisa causa quare fit scilicet memoria
creationis mundi et resurrectionis sancti mes
sie et adhuc non obligarentur seruare predi-
cta. nec etiam sacrificium et obseruationes
septimanarum et pollutionum et aliorum si
milium posito q ad terram pristinam re-
ducerentur quod est impossibile propter di-
uersitatem locorum terre secundum longitu
dinem et latitudinem et terrarum etiam con
stellationes secundum imaginationem sapi
entum et iste est magnus defectus legis. sci-
licet q omnia que legis erant non obseruia-
ri debebant in omni loco mundi quod non
est in lege christi veri messie quia in omni lo
co et quacunque parte terrarum tenentur chri-
stiani legem sancti messie firmiter obseruare
¶ Sanctus bernardus in suo euangelio eter
no assignat duodecim priuilegia die domi-
nice propter que sabbatum non immerito i
dominicam diem mutata est. Prima est q
fuit prima omnium dierum. Secundum q
erit vltima dies presentis vite. Tercium quia
diem dnicam nulla precessit nox. Quartum q
ei nulla nox subsequetur. Quintum quia in
eo creauit deus celum et terram. Sextum quia
in eo creati sunt omnes angeli a deo et boni
i paradyso gratificati et glorificati sunt et econ-
tra mali angeli in eodem die peccantes de ce
lis ad inferos expulsi sunt. Septimum quia
secundum orosium in die illa primo precepta da-
ta sunt filijs israel. ¶ Octauum quia in illa
die christus incarnatus est. Nam vt testatur
magister hystoriarum die qua dixit deus fi-
at lux visitauit nos oriens ex alto et christus
incarnatus est. In huiusmodi mysterium et
figuram datum fuit manna in die domini-
co sicut ait super Exod. origenes. Hoc qui-
dem probat per hoc q in. xvi. capitulo dictum
est. Sex diebus colligetis illud die aute sex-
ta duplum colligetis. patet enim diem sexta
vocari illum qui sabbatum precedebat qui
est feria sexta et ex hoc patet q manna die do
minica datum fuit. Si enim sex diebus con-
tinuis collectum fuit. Septima autem di:

cessatum est et per consequens manne initiū a prima die dominica exordium sumpsit.
Nonum quia in die dominica xpus destruxis inferni claustris captiuam ducens captiuitatem ac sāctorum animas de lymbo eripiens triūphaliter a mortuis resurrexit cuius resurrectio nostre resurrectionis exemplar est Decimum quia die dominico spiritus paraclitus discipulis datus est. Undecimum q̄a in die dominica erit resurrectio mortuorum et reddet deus vnicuiq3 secundum opera sua. Duodecimum quia die dominico erit initium et cōtinuatio sine fine laudum dei et domini nostri ihesu xpi veri messie in gloria sempiterna. Unde ysa. vlti. et erit semen eorum ex sufficientia mensis ex mense suo et ex sufficientia sabbati in sabbato suo. istud est seculum futurum quod totum erit sabbatum .i. requies. Et notat q mensis legittime dicitur heredes hebraice pōiturq3 apud eos pro perfectione numeri omnium dierum in quibus luna perficit cursum suum. Cum luna quippe computant iudei et non cū sole mensis ergo hic vt ait beatus Gregorius p perfectione positum est et sabbatum pro requie in quo seruile opus fieri nō licebat. erit ergo semen eorum idest apostolorum et sanctorum predicatorum facientium filios spirituales ex mensis sufficientia id est ex sufficientia perfectionis vite presentis in mense suo. id est in perfectione glorie sue in futuro Sicq3 semen auditiuum ex sufficientia sabbati. id est requiei i diebus dominicis et festiuitatibus alijs ad audiendum verbū dei necnon ex sufficientia requiei a vicijs et peccatis in vita presenti erit in sabbato suo. id ē in sempiternā requie sua in vita futuri seculi quod totum est sabbatum vt predictum est.
Et si queris quare fuit ordinata quies diei septime per iudeos die sabbati et nō alia dies septimane. Respōdet supradictus magister iohannes in eodem libro titulo. iiij. c. viij. q ad hoc fuit triplex ratio. Priā ē quoniam secūdū astrologos maior coniunctio saturni cum Ioue fuit in capite arietis ascendēte aquario qui est domus saturni que cōiunctio necessitauit et coegit populum iudeorum vt starent in captiuitate egypti quadrigentis annis et q inde educerentur in manu forti et brachio extento. et q ibi fierent miracula extra naturam. Et ideo fuit in die saturni dies sabbati ordinata in memoriam exitus de egypto et in memoriam coniunctionis saturni et iouis in domo aquarij vt dictum est. Et ratio quare magis firmauerūt se super saturnum q̄ super iouem est quia saturnus est altior. Item quia ascendens cōiunctionis fuit aquarius que est domus saturni secunda. Item propter alias proprietates quas iudei et terra ipsorum habent cū saturno secūdū q dicunt astrologi et vlterius declarabo et ideo ordinatum fuit a iudeis. q dies septima quando nihil operari debēt q esset in die saturni et q essent in tenebris et sine candelis etiam que ponunt astrologi debere obseruari in die saturni vt liberentur homines a dānis suis et influentia effectia. Secunda ratio est quia ista die saturni planete infectiui et damnosi habent singularez potestatem quoniā prima hora noctis diei sabbati est hora martis secundum computationem horarum vt iudei computant ordinando primo noctem et postea diem et prima hora diei sabbati est hora saturni q̄ duo planete sunt damnosi secūdum astrologos et sic in die illa naturali damnosi planete habent suam influentiā damnosam singularē Et sic scripsit Rabi abraaz in glosa sua quā fecit super decē preceptis super illo specialiter memento vt diem sabbati etc̄. Dixit istō preceptum fuit propter sperā saturni et quālibet die in hebdomada habent stelle mobiles ipsarū quelibet vnā diez in qua magis apparet ipsarum virtus. et quoniā vna die in hebdomada quiescere tenebātur in signū et memoriam creationis mundi vt dictum est. Ideo ordinauit eis Moyses in marath q ista dies requietionis esset specialiter et signanter illa dies saturni que est sabbatum in qua stelle predicte damnose habent potestatem et influentiā singularem vt ab ipsarum damnis et infectionibus tuerentur.
Tercia ratio est propter potestatem istis planetis datam super iudeos et terram suaz quia secundū astrologos iudei sunt sub cōstellatione Martis et Saturni et sic per experientiā patet quoniā quando saturnus est i domo casus sui et habet aspectuz a malis et dānosis alijs stellis tunc euidenter apparet malū opus aliquod in iudeis et hoc sepissime sum expertus et secundum conditiones suas videtur esse de natura saturni prout dixi

Ptolomeus q de natura saturni est misera et casus et populus captiuus et malarũ conditionum vt sunt iudei: Et ideo diebus sabbatinis et alijs diebus vbi erant predicti planete in exultationibus suis faciebant plura sacrificia q̃ in alijs diebus vt ab istarum planetarum damnis specialiter essent salui prout per gl. Rabi abraam euidentius demonstratur quam fecit generaliter super legem. et probatum est per dicta astrologorum que ego allegaui in declaratione quã scripsi super glosam predicti Rabi abraam abenagra et ista talia cerimonialia priuanda erant in complemento legis in aduentu xpi quoniam ipse venit pro salute animarũ Et vt tales opiniones falsas totaliter aboleret que ydolatriam sapiunt apparenter et causa finalis legis complementi non est res corporalis sed potius spiritualis et in vnius diei obseruantiam in hebdomada in memoriam creationis mundi que fuit causa finalis mutationis legis prout diximus. Rationabile erat in complemento legis ponerẽ illam diem que est dies requietionis et illã animam superfluam aliam quam dicũt cuz eo venire prout dixerunt q textus dicit quieuit et animauit exo. xxxi. Animam aliam creauit homini die sabbati qd̃ esset die solis que est dies dominica et ista die dominica xps a mortuis resurrexit vt demonstraret mũdo animarum salutẽ. et propter istam diem vere dicitur animam aliam venire. quoniaz propter resurrectionem xpi anime perpetuo vitam habent. et hoc signauit algasel philosophus dicens in resplendore solis saturno non indigemus huiusq predictus doctor Patet ergo quare iudei obseruant diem requietionis hebdomade in die saturni et licz dies requietionis ab omnibus de mundo sabbatum dicatur quia sic sabbatum interpretatur vt supra patuit quia tamen non ea intentõne qua iudei sabbatum suum appellant. Ideo non diem saturni sed alium colunt vt videlicet diem dominicam nos christiani omnibus superstitionibus exclusis ĩ memoriam resurrectionis christi tali die factam et future resurrectionis tali die fiendaz. vt supra dictum est. Item possumus adducere contra iudeos auctoritatem magistri alfonsi conuersi in libro bellorum dei. In quo disputauit contra iudeos secundum opiniones thalmuth. vbi dicitur q̃ fm iudeos nõ est inconueniens dicere omnia festa et ieiunia remissionum et indulgentiarũ posse mutari. et textus vocat ipsa sabbatum sicut ipsmet sabbatum et probant hoc Leuiti. xxiij. Hee sunt ferie domini quas vocabitis sanctas; et glosauerunt dicentes vocabitis. id ẽ posito q errent scienter vel ignoranter. quoniam illa debent festa simpliciter reputare et sic non debent iudei inconueniens reputare q illi qui receperunt legem sancti messie diez sabbati in diem dominicam commutarunt propter rationes superius allegatas et de hoc xps in euangelio mathei. xij. respondẽs eis qui dicebant ihesum xpm non licere in sabbato curare. dixit filius hominis habet potestatem super sabbatum.

¶ Contendit iudeus probare q ihesus christus non est verus messias quia non venit in nouissimis diebus

Sextum argumentum nititur ostendere ihesum christum saluatorem nostrum non esse verum messiam in lege et p phetis promissum. Arguunt ergo iudei sic verus messias debet venire in nouissimis diebus sed nondum sunt dies nouissimi ergo nondum venit messias. maior patet ysa. ij. quod exponitur ad litteram de messia vbi dicitur erunt in nouissimis diebus. minor satis patet. ad illud argumẽtum dicendum q dies messie dicuntur nouissimi habendo respectum ad ordinem. habendo respectũ ad etatem. habendo respectum ad sacram scripturam. ¶ Primo ad ordinem quia sex milia diuidendo et ordinando per tres dualitates sicut mensuratur duratio mundi secundum iudeos et duo nouissima millenaria dicuntur dies messie patet per canadum heliã. Unde in thalmuth in libro qui dicitur canhedrin qui sonat sacerdotes magni. inuenitur hoc quod sequitur legert in studio helye q sex milia anni mundus habet durare duo milia vanitatis et duo milia legis et duo milia messie et sequitur. Et propter nostra peccata que sunt multa transierunt ex illis que preterierunt hec ibi. Et cum hoc dicat Thalmuth quasi transierant de duobus milibus

annis messie quasi sexcenti anni. et post illud tempus transierunt iam quasi. dccc.xlij. anni cum illo numero sex milium annorum videtur concordare beatus ysodorus super pentbateu cum super illo passu enoch septimus ab adam qui placuit deo translatus est dicit ibi enoch septimus ab adam septimam requiem significat. transactis nanque sex milibus annis et renouato celo ac terra factoque iudicio transferentur sancti in vitam eternam. Nunc vide cecitatem iudeorum ipsi computant annos a creatione mundi sicut nos a natiuitate christi et dicunt quod isto anno in quo nos computamus mille. cccc. lx. annos domini sunt a creatione mundi quinque milia. ccxx. et sic patet quod de duobus milibus annis messie iam transierunt secundum eorum computum mille ducenti viginti anni quibus debuisset venire messias. et cum non sit numerus annorum vltra sex mille vt dictum est et ipse debet regnare duobus milibus annis quomodo hoc est possibile cum non restant secundum computum suum nisi. dcc.lxxx. anni: Item ipsi assignant in predicto numero annorum determinatum tempus messie. s. finitis quatuor milibus annis a creatione mundi referuentur duo mille pro messia. Nunc attende quid dicat ysa. c. lx. in fine minimus erit ibi mille. et paruulus in gentem fortissimam ego dominus in tempore eius subito faciam illud O iudee tu determinasti tempus messie. et vide quid dicat deus. ego dominus in tempore eius scilicet messie subito faciam illud. Super quo verbo dicit glo. hebraica si fuerint boni ante tempus suum et si non fuerunt boni in tempore suo ergo necesse est quod iudei concedunt secundum suam glosam vnum de duobus vel quod ipsi fuerunt boni vel non boni: Si boni ergo messias venit ante tempus suum. s. ante quam inciperet numerus quinque milium. Et si fuerunt non boni sicut ipsimet concedunt in dicto probabito quod propter peccata sua multa transierunt. s. anni qui preterierunt. necesse est quod tunc concedunt secundum suam glosam quod in tempore suo venit. s. finitis quatuor milibus annis in principio quinti millenarij annorum. et sic habent concedere necessario quod secundum suum numerum iam sunt mille et. xviij. anni quod natus est messias. Et si dicant quod nos computamus plus anticipando tempus: Dico quod licet simus differentes cum eis in computatione annorum a creatione mundi stante tamen suo numero in veritate licet anticipauerit tempus adimpleuit quod promisit. Sicut si aliquis rex promisisset tibi castrum vsque ad diem signatum extremum. s. anni. Si autem illud tempus vtputa in medio anni vel alias tibi dederit castrum certum est quod adimpleuit promissum. et sic nos christiani stante numero iudeorum computabimus eorum ingressum quinti millenarij. et dicemus quod sunt iam mille. cccc.viij. anni quod venit messias. stante tamen computatione nostra a creatione mundi. Dicemus quod messias venit infra duo vltima millenaria. cum ergo per ordinem et respectu ad duas primas dualitates miliariorum annorum duo vltima millenaria in quibus debet regnare messias dicantur dies nouissimi. Sequitur quod dies in quibus venit ihesus nazarenus verus messias sunt dies nouissimi de hoc numero sex milium annorum dictum fuit supra li. i. ar. vi. puncto. iij. thesauro primo. Secundo patet hoc idem habendo respectum ad etatem nam duratio mundi mensuratur septem etatibus sicut duratio hominis quarum nouissima in vltima est decrepitas que prefixum habet principium sicut cetere etates non tamen terminum quia multotiens plus durat quam cetere etates et ihesus nazarenus fuit in decrepitate mundi et per consequens in nouissimis diebus habendo respectum ad etatem. Tercio patet hoc habendo respectum ad sacram scripturam. nam multa tempora et dies precedentia ihesum nazarenum circiter per duo milia annorum dicuntur in scriptura dies nouissimi sicut patet Genes. xlix. vbi israhel vocatis filijs ante mortem suam dixit. Congregamini filij israel vt annunciem vobis que ventura sunt in nouissimis diebus. vbi multa annunciat non solum de his que debent impleri de aduentu messie sed etiam multa que completa sunt tempore regum israel et iuda sicut fuit de primatu iuda et de excellentia super omnes fratres suos et de regno ibi iuda te laudabunt fratres tui etc. Patet igitur quod non solum dies messie in quibus fuit ihesus nazarenus dicuntur dies nouissimi sed etiam multa tempora ante circiter per duo milia annorum precedentia dicuntur dies nouissimi.

Contendit iudeus probare q ihūs christus non est verus messias quia in eius aduentu mons syon non fuit eleuatus in vertice montium:

Septimum argumentum iudeorū est tale. In aduentu messie mons syon debet eleuari in vertice montium sed hoc non est factum ergo nondū venit messias. Maior est ysa.c. vbi supra erit in nouissimis diebus preparatus mons domus domini. id est mons syon in quo erat templū in vertice montium et eleuabitur super colles. Minor patet quia in diebus ihū nazareni nihil tale factum est. Ad illud argumentum iudeorum de monte syon qui in diebus messie sm iudeos debet eleuari sup alios montes. vnde dixerūt aliqui iudei q tempore messie debet deus portare montem thabor et montē synai et mōtem carmeli ad locū vbi est iherusalē et in vertice istorū mōtium ponere montem syon hoc dicunt ipsi nō esse factum tempore ihesu nazareni ergo nō est messias. Respondeo sm Rabi salomonem q ista eleuatio montis supra montes non est intelligenda secundum locum sed secundum excellentiam et gloriam illius mōtis quia ibi debebant operari magna signa et miracula plusq in alijs montibus quod impletum est tempore ihū nazareni quia ibi illuminauit cecum. curauit languidum. Ibi super omnes apostolos misit spiritumsanctum. ibi multa alia signa et miracula fecit. Et in hoc mons ille super alios montes eleuari debebat et sic impleta est prophetia i vero messia ihū xpo.

Contendit iudeus probare q ihūs xps non est verus messias quia in eius aduentu ad eum non confluxerunt omnes gentes

Octauum argumentum iudeorum est ad verum messiam cum debet venire debent confluere omnes gētes sed ad ihesum nazarenum non confluxerunt omnes gentes ergo non est ipse messias Maior patet ysa.c.quo supra vbi statim sequitur. Et fluent ad eum omnes gentes. minor est clara dicunt iudei q in nazareno nō crediderunt omnes gentes nec adhuc credunt. Ad illud argumentum iudeorum sup illud fluent ad eum.i. ad fidem eius omnes gentes. Dicendum q ibi omnes distribuit pro generibus singulorum non pro singulis generum. vt omne animal fuit in archa noe. ita q est sensus q de quolibet gentium genere venirent ad fidem veri messie quod impletum est in ihesu vero messia nostro per apostolos suos per quorum predicationem de omnibus gentibus conuersi sunt ad fidē christi. quia in omnem terram exiuit sonus eorum etc. Et sic in isto modo in ihesu vero messia nostro impletum est illud. ps: Deus iudicium tuum regida. et adorabunt eum omnes reges omnes gentes seruient ei. qd impletum fuit in constantino iperatore quādo suscepit fidem christi. Vel aliter dicendū q aliquando omnes in scriptura sumitur p multis vt.ij. Reg.xvij. Dixit absalō et oēs viri israel. Melius est consilium chusi qlilio achitofel. et certum est q non erant ibi omnes viri israel sed multi. Similiter in euangelio Mathei.ij. Audiens herodes rex turbatus est et omnis iherosolima cū illo. omnes enim.i. multi d iherosolima. Sic in proposito venient ad eum omnes gentes id est multi de gentibus.

Contendit iudeus probare q ihūs xps non est verus messias quia in eius aduentu non dixerunt gentes venite ascendamus ad montem domini.

Nonum argumentum iudeorum ē cum verus messias venire dz gentes confluentes ad eum dicere debent. Venite ascendamus ad mōtem domini et ad domum dei iacob. Sed hoc non dicitur in aduentu ihesu nazareni ergo non est ver⁹ messias. Maior patet ysa. vbi supra. Venite ascēdamus ad montem domini et ad domum dei iacob. Minor patet quia aliqui xpiani dicunt eamus ad domum petri. Alij dicunt eamus ad domum pauli. Alij ad domum martini etc. Nulli vero dicunt ad domū dei iacob. Ad hoc argumentum dicit Alanus

in suo quadripartito libro. iij. c. ix. Dicēs q̄ mons iste xp̄s est in quem iaȝ vniuerse fines terre credant. iam adorant vniuerse familie gentium. vna et concordi voce dicūt. eam⁹ ad montem dn̄i et ad domū dn̄i dei iacob. hoc est ad domū dei quē coluit abrahā quē coluit iacob. quē coluit moyses quem coluit aaron. Ideo ostenditur vnum deum esse et eorum qui ante legem fuerunt fideles et eorum qui sub lege existunt et eorum qui nunc existunt credentes in deum. Qd̄ autem arguunt nos super hoc quod dicimus eamus ad domum petri ad domum pauli. ad domum martini etc̄. Nullus qui sane sapit dictum hoc ita intelligit. Nullam quippe petro siue paulo domum facimus: Sed in honoreȝ petri atq̄ i memoriā sancti pauli deo eam dedicamus. Nec vlli pontificum fas est in consecratione ecclesiarum dicere tibi petro et tibi paulo hanc domum dedicamus sed potius deo dicatur consecrari. et q̄uis diuerse ecclesie deo consecrentur: tamen vna ē domus dei. vna est dei ecclesia oim̄q̄ fidelium conuentus. Ad hanc domū dei accedit qui de vnitate ecclesie est. In hac domo dei adoratur mons montium et xp̄s sanctusſanctorum: hic peccata remittuntur. hic non solum homicidium prohibetur immo etiam ira et odium tollitur.

Contendit iudeus probare q̄ ihūs non est verus messias quia in eius aduentu gladij non sunt couersi in vomeres nec lancee in falces.

Decimum argumentum iudeorū ē In aduentu messie gens cōtra gētem non debebat leuare gladiū nec exerceri vltra ad prelium et debebant cōflare gladios suos in vomeres et lanceas suas i falces Sed cōstat q̄ post aduētum ihū nazareni et adhuc modo: non cessauerunt bella p̄ orbem vt patet manifeste et maxime in iudea quia post mortem eius fuerunt acerrima bella in iudea per Tytum et vespasianum: fuerunt etiam semper lancee et gladij et alia arma bellica in magna copia. Igitur ihūs nazarenus non est verus messias. Maior patȝ ysa. c. vbi supra. Ad istud argumentum iudeorum de pace que debebat esse tp̄e messie de qua p̄pheta: non leuabit gens contra gētem gladiū nec exercebūt vltra ad preliū. Dicendum q̄ ista pax fuit tempore ihū nazareni veri messie. Nam fuit pax spiritualis iter viros spirituales quia inter malos pax esse non potest. Non est pax impijs dicit domin⁹ ysa. xlviij. In cuius signum angeli i sua natiuitate cantauerunt. Gloria in excelsis deo Et in terra pax hominibus bone voluntatis Fuit etiam tēporalis pax de qua intelligunt Primo in romano imperio quia i cesare augusto finita sunt omnia bella ciuilia que inceperunt in Roma immediate post euersionem carthaginis. Secundo in iudea pax maxima que incepit in natiuitate ihesu nazareni quando mundus tanta pace gaudebat q̄ cesar Augustus non armis aut bellis occupatus: voluit scire quot ville quot ciuitates quot castra essent in mundo. Et ex hoc exijt edictum a cesare Augusto vt describeretur vniuersus orbis Luce. ij. Et durauit ista pax per centum. xv. annos vsq̄ ad destructionem iherusalem per Tytum et vespasianum quod patet q̄ ante ihesum xp̄m cesar Augustus regnauerat per. xlij. annos. xp̄s autem xxxiij. vixit vsq̄ ad passionē et deinde in passione xp̄i vsq̄ ad destructionem iherusalem fluxerunt anni quadraginta et sic sunt in sūma centum et. xv. anni. ita q̄ fuit diuturna. Et tunc probabile est q̄ propter diuturnitatem pacis iudei conflarent gladios i vomeres etc̄. sicut sensibiliter videtur in terris vbi post bella sequitur pax diuturna. Sequitur in dicta auctoritate non leuabit etc̄. yperbole est ad designandum pacis diuturnitatem sicut communiter dicitur de aliquo negocio quod protrahitur vltra modum consuetum Istud negocium nunq̄ terminabitur licet aliquando terminetur infra annum vel infra mensem seu etiam in minori secundum conditionem negocij: et hic modus loquēdi parabolicus frequens est in prophetis. Sz dicunt iudei q̄ ista prophetia nunq̄ implet nisi illa pax fuisset perpetua propter illō qd̄ sequitur nec exercebuntur vltra ad prelium quia signum aduentus messie est pax sine fine patet ysa. ix. Multiplicabitur eius imperium et pacis eius non erit finis vbi agitur expresse de aduentu messie et in. p̄s. De⁹ iudicium tuum regi da. Orietur in diebus ei⁹

iusticia et habundancia pacis donec aufera tur luna. sed luna nunquam auferetur ergo nec pax. Dicendum ad primum cum dicitur. nec exercebuntur vltra etc. quod si vltra nō dicit eternitatem sed diuturnitatem tēporis sicut patet quod fuit. Vel aliter dicendum est quod in dictis sacre scripture attendere debemus ea que sunt per se et dimittere ea que sunt per accidens et ex consequenti. Secūdū ergo quod lex antiqua per se et directe pcipiebat populo corporale prelium. Nam ad acquirendū et defendendum regnū tēporale in antiqua lege promissum necessarius erat gladius: expedicbat lancea et cetera arma sine quib⁹ ciuitates terrene ab inimicis acquiri vel defēdi non possunt. Jccirco dicitur iudicum. iij. he sunt gentes quas dominus dereliquit vt erudiret in illis israhelem et omnes qui non nouerunt bella chananeorū et postea discerent filij eorum certare cum hostibus et habere consuetudinem preliandi etc. Ex quib⁹ manifeste patet quod sicut prima lex expresse precipiebat regnum terrenum ita directe precipiebat temporale prelium. Sed lex euangelica ordinans populū ad acquirendū et possidendum regnum celorum ad que directe et per se non indigemus armis materialibus sed sanctitate et virtutibus propter quod secūda Cor. xij. dicimus arma militie nostre nō sunt carnalia quia tota colluctatio nostra in noua lege est aduersus rectores tenebrarum et contra spūalia nequicie in celestib⁹ vt habet ad ephe. vi. De his armis visum est supra li. i. consideratione prima. Est igitur sensus prophetie si debeat compleri in hac vita presenti quod tempore noue legis non erunt talia bella ex conditione legis sicut accidebat in lege antiqua sed solum idigemus vomere ad seminandum meritum in presenti vita et falce ad metēdum premiū in futura gloria: vel aliter sicut dicit ptissimus petrus vir alfonsi in suo dyalogo ti. ix. Ait enim quod non dixit prophetia predicta quid facture sint gentes enarrando sed quid precepturus sit xps ostēdendo: quemadmodum et alibi zacharias dicit de ipso. et loquetur inquit pacem gentibus. sicut enim hic de eo quod pacem precepturus sit dictum esse itelligimus ita et ibi. quā cum et ipse preceperit si completum non est nulla eius culpa fuit. Ad alia duo scilicet et pacis non erit finis et donec auferatur luna dico quod non debent exponi iste prophetie de pace temporali. sed illa que durauit illo tempore fuit signum pacis spiritualis. quia certum est quod cito post mortem christi sicut dictum est resurrexerunt bella in iudea iudeis adinuicem pugnantibus et iterum contra romanos rebellantibus sicut dicit iosephus in libro de iudaico bello propter quod ciuitas iherusalem et terra in circuitu fuit destructa. Exponitur ergo de pace quam āgeli damauerunt in xpi natiuitate dicentes. Gloria in excelsis deo. et in terra pax hominibus bone voluntatis. Hec pax consistit in tranquillitate conscientie que permanet in iustis omni tempore prouer. xij. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit: et sic permācbit in iustis vsque ad finem mundi cui succedit pax celestis que exuperat omnem sensum ad philip. iiij. et sic manet eternaliter ex pte finis sicut luna que est incorruptibilis. Pax ergo prophetata de messia est pax per angelum in sua natiuitate nunciata quam mundus dare nō potest quia mundus dat pacem suam cum mala voluntate. dat pacem in signo non in opere in ore non in corde. ps. Loquuntur pacē cum proximo suo. mala autem in cordibus eorum. et illam spiritualem pacem bone voluntatis per angelum nunciatam confirmauit ihūs christus verus messias in morte dicens. pacem relinquo vobis pacem meā do vobis non quomodo mundus dat ego do vobis Jo. xiiij.

Contendit iudeus probare quod iesus non est verus messias quia in eius aduentu non habitauit lupus cum agno.

Vndecimum argumentum iudeorum contra verum messiam sumit de textu ysa. c. xi. Egredietur virga de radice yesse. qui secundum omnes doctores loquitur de aduētu messie: qui d radice yesse egressurus erat. et sequitur. habitabit lupus cum agno et pardus cū hedo accubabit. vitulus et leo et ouis simul morabuntur et puer paruulus minabit eos. vitulus et vrsus pascentur simul et requiescent catuli eorum. et leo quasi bos comedet paleas. et delectabitur infās

ab vbere. super foramina aspidis et in cauer
na reguli: qui ablactatus fuerit manum suā
mittet. Super isto textu dicunt iudei ꝙ i ad
uentu messie animalia siluestria pacificabū
tur sic videlicet ꝙ pacifice viuent et habita-
bunt cum animalibus naturaliter mansue-
tis. et ꝙ animalia venenosa non nocebunt
hominibus nec pueris: immo ꝙ infātes se-
cure ludent cum eis: nihil horum dicunt iu-
dei impletum in tempore iesu nazareni ergo
non est messias. Ad istud argumentum di-
cendum ꝙ non est verum ꝙ animalia silue
stria tempore messie debent domesticari ta-
liter ꝙ pacifice viuant et habitent cum man
suetis et ꝙ venenosa non nocebunt et cetera
quia fm ꝙ dicit rabi salomon tempore mes
sie nec tempus nec animalia nec corpora ce-
lestia in suis naturis mutabuntur. Et ideo
dicendum ꝙ ille locutiones que sunt in illa
prophetia sunt methaphorice quia nominā
tur ibi homines nominibus animaliū. qd
enim prodesset talis confederatio si lup⁹ pa
cem non haberet nisi cum agno nec pardus
nisi cum hedo. nec leo nisi cum oue et vitulo
Inquietaret nanqꝫ lupus hedū et leo agnū
et pardus ouem. Ista ergo diuersa anima-
lia diuersas hominū conditiōes designāt
sic pbari potest ex scriptura veteris testamen
ti vt ipsi ceci suam cecitatem proprijs manu-
bus possint palpare. Dicitur enim Gen. xlix
beniamin lupus rapax et tamen iste lupus
vere erat homo. Et ibidem Dan. coluber in
via cerastes in semita: ysachar asinus fortis
ꝙ autem iste modus loquendi sit in dicto
capitulo. patet quia yesse patrem dauid vo-
cat radicem. Dauid vocat virgam. et messiā
vocat florem. et hoc patet per thargū transla
tionem chaldaicam. Item ysa. xvi. capi.
Emitte domine agnum dominatorem terre
Animal autem irrationale nō potest domi-
nari terre cum ex ordinatione diuina homo
presit animalibus vt dicitur. Genes. i. capi.
Item Genes. xlix. Catulus leonis iudas:
et Hieremias. iiij. Loquens propheta de na-
buchod. qui debebat destruere ciuitatē ihe
rusalem. Ait ascendet leo de cubili suo. ergo
omnia ista animalia diuersarum conditio-
num sunt homines. qui ad vnitatem legis
euangelice sunt vocati. non ꝙ lupus existēs
lupus maneat cum agno. sed ꝙ lupus in ec
clesia efficitur agnus. et tunc habitat lupus
cum agno. Nos sane per bestias illas que
rapina et carne viuunt: impios homines in
telligimus et raptores. per reliquas vero pe
cudes mansuetos et simplices et de illis ꝓ-
pheta dicit ꝙ christus eos habitare et pacē
habere preciperet. Et ꝙ ita intelligenda sit
illa prophetia. scilicet de hominibus patet
per prophetam reddentem causam istius cō
federationis. Ait enim immediate quia re-
pleta est terra sciencia domini. bestie autem
intellectu carentes: sciencie domini non sunt
capaces. ¶ Sed et in cōfusionem intelligen
tie modernorum in prophetia predicta dixe
runt doctores antiqui iudeorum: nullam in
ter tempus modernum et tempus christi fu-
turum esse distantiam nisi ꝙ in eius tempo
re captiuitatem omnium exibunt atqꝫ mise-
riam. hec Petrus alfonsi in suo dyalogo ti.
ix. Est ergo sensus in diebus messie habita
bit lupus cum agno. id est superbi cum hu-
milibus. Infideles cum fidelibus. Iudei
cum gentilibus. et venenosi gentiles qui vo
luerunt deuorare iudeos eis non nocebunt
et cetera. ¶ Que omnia impleta sunt tempo
re ihesu nazareni quando simul in vna fide
et cultu veri dei habitauerunt venenosi gen-
tiles cum humilibus iudeis. Et ad litteram
impletum est illud in euangelio christi quā
do christus ihesus dedit potestatem aposto
lis et discipulis virtutem calcandi super ser-
pentes Luce. x. et cetera. Et actuum. xxviij.
dicitur ꝙ paulus percussus a vipera in nul-
lo est lesus propter quod barbari admiran-
tes dixerunt ipsum esse deum. Sed quid est
quod dicitur in predicta auctoritate et puer
paruulus minabit eos. Dico ꝙ puer paruu
lus leonem et vrsum minat cum agno i do-
mo dei pastor. i. prelatus nobili et ignobili
potenti et impotenti. forti et debili imperat
puer ille dicitur non in sensu sed malicia par
uulus.

¶ Contendit iudeus pbare ꝙ ihūs non ē
ver⁹ messias qꝛ iudei nō sunt liberati a capti
uitate nec ad patriam reducti.

Duodecimum argumentum iudeo
rum. Accipitur ex textu Deutero.
xxx. vbi dicitur cū ergo venerit sup
te sermones isti bñdictō siue maledictō quā

ꝓposui in conspectu tuo et ductus penitudi
ne cordis tui in vniuersis gentibus in quas
dispsit te dominus de⁹ tuus et reuersus fue
ris ad eum et obedieris eius imperijs redu
cet te domin⁹ deus tuus de captiuitate tua
ac miserebit tui. et rursum congregabit te de
vniuersis populis in quos te ante dispserat
et si ad cardines celi fueris dissipatus inde
te trahet domin⁹ de⁹ tuus et introducet te in
terram quā possederūt patres tui et maioris
numeri te esse faciet ꝙ fuerunt patres tui.
Istud dicunt iudei non esse factū in tempo/
re ihū nazareni. q₂ nec liberati a captiuitate
sunt nec reducti ad patriā quā possedrūt pa
tres sui. et tamen istud debet fieri tēpe messie
ergo non est ipse messias promissus. Ad il/
lud argumentum est triplex responsio. Pria
est ꝙ hec oīa non debēt ipleri tēpore messie
absolute. sed cum conditione posita in textu
ibi. sed si fueris ductus penitudine cordis i/
mo cōtinue peccata peccatis sicut patres eo
rum et mala malis addunt. et ipsi concedūt
ꝙ ipsi sunt in pñti captiuitate propter pecca
ta que non emendant et de quibus non pe/
nitent gratis igitur sunt in ea. Secūda respō
sio est ꝙ illa ꝓphetia moysi impleta est in re
ductione captiuitatis babylonice quia quā
do ista ꝓphetia fuit dicta per moysen solum
fuerat populus in seruitute egyptiaca. Et iō
dicit textus rursum. i. iterū et simile habetur
ysa. xi. Addiciet domin⁹ secūdo manū suaʒ
ad possidendū residuū populi sui ꝙ possidē
tur ab assyrijs et non habetur ī tota sacra scri
ptura ꝙ tercio debeat dominus reducere ca
ptiuitatem iudeorum. sed solum secundo. et
secunda captiuitas fuit babylonica. Istō igi
tur impletum est in reductione captiuitatis
babylonice. ¶ Sed contra hoc fortiter argu
unt iudei per illud Ezech. xxxix. c. vbi dicit
ꝙ congregabit eos domin⁹ de nationib⁹ et
non relinquet queꝙ ex illis sed in ista reduc
tione babylonice multi remanserunt et ñ om
nes reuersi sunt igitur ꝓphetia non ē imple/
ta Dicēdū ꝙ immo ꝓphetia est impleta q₂
omnes reuersi sunt qui voluerunt reuerti. q₂
omnibus nullo dempto. Cyrus dedit licen
tiam vt p₃. ij paral. vlti. et primo esdre dedit
etiam eis munera multa et vasa templi que
tulerat nabuchodonosor de iherusalē et nul
lus derelictus est ibi q̄ voluerit reuerti. Illi
autem qui ibi remanserunt fuerūt ingrati di
uino beneficio. ¶ Tercia respōsio est ꝙ pōt
exponi ꝙ predicta cōgregatio facta est per
ihūm verū messiam spiritualiter qui congre
gauit iudeos et gentiles in vnum per fidem
et charitatem. sicut exponit. Johānes euan/
gelista. xi. ca. vbi. dicitur ꝙ ihesus moriturꝰ
erat pro gente non tm̄ ꝓ gente sed vt filios
dei qui dispersi erant congregaret in vnum.
Nullus autem ab hac congregatione expel/
litur qui velit intrare quia nulli claudit gre/
mium ecclesie. Judei autem hanc congrega
tionem non intelligunt sed volunt intellige
re ꝙ sicut corporaliter fuerunt per orbem di/
spersi. sicut corporaliter in terram promissio
nis quam possederunt patres eorum habēt
congregari. Vt ergo cecitas iudeorum exclu
datur. Notandū est sicut notat reuerendus
magister Paulus episcop⁹ burgeñ. in suo dy
alogo. distinctione. iiij. c. i. ij. et. iij. ꝙ cōgre/
gatio de qua loquitur propheta est dictō eq
uoca. qñꝙ enim significat congregationem
corporalem in aliquo loco. quādoꝙ vero si
gnificat congregationem. s. aiorū in aliquo
credibili seu opinabili vel desiderabili et hu
iusmodi. Sicut eni corpa in eodem loco po
sita dicuntur congregata localiter et adiuicē
remota dicūtur dispsa sic animi in eodē con
ceptu intellectus seu voluntatis existētes vni
ti dicuntur et a fortiori possunt dici congre/
gati. vnde auctoritas allegata ezech. potest
dupliciter intelligi. quia secundū quosdam
de congregatōne corporali intelligitur ꝙ fu
it impletum in reditu de captiuitate babylo
nica quando omnis populus israheliticꝰ q̄
voluerunt ascendere ad terram promissiōis
habuerunt vniuersalem licentiam seu pote/
statem hoc faciendi. sicut supradictum est. et
huic sententie consonat principium huius ꝓ
phetie pdicte ezech: In q̄ dñs dicit ꝓphetice
Nūc conuertā cōuersionē iacob etc. qd esset
māifeste falsū si hoc adhuc eēt futurū cū ab
illo tpe ī quo dictū fuit nunc ꝯuertā vsꝙ ad
istud tps trāsierūt plus ꝙ mille sexcēti anni
Sʒ q₂ tpe ezechi. qñ hoc fuit dictū p ꝓphetā
iā iminebat tps pdicte cōgregatōis. Jō dr ī
hac ꝓphetia nūc reducā captiuitatē etc. que
quidē ꝓphetie et plures alie similes vt illa
Ezechiel. xi. Congregabo vos de populis
et adunabo de terris ī quib⁹ dispsi estis et da
bo vobis humum israel: fuerunt implete
in reditu captiuitatis babylonice per con/

gregationē corporalē israhelitarū que tunc
fuit facta. Secundo vero intelligitur cōgre-
gatio in predicta auctoritate spūaliter ꝙ im
pletū fuit per ihm̄ xp̄m verum messiā sub
quo totus israel. s. fideles christi qui veri is-
rael dicantur non carnale sed spirituale ē cō-
gregatus seu vnitus in fide christi ſm quam
anime fidelium vniunt seu cōgregantur. nec
obstat ſm istos ꝙ dicitur nūc cōuentā. tum
quia non tm̄ distat tēpus in quo hec prophe
tia fuit dicta a tempore aduentus xp̄i sicut
pn̄s tempus vt est manifestū. tum quia re-
spectu diuine eternitatis tēpora omnia repu
tantur vt nunc. Ex quibus patet ꝙ ſm vtrā-
q3 predictarum expositionū prophetia pre-
dicta iam est impleta. Et si dicat iudeus nō
inuenitur in sacra scriptura congregatio spū-
alis sed vbicunq3 dicitur congregatio intelli
gitur corporū3 quare sequitur ꝙ predicta ex-
positio nullum habet in sacra scriptura fun-
damentum Respondetur ꝙ non est mirum
si iudeus non inuenit quia cecus est. nunq̄d
dicitur in ps. Cor eius congregauit iniqui-
tatem sibi. Constat enim ꝙ congregatō ini-
quitatum in corde fit per multarum cogitati
onum iniquarum aggregationem que non
est congregatio corporum sed conceptū cor
dis. Legitur enim. Ezech. xxxvij. ꝙ prophe
ta iussu diuino accepit duo ligna quorum su
per vnum scripsit tribui iude et socijs eius.
Et super aliud tribui effraym et socijs eius:
que quidem ligna de dei mandato vnū ad
alterum adiunxit per quam adiunctionē vt
ibi legitur figuratur a deo vnio israelis ad in
uicem sic ꝙ non diuiderentur in duas gētes
seu duo regna. Ex quo patet ꝙ per coniūcti
onem corporalem figurat coniūctio spūalis
in scriptura et per consequens cōiunctio spū
alis est potior seu dignior ꝙ̄ corporalis. Si
cut figuratum potius seu dignius ē ꝙ̄ figura.
Expositio auctoritatis ezechiel. de congre-
gatione spirituali qualis est facta per christū
est multum rationalis et dictis sacre scriptu
re consona. Nec est iterum instantia d supra
dicta auctoritate deutero. xxx. vbi agitur de
captiuitate iudeorum hodierna vt ipsi asse-
uerant. s. ꝙ sunt congreganda diuersis ptī-
bus terre in terram quam possederunt p̄res
eorum ex eo ꝙ dicitur in textu. si ad cardines
celi fueris dissipatus inde te cōgregabit do-
minus deus tuus et inde assummet te atq3
introducet in terram quam possederunt pa
tres tui et obtinebis eam. Ratō autem qua
re instantia predicta nullius est roboris. q̄a
sicut congregatio est dictio equiuoca vt dic-
tum est sic etiam terra. Dicit enim raby moy
sen de egypto ꝙ qui scripturas sacras recte i
telligere vult oportet ꝙ significationes dicti
onum equiuocarum discernat nunc autem
vt patet ex sacra scriptura iste terminus terra
corporea et sensibili in qua homies commu
niter habitant. quandoq3 vero pro spirituali
in qua sancti habitant de qua dicitur in ps.
Credo videre bona domini in terra viuenti
um. Unde si predicta auctoritas intelligatur
de hodierna captiuitate vt iudei exponunt
tunc congregatio de qua loquitur intelligen
da est spiritualis. Similiter et terra conten-
ta in illa auctoritate intelligenda est non ter
ra in qua habitauerunt patres corporaliter
pro certo tempore et postea mortui sunt:
Sed terra viuentium in qua quicunq3 reuer-
sus fuerit ad deum per veram penitentiam
que fidem et charitatem presupponit intro-
ducitur et eternaliter manet. ¶ Sed dicet ite
rum iudeus si terra aliquando intelligatur
in scripturis pro eterna mansione hoc est cū
additione huius termini viuentium et hu-
iusmodi. ¶ Sed terra simpliciter sumpta
non accipitur in scripturis nisi pro hac terra
sensibili. ¶ Respondetur video ꝙ cecus fa-
ctus ne mirum si non videt scripturam sacrā
in qua sine aliqua additione terra aliquan
do accipitur pro terra spirituali habitata p
sanctos. Dicitur enim in ps. ¶ Iusti autem
hereditabūt terram et habitabunt in seculū
seculi super eam. Constat autem ꝙ nulla ē
terra sensibilis in qua iusti in seculum seculi
habitant cum omnes iusti in hac vita existē
tes sint mortales. ¶ Et sic patet ꝙ terra de
qua loquitur psal. non est ista terra sensibi-
lis in qua habitamus mortales homines
temporaliter sed illa terra celestis in qua iu-
sti habitant in seculum seculi scilicet eternali
ter. ¶ Et ista est proprie terra viuentium et
sic patet ꝙ vocat psalmus simpliciter sine
adiectione illam terram celestem quam san
cti habitant quam quidem significationem
doctores iudeorum sentiunt. ¶ Unde su-
per illud Isa. lx. capi. ¶ Populus autem
tuus omnes iusti imperpetuum heredita-
bunt terram. ¶ Dicunt in libro can-

hedrin celech: omnis israelita habet sortem in seculo futuro. scriptum est eni populus tuus omnes iusti i perpetuu hereditabut terra hec illi. qua auctoritate tenet oes posteriores moderni iudeoru sine ptradictione. Ex quo p3 q terra in verbis ysa. simpliciter dicta. s. cum dicat hereditabunt terram accipitur pro terra illa celesti et eode modo intelligendu3 est in auctoritate deutro. xxx. per iudeos allegata. Patz ergo falsam ee opinione iudeoru scz q sunt congregadi corporaliter ab hac captiuitate in qua sunt vndecunq sint et reducendi ad terra illa sensibilem qua possederunt patres eorum et q predicta prophetia ipleta e p xpm in congregatione spuali et terra viuentium.

¶ Contendit iudeus pbare q ihus non e verus messias quia non cogregauit iudeos in iherusalem.

Terciudecimu argumentu iudeor e. licet terra possit intelligi celestis vt i precedenti solutione dictum est non tamen videtur quod possit intelligi q congregatio iudeoru non sit fienda a captiuitate qua sunt ad ciuitatem iherusale reuocandi cu3 d hoc expresse. sit auctoritas hiere. iij. c. In tempore illo vocabunt ihrl'm soliu domini et congregabutur ad ea omnes gentes in nomine domini in iherusalem: cu ergo hec cogregatio non sit facta expectatur ergo fieda p messiam futuru. Respondet predictus magister Paulus libro eodem et di. iij. c. q hec dictio iherusale est equiuoca sicut iste terminus terra saltem a consilio. vnde sup illud. ps. cxxi. Hierusale que edificatur vt ciuitas cuius participatio eius in idipsum doctores iudeoru tradut q iherusale inferior dirigat ad iherusalem superiore. Hec ille. Ex quo patet manifeste q intelligat illud quod dicitur i ps. Hierusale que edificatur vt ciuitas pro inferiori iherusale. et illud quod sequitur vt ciuitas cuius participatio eius in idipsum. pro iherusalem superiori que quide expositio est satis congrua quia illa inferior iherusale ad illa superiore ordinatur seu dirigitur. patet igitur ex dictis doctoru hebreorum q iherusalem quandoq accipiatur in sacra scriptura pro illa celesti. et sic debet intelligi in predicta auctoritate hiere. allegata i qua dicit q congregabuntur ad iherusale omnes getes in nomine domini. Sciendu etiam q secundum doctores iudeorum non soliu beatitudo celestis vocatur iherusale in scripturis. s3 etiam mons dei et locus sanctus dei. et sanctuarium et atria domini et teplu domini et huiusmodi, et ideo cum dicitur quis ascedet in monte domini aut quis stabit in loco sancto eius. Et alibi concupiuit anima mea in atria domini et multa similia intelligi dbet secundum doctores iudeorum de celesti beatitudine. Inter quos principalis est Rabi moyses egyptius qui de hoc tractauit in suo deutero. in titu. de penitentia. capi. viij. De quo in pticula. vij. loquens de premio eterno. dicit hoc est premiu quo nullu superius et hoc e bonu post quod nullu aliud bonu3 et hoc desiderauerut omnes prophete. quod bonum multis etia vocauerut nominibus. vt mons dei et locus sanctus eius. et locus sanctuarij et via sancta. atria domini et porta domini. hec ille.

¶ Contendit iudeus pbare q ihus non e verus messias quia in eius aduentu no edificauit templum domino.

Quartudecimu argumetum iudeoru accipitur ex illo quod habet3 zacharie. vi. Ecce vir oriens nomen eius: sequit. et ipse edificabit teplu dno. et et habetur ezechielis vltimo q ihrl'm et teplu debet reedificari tepore messie: et fm mensuras que ibi ponutur: spaciu erit vltra decem milia leucaru. Ista inquiut non sunt ipleta tpe ihu nazareni. imo teplu et iherusale pp ter eius morte fuerunt destructa vt dicit rabi moyses de egypto in libro sophtyn libro de iudicibus titulo de regibus et bellis eorum ca. xi. Dicit eni ibide ihus nazaren' imaginatus est se ee messia et fuit interfect' p iudiciu et infra voles coduore eu no ee messia. Aut sicnam omnes pphete locuti sunt q messias est redeptor israel et congregator eorum et iste dedit occasione ad pdedu israel gladio et dispergedu reliquias eoru et ad supprime dos eos ergo no est ipse messias. Ad istud

argumētum dicendum ꝙ secūdū nos et iudeos duplex est tēplū et duplex iherusalem scȝ tēplū materiale et spirituale. hierusalem alta et iherusalē bassa pro quo est auctoritas Gen. xxviij. de iacob qui vidit scalam et angelos ascendentes et descendētes et dixit. ꝙ terribilis est locus iste Nō est hic aliud nisi domus dei etc. vbi glosa hebraica dicit ꝙ iacob vidit iherusalē et domum dei edificandam in terris et in celis. et dixit non est hic aliud nisi domus dei et porta celi. i. domꝰ edificanda in terris nihil est comparatione illiꝰ domus et iherusalem que debet edificari in celis et per hoc est magna glosa in bresich raba que habet ꝙ moyses anteꝙ moreretur ductus est in celū et vidit ibi messiam edificantem iherusalem in celis ex margaritis et lapidibus preciosis. et dixit sibi messias ꝙ iacob pater eius vtranꝗ iherusalem viderat et dixit ꝙ nihil erat illa iherusalē que edificanda erat in terris in comparatione illius que in celis quia illa erat duratura pro israel imperpetuum et dixit tunc moyses Letatus sū in his que dicta sunt mihi in domū domini ibimus. Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis iherusalem. hierusalem que edificatur vt ciuitas cuius pticipatio eiꝰ in idipsuȝ. modo ad propositum ihesus nazarenus verus messias debuit edificare et edificauit tēpluȝ et iherusalem non materiale sed spirituale. s. ecclesiam et paradysum ex lapidibus viuis videlicet ex fidelibus. qui in presenti templo et hierusalem superiori compaginantꝰ ꝑ gratiam et in futuro per gloriam. et ꝙ nō debebat edificari templum materiale secundum intentionem iudeorum patet quia potest queri ab eisdem de quinꝗ. Primo quale in numero esset. Secundo quid contineret. Tercio ad quid seruiret. Quarto quis ibi ministraret. Quinto que dies illud solēnizarent. Ad primū respondet iudeus ꝙ erit in nūero tercium. Sed contra hoc est hiere. vij. c. Nolite confidere in verbis mendacij dicētes. tēpluȝ domini tēplū domini tēplū domini ē. quasi dicat tēpla materialia nō debēt esse nisi duo et q̄ dicit terciū tēplū materiale fiendū mendacium dicit. verba sunt domini exercituum dei israel: vt patet ibidē. Itē aggeꝰ ꝓpheta q̄ fuit tpe secūdi tēpli hoc idē dare exprimit in ca. ij. loquens de celeberrimo aduentu messie in eodē dicens. Adhuc vnum modicum est et ego cōmouebo celum et terram mare et aridam et mouebo omnes gentes et veniet desideratus cunctis gentibus et implebo domum istam gloria dicit dominus exercituū. sequitur. magna erit gloria domus istius nouissime plus ꝙ prime dicit dominus exercituum. hec domus nouissima fuit domus secunda que facta fuit per esdram in quam venit saluator noster quādo fuit oblatus et sepe in eadem predicando et miracula faciendo. et quia ipse in eam venit dicit propheta ꝙ debebat esse sua gloria maior quam illiꝰ prime quam fecit salomon licet fuit nobilis prima facta per Salomonem. quia non fuit in regibus maior Salomone. Et attende ꝙ dicitur in textu. domus istius nouissime demonstratiue signando nouissimam domum et non dicit nouissime absolute. sicut cogitat iudeus ꝙ debeat fieri altera domus vt predictum est: quia si talis debuisset fieri dixisset propheta domus nouissime. ¶ Sed quia illa erat domus in quam debebat venire sicut venit de facto. messias dixit huiusmodi. vt de facto daretur intelligi ꝙ in istam debebat venire et non in alteram. ¶ Nunc autem probatur ꝙ illa maioritas fuit quia venit in ea saluator. legimus in primo libro Esdre capitulo tercio. ꝙ quando finitum ē opus domus secunde plurimi etiam de sacerdotibus et leuitis et principes patrum: et seniores qui remanserant in illis septuaginta annis qui transierunt de prima domo ad secundam lacrimabantur quia nihil videbatur domus secunda in comparatione ad primam. ¶ Sed iuuenes qui non viderant primam gaudebant in aspectu secunde ¶ In quo ergo erat maioritas glorie huius secunde domus nouissime nisi quia in eam venit saluator mundi. ¶ Sapientes iudeorum declarant ꝙ maioritas domus secunde fuit quia durauit per decem annos plus ꝙ prima. quia prima durauit per quatuorcenta et decem annos. et secunda per. cccc. et viginti annos videte qualis est gloria q̄ durauit decē ānis plus in illis decē vltimis ān destructionē iā non habebat glīam nec ꝓtātē q̄ per sex ānos anteꝙ destrueretur domus secunda. Tytus et vespasianꝰ mādauerūt ꝙ nō facerent sacrificia post aduentum

etiam saluatoris nostri qui fuit pauco tem/pore ante destructionē secūde domus secundum ꝙ ipse dixit. Luce.xix. ꝙ non remaneret in ea lapis super lapidem quotidie fuerunt de malo in peius. et que gloria erat ꝙ ipsa durauit decem ānis plus cum ipsi manerent captiui et subditi. Sunt alij sapiētes iudeorum qui declarauerunt ꝙ maioritas illa fuit quia fuit melius operata ꝙ̄ prima salomonis et ꝙ illam reparauit herodes.
Sed bene debemus intelligere ꝙ non attinxit herodes ad illud ad quod attinxit salomon vt faceret maiorē et meliorem domum Ceterum thalmuth ī libro qui vocat yoma dicit ꝙ quinq̄ qui fuerunt in prima domo non fuerunt in secunda. Primū archa testamenti. secūdum sembāmeforas ꝙ ponebāt sacerdotes super cor suum. quia mandauit lex in Exodo ꝙ cum alijs pānis sacerdotalibus faceret vnum aliū pannum qui in hebraico vocatur ospher qui esset quadrat⁹ et duplicatus et ꝙ esset quantitatis vni⁹ palmi in longum. et alterius palmi in latū iter duplicaturam huius pāni ponebat sacerdos sembammeforas scriptū in hoc panno. mandauit lex ꝙ ponerētur duodecim lapides preciosi in quattuor lineis de tribus in tres ita ꝙ tres essent directe in qualibet linea et mandauit ꝙ scriberentur nomina duodecim tribuū in illis lapidibus vnum nomen in quolibet lapide. et cum sacerdos pōebat super se hunc pānum volens scire si irent ad faciendum guerram vel si haberent victoriā et si irent que tribus haberet victoriam per virtutem illius sembammeforas statim relucebat lapis et splendebat nomen illius tribus per quam debebat habere victoriam et si non oportebat ire ad guerram splendebāt quedam littere que dicebant non. et si oportebat ire relucebant littere que dicebant sic. et istud non fuit in domo secunda. Tercium ꝙ non descendebat ignis de celo ad comburendum sacrificium sicut in prima. Quartū ꝙ gloria dei que apparebat ī prima domo in sancta sanctorum inter cherubin non videbatur in domo secunda. Quintum ꝙ in prima veniebat spiritussanctus ad loquendū cum prophetis et in secunda non. quia tres vltimi prophete. s. aggeus zacharias et malachias qui fuerunt in domo secunda erant senes et remanserant a tempore dom⁹ prie

et in malachiam cessauerunt ꝓphete qꝛ ipse fuit vltimus. nunc ad ꝓpositum redeamus ex quo in domo secunda deficiebant ista qn ꝙ in quo erat maioris glorie ꝙ̄ prima nisi quia debebat in ea venire messias filius dei viui qui incomparabiliter excedebat omnia predicta. Patet ergo manifeste ex hac ꝓphetia nullam aliam domum siue templū materiale fiendum cum domus illa secunda esset nouissima in qua venit xp̄s qui est vera gloria. ¶ Sed arguit vlterius iudeus si tu dicis ꝙ hec prophetia fuit impleta in domo secunda quando motum est celum et terra et mare et arida quia non videntur ista facta esse in aduentu ihesu nazareni ergo necesse est dare terciam domum quando ista implebūtur. Respondeo ꝙ immo omnia ista fuerūt impleta in aduentu ihesu nazareni veri messie. Dicit enim adhuc vnum modicum. id ē tempus breue respectu precedentis durationis mundi et ego mouebo celum. istud fuit impletum quando stella noua in natiuitate xp̄i apparuit. Math. ij. et terram et mare quod fuit impletum per victoriam romanorum in omni terra et in insulis maris. Et mouebo omnes gentes hoc fuit impletum imminēte christi natiuitate propter quod exijt edictum a cesare augusto vt describeretur vniuersus orbis redactus sub dominio romani imperatoris ꝓpter qđ ibant singuli in ciuitatē suā et tunc xp̄s fuit nat⁹. Luce. ij. Ipso ergo xp̄o adueniēte multitudo maris ad eū est conuersa celum. tellus et maria sunt commota. cōmota inq̄ sunt celi et terre et maris habitatores exultauerunt. et vndiq̄ terrarū iherusalem habitationes varias oblatiōes varias ad laudem ipsius christi attulerunt Ad secundum in quo querebatur si daretur tercium templū materiale quid contineret dicit iudeus ꝙ contineret archam. tabulas virgam et manna Sed contra hoc est Dieremie in capitulo. iij. non dicent vltra archa testamenti neq̄ ascendet super cor neq̄ recordabuntur illius nec visitabitur. nec fiet vltra. sꝫ in tempore illo vocabunt iherusalem soliū dn̄i et cōgregabūtur ad eū omnes gētes. vbi est glosa doctorū iudeorū ꝙ ꝑ tēpe ihrl'm sᵒ soliū dn̄i. iuda israel sāctuariū terra oīa hec vocabula significāt gl'iam paradisi Ad terciū si dareẗ terciū tēplū ad qđ seruiret dicūt iudei ꝙ seruiret ꝓ sacrificijs faciendis sicut

preterita domus. Sed contra hoc dicit de ysa vlti. Celū sedes mea terra scabellū pedū meorum que est ista dom⁹ quā edificabitis mihi et quis est iste locus quietis mee. Respondent iudei domino. domine ista tercia dom⁹ edificabitur tibi pro sacrificijs offerendis. sicut in ceteris domibus fuit factum vt respicias ꝓ peccatis nostris et parcas. et dicit dominus eis ad quē respiciā nisi ad pauperculū contritum spiritu et trementem sermões meos. Et exēplificat de sacrificijs antiquis. dicens qui imolat bouē. quasi qui interficit virum. qui mactat pecus quasi qui excerebrat canem qui offert oblationem quasi qui sanguinem suillum offerat. qui recordatur thuris quasi qui benedicat ydolo. quasi dicat ista sacrificia non mihi placent. cessare debēt et solū mihi placet quod tpe messie est fiendum. id est sacrificium cordis contriti et humiliati. etc. ¶ Ad quartum in quo queritur si daretur tercium templum quis ibi ministraret. Respondent iudei ꝙ ibi seruirent sacerdotes de leui. et de sadoch. Sed contra hoc est ysa. in. c. eodem vbi loquens de messia dicit. et declinauit super eā sicut flumen pacis. sequitur et mittet agentes in affricam et lidyam et ytaliam et grecyam etc. et faciet ex eis in sacerdotes et leuitas. dicit dominus quod impletum est in ihesu nazareno tempore apostolorum Sacerdotiū enim antiq legis figura fuit sacerdotij noue legis. et io presente sacerdotio noue legis cessare debet antiquum iuxta illō. i. Reg. ij. vbi sic ait deus. Nunquid nō aperte reuelat⁹ sum domui patris tui cū eēt in egypto et elegi eū ex oib⁹ tribub⁹ israel mihi in sacerdotē vt ascēderet in altare meū. sequitur. Ecce dies veniūt et precidā brachiū tuū et brachiū domus patris tui vt nō sit senex in domo pris tui. i. presbyter vel sacerdos et quasi in fine capituli ꝯcludit et suscitabo mihi sacerdotē fidelē qui iuxta cor meum et animam meam faciat. et edificabo ei⁹ domū fidelē et ābulabit corā christo meo cunctis diebus. vbi euidenter ostenditur ꝙ iudeorum sacerdotium erat finaliter cōsūmādū et erat aliud cōsurgendū cunctis diebus perduraturis coram xpo domino Juxta illud. ps. Tu es sacerdos ineternū secūdum ordinē melchisedech. Nec valet fuga infidelis iudei si vellet fugere ꝑ institutionē sadoch et expulsionem abyathar a sacerdotio. tercij Reg. ij. c. qz cū illa exclusione hāc etiam generalē intellexit ꝓpheta sicut apparet ex mō loquendi quia dixit ꝙ cunctis diebus certū est autem ꝙ cūctis diebus sadoch non ministrauit nec volo tacere ꝙ sequitur in eadem prophetia futurū est autem vt quicūꝙ remanserit in domo tua veniat vt oretur pro eo et offerat nummum argenteum et tortam panis dicatꝙ dimitte me obsecro ad vnam partem sacerdotalem vt comedam buccellā panis hec est text⁹ noster. littera vero hebraica sicut habui a quodam perito conuerso de iudaismo reuelante mihi hoc secretum hic habet sic. Ego suscitabo mihi sacerdotē fidelem sicut cor meum et voluntatem meā faciet et venient ad adorandum eum me in domo mea in calice argenti et in placentula panis et dicent coniunge me nunc vni istorum sacerdotum ad comedendum hanc placentulam panis. littera hebraica vbi nos habemus nummum argenteum habet agorath quesepb quod sonat in calice argenti. ¶ Ex quibus manifeste patet non solum mutatio sacerdotum sed etiam nouum sacrificium fiendi in calice argenti et torta panis que vt clare patet impleta sunt in aduentu christi et suorum sacerdotum de ista materia lau⁹ dicetur infra in. xxiiij. argumento ¶ Ad quintum scilicet si daretur tercium templum que dies illud solemnizaret. Respondet iudeus ꝙ dies magis solemnis in illo templo erit sabbatum. ¶ Sed contra hoc est Jsaias capitulo vbi supra erit mensis ex mense scilicet solaris ex lunari et sabbatum ex sabbato. quasi dicat dies dominicus ex sabbato ꝙ totum impletur in nostra iherusalem ecclesia militanti tempore veri messie non enim debebat manere festiuitas sabbati nec quecunꝙ alia iudeorum. Unde Jsa. i. ¶ Neomenia et sabbatum et festiuitates alias. non feram iniqui sunt cetus vestri kalendas vestras et solemnitates vestras odiuit anima mea facta sunt mihi molesta. ¶ Templum ergo et iherusalem quod debuit edificare tempore messie est spirituale scilicet ecclesia vel paradysus non materiale quod impletum est in ihesu nazareno: ¶ In confirmatione omnium predictorum scilicet ꝙ non sit dandum tercium templum sicut le-

gimus in chronicis īperatorū et sūmorū pō tificium. Julianus apostata odio fidei xpi/ ane pcepit iudeis vt templū suū reedifica/ rent. qui ex omnibus mūdi ptibus cōgrega ti opus facere inceperunt. sed qd cū magno labore et per multa tpa fecerant subito cor/ ruit terremotu. hec ibi. Iste iulianus suscita uit. xij. persecutionem xpianorū. Ite tempe martini pape primi. Humarus pnceps sar/ racenorū veniens iherusalē vbi olī fuit tem plū iudeorū quod per tytū destructū fuerat diligenter iubet inquiri loco vero reperto et diligenter mūdato cepit templum edificare et structura non stabat immo repente cinue bat. sciscitāsque qr hoc accideret per quos dam iudeos reperit q nisi crux dñi. que erat in mōte oliueti de medio tolleretur edificare non possit qd factū fuit sublata enim cruce domini structura tenuit et humarus supra se pulchrū domini vnā ecclesiam rotundā edi ficauit pro eo q machometus dominū no strum ihūm xpm tanq dei summū pphetaz non autē tan q deū adorari mandauit. Di/ cit enim in alchorano ihūm xpm verum fuis se pphetā natum de virgine conceptū de spi ritusancto sed non deū. et si queratur cur cru ce domini existente in monte oliueti structu ra illa non stabat. Ratio esse potuit qr non patiebatur deus ibi templum fieri blasphe/ mie preciosa domini cruce ibi existente i quo templo dum humarus sacrificaret a quodā persa interfectus est hec in collectura hysto/ rianum.

Contendit iudeus probare q ihūs nō ē verus messias. quia in eius aduentu non ē saluata iuda

responsione omnium dubiorum in ista materia: et ad omnia argumenta que fecit iudeus in libro quem composuit contra fidem xpianorum quem nominauit librum litis dei vbi declarat multa impossibilia esse in lege xpianorum et contra probationes prophetarum per ipsos inductas et hoc est quia ipse non distinguit inter omnia ista supradicta ex parte diuinitatis vel humanitatis. et arguit contra illa qui referuntur ad humanitatem ac si dicerentur de diuinitate. vt Esa. lij. Ecce intelliget seruus meus et loquitur de messia et dicit quomodo vocat eum deus seruum et cum xpiani dicunt ipsum esse equalem diuinitati. et sic in alijs multis textibus et glosis vel eisdem adherentibus. et isto modo processerunt illa que scripta sunt in libro illo. et sic videtur quod argumentantes respondentes non erant multum profundati in lege christi et moysi. et non est vera disputatio nec concordia inter christianum et iudeum nisi vterque sit sufficientissime literatus et in lege sua prouide profundatus aliter vtrique alterius dicta impossibilia viderentur. hec predictus doctor. Patet ergo quod si christo attribuimus esse in loco determinato quod conuenit corpori. non ei attribuimus vt deus. sed vt homo est. Licet deus vt deus non sit corporeus. ille tamen qui est deus et homo est corporeus non vt deus sed vt homo. Non est ergo impossibile christum qui verus deus est concedere eum esse corporeum et in loco determinato. cum talia ad ipsius humanitatem referantur vt satis late dictum est.

Impossibile est quod tota diuinitas staret in vtero marie. quia tunc totus mundus fuisset priuatus diuinitate.

Nonum Impossibile est. Uos xpiani dicitis quod maria concepit ihesum nazarenum qui erat deus. et sic habetis dicere de necessitate quod tempore nouem mensium sue conceptionis in eius ventre fuit tota diuinitas vel pars diuinitatis. Utrumque est impossibile quia si tota diuinitas in illis nouem mensibus fuit in eius ventre. sequitur quod totus mundus fuit priuatus diuinitate in illo tempore. et sic tunc non fuit qui moueret celum nec qui gubernaret mundum et ista est magna fatuitas dicere. illum quem totus mundus capere non potest concludi in vnius vtero virginis mulieralem. Si vero dicant xpiani quod in illis nouem mensibus vna pars diuinitatis fuit in ventre marie. et alia in celo. ergo xpiani non debent ipsum vocari deum sed partem dei. Respondetur sicut supra dictum est quod quando nos xpiani nominamus xpm cum illis que significant corporeitatem ista referuntur ad humanitatem quia non recipit mutationem ex parte diuinitatis nec aliquod accidens corporale et sic in diuinitate non est partitio quam dixisti. Item cum res simplex et spiritualis non comprehendatur loco non potest dici de eo quod determinat sibi locum. nec potest dici de deo intus nec extra quia iste sunt differentie loci. et deus nec est in loco nec sub differentia loci eo modo quo corpora sunt in loco et illa talis partitio non est nisi in corporibus. Res autem spiritualis infinita sicut non concludi potest loco. sic nec habet partem. nec inde potest sumi pars quia si inde acciperetur pars posset minui et augeri quia omnis pars est minor suo toto. et sic vna res infinita esset maior alia re infinita quod est impossibile secundum Aristotelem et alios philosophos. iij. phisicorum. Item ista ratio partitionis est pirecte contra iudeos sic arguentes. Unde habetur Exo. xxv. faciantque michi sanctuarium et habitabo in medio eorum. sed cum dei gloria sit per totum mundum diffusa. quomodo erat possibile deum esse inter duas tabulas sanctuarij. non enim est magis inconueniens esse in ventre vnius virginis quam inter duas tabulas sanctuarij. Item dixit textus Exodi. xxxiij. Cumque descendisset dominus per nubem stetit moyses coram eo quomodo determinato non poterat esse alibi. Item Exod. xx. c. In omni loco in quo fuerit memoria nominis mei veniam ad te benedicam tibi. Et si ipsius memoria esset apud mille homines quomodo esset possibile venire ad omnes mille in vno instanti in locis distinctis. quia si ad vnum veniret ad alterum venire non possit in eodem instanti. Et sic de necessitate isti iudei habent dicere istas partitiones non esse nisi in rebus corporalibus quia deus benedictus ex parte diuinitatis non determinat sibi locum vt dictum est et sic est textus. Hiere. xxiij. capitulo. Celum et terram ego impleo. Et vt dicit predictus magister

Johannes conversus libro de concordia legum: ti.li.c.xxvij. quod dixerunt sapientes super illo verbo Baruch.iij: O israel quam magna est domus dei et ingens locus possessionis eius magnus et non habet finem. excelsus et immensus quod dicit benedictus deus de loco suo et ipse est locus mundi et mundus non est locus suus. Item dicunt quod istud vocabulum sequina significat in hebraico presentiam dei et secundum chaldeum ubi dicitur apparuit deus dicitur apparuit sequina dei quod est in omni loco et quod non est ab eo locus vacuus. Item dixerunt quod si duo homines sunt laborantes in lege sequina est cum eis. Et sic xps in euangelio dicit ubi duo vel tres sunt congregati in nomine meo in medio horum sum. Et sic dicunt sapientes thalmud nimis deus diligebat israel quia revelat israeli in loco immundo et polluto ad redimendum eos. Et est simile de quodam sacerdote qui petebat panem sanctificatum et cecidit panis in cimiterio ubi ipse intrare non poterat secundum legem suam et dixit quid faciam quod polluetur corpus meum si intro pro illo pane cimiterium hoc non est conveniens. Et quod dimittam illum panem sanctificatum ibi non est etiam conveniens. Melius est corpus meum pollui una hora et postea redibo et mundificabor et non dimittam panem sanctificatum. Et scripsit alescandal nomine aristotilis: quod vera intelligentia operatrix est in omnibus corporibus licet sit per se separata. Et ostenditur per opera varia et distincta. et ipsa non recipit aliquam mutationem in se. Et sic dixerunt sapientes thalmud quod sicut deus replet mundum ita anima replet corpus. et anima apparet in membris distinctis corporis secundum diversitatem membrorum naturalium actionum et magis apparet in cerebro et in corde quam in ossibus et in carne. non tamen dicitur de anima proprio nem recipere. Et si iudei intelligere vellent ista spiritualia ut ipsa sunt non ponerent istas impossibilitates in lege christianorum. Et licet sint inter eos aliqui sapientes qui intelligere possent non possunt ad hoc ducere seipsos propter malam consuetudinem et rebellionem in qua a pueritia sunt nutriti. ut ait Aristo. in metaphisica sua in rebus assuefactis ex pravitate virtutis. Posito quod sit aliqua levitas que informat imaginationem a consuetudine non possunt relinquere a pueritia usitati. Supposito quod intelligant veritatem rei aliter se habere quanto magis iudei qui naturaliter est populus duricervicis et rebelles prout de eis dixit moyses Deutero.xxxi.c. Adhuc vivente me et egrediente vobiscum semper contentiose egistis contra dominum quanto magis cum mortuus fuero. hec ille. Et sic patet ad argumentum quod vere xps est deus et quod non fuit pars deitatis in ventre virginis et pars in celo. sed christus qui est totus deus fuit in illo utero virgineo. Determinatio vero loci refertur non ad deum sed ad corpus christi verum. nec ex hoc sequitur quod illo tempore non esset qui moveret celum et regeret mundum. cum ipse sit ubique inquantum deus. licet esset tunc in utero virginis non per motum localem descendens sed per novum effectum in virgine qui est coniunctio divine et humane nature sicut dictum fuit supra argumento.xxiiij. quinte considerationis huius tercij.

¶ Impossibile est quod in sacramento altaris est verum corpus christi cum locutus sit christus significative et non realiter dicens hoc est corpus meum.

Decimum Impossibile est circa sacramentum corporis et sanguinis xpi. Dicunt enim iudei. Vos xpiani dicitis in illo sacramento esse realiter corpus et sanguinem xpi hoc est impossibile. quia cum dixit vester xps demonstrato pane. hoc est corpus meum. significative locutus est et non realiter. ac si diceret. hoc est signum vel figura corporis mei secundum quem modum paulus dixit.i. Corinth.x. Petra autem erat christus.i. christi figura et patet clarissime quod ista fuerat intentio christi vestri. quia cum de sui corporis commestione et sanguinis potatione loqueretur ut discipulorum scandalum quod abortum fuerat sopiretur quasi seipsum exponens dicit. verba que locutus sum vobis spiritus et vita sunt. quasi ea que dixerat non ad litteram sed secundum spiritualem sensum intelligenda essent. Et cum christus dixit hoc est corpus meum tenens panem in manibus intellexit quod ille panis erat corpus suum in potentia propinqua. scilicet postquam comedisset illud quia tunc converteretur in corpus suum sive in carnem suam et similiter de vino. Et isto modo nos iudei facimus illa die azimorum quia accipimus panem azimum in memoriam illius temporis quando educti sunt patres nostri de terra egypti et non sunt permissi ibidem remanere pro tantis

tempus q possit panis fermentari qui pa-
scatus erat et dicimus iste est panis quem co
mederunt patres nostri. Sz ille panis pñs nõ
sit cũ fuerit pterit⁹ et sicut iste panis azimus
rememorat panẽ egypti et iste panis nõ ẽ il-
le sic iste panis de quo fit istud sacrificium i
altari. Dicere sufficeret xpianis q esset i me-
moriam illius panis xpi licet iste panis nõ
sit ille. Et quõ est impossibile q seruaretur
vnũ frustrum carnis ad sui memoriã. Man
dauit q fieret ille pãis et istud vinũ qui erat
caro sua et sanguis i potentia ppinqua ad
execũdum in actu sicut nos iudei facimus in
pascbate de azimo pane sicut dictum est. cuz
ergo xps vester in mẽsa accepit panẽ et cali-
cẽ et dedit discipulis sui. non mandauit eis
credere panẽ et vinum in corpus et sanguiez
suũ trãsmutari. Sed q quotienscũqz hoc fa
cerent in memoriã suã facerẽt. s. in memoriã
illius panis pteriti. et si sic vos xpiani intel-
ligeretis nullũ sequeretur ipossibile. Sed di
cere oppositũ sicut asseritis dicitis rem ipos
sibilẽ et cõtra mentẽ xpi vestri vt patuit. Rñ
det q traditio ecclesie catholice de hoc sacra
mento vera est. s. q in hoc sacramẽto est rea-
liter et non significatiue verũ corpus et ver⁹
sanguis xpi sicut declaratũ fuit supra. xxiiij
argumento considerationis quarte huius ter
cij. Sed qz argumẽtũ iudei videt fũdari sup
verbo dñi dicẽtis ad discipulos suos qui de
hac doctrina scandalizari videbãtur. verba
q̃ ego locut⁹ sum vobis spũs et vita sunt. di
co q p hoc non dedit intelligere. q vera ca-
ro sua in hoc sacramẽto mãducanda nõ tra
deret sicut putat iudeus. Sed qz non tradit
mãducãda carnaliter. vt. s. sicut alij cibi car-
nales i ppria specie dilacerata sumeret. sz qz
quodã spũali mõ sumitur pter cõsuetudinẽ
aliorũ ciborũ carnaliũ verba sunt sancti tho
me in summa ctra gentiles. c. lxviij. Item a
lij heretici similes iudeis pdictis voluerunt
dicere q ista locutio. hoc est corpus meũ: fu
it figuratiua. sicut illa Johis. xv: Ego sũ vi
tis vera. sed istud ẽ oĩno ctra intẽtõnẽ salua
toris: qz vt ait aug. in libro. lxxxiij. questiõz.
q̃stione. lxvij. solet circũstãtia scripturarum
illuminare scripturam. Nã ex pcedentib⁹ vel
ex sequẽtib⁹ põt colligi an loquatur figurati
ue an non. Unde cũ xps dicit ego sũ vitis ve
ra statim subiũxit et vos palmites. Sed con
stat q discipuli nõ erãt palmites naturales
sed tñ figuraliter. igitur loquebat figuratiue.
Sed cũ dicat Luce. xxi. hoc est corp⁹ meũ: sta
tim subiũxit quod p vobis tradetur. Sz ista
traditio nõ erat figuratiua sed realis et vera
igitur realiter et vere dictũ est. hoc est corpus
meũ. Ad illud autem quod iudeus allegat
de pane suo azimo etc. et q sic sufficeret xpi
anis q facerent in memoriã xpi sui. Respõ
det magr Johãnes cõuers⁹ in libro de cocor
dia legũ. ti. iij. c. iiij. dicens. Respõdebo tibi
iuxta illud Prouer. xxvi. c. rñde stulto iuxta
stulticiam suam ne sibi sapiens videatur.
Scias q si xpiani ponerent dubia in mira-
culis factis in lege sancti messie. sicut faciunt
sapientes iudeorum in miraculis factis i le
ge sua glosantes per nomia equiuoca et fal
se vt extorqueant sensum textus legis. bene
possent glosare xpiani subtilius et meli⁹.
Sed scias q oẽs xpiani sapientes et cõitas
simpliciũ credũt vniformiter miracula sue le
gis vt est rei veritas: et vt credit sancta mater
ecclia. et credũt in hoc mereri gloriã parady
si. iuxta illud Geñ. xv. Credidit abrahã deo
et reputatũ est ei ad iusticiã. Nam in hoc q
credunt simpliciter nihil hesitantes reputat
eis ad iusticiam. Sequitur. quilibet de lege
credere tenetur dicta prophete licet intelligat
non fieri posse naturali cursu. quia anima p
phete melius intelligit q anima alterius sa
pientis. et potius attingit et speculatur spũa
lia que sunt subtiliora naturalibus. et si sic ẽ
in alijs prophetis quorum anime intelligũt
singulariter et limitate quãtomagis credere
debemus miracula ihũ xpi qui intelligit in
finite omnia et pñtia et preterita et futura q̃
est vere et perfectus deus et perfectus homo
et sic credendo xpiani viuunt cum honore et
sperant cum deo gloriari perpetuo. hec ille.
Nõ est ergo simile de memoria panis azimi
iudeorum ad panem azimum liberationis
egypti. et de memoria huius altissimi sacra-
menti respectu passionis xpi. quia in illo pa
ne quem iudei manducant nullum est mira
culum. In hoc vero sacramento miraculose
virtute verborum verum corpus et sanguis
christi inuisibiliter cõtinetur sicut firmiter cre
dimus et fideliter confitemur.

Impossibile est quod corpus xpi sit in sacramento altaris per miraculū cū ad oculum nō apparet.

Undecimū Impossibile ē. Uos xpiani dicitis in sacramēto altaris esse corpus et sanguinē xpi p miraculū hoc pbo esse ipossibile qz si esset miraculū ad oculuz appareret sicut quando moyses cōuertit virgā in serpētē. qz illud factū fuit euidenter ad oculū lz nescirent homines qualiter factum fuerit. Sic etiā de archa testamenti oli fuerūt maxima miracula nō solū sensibilia sed etiā publica et toti populo patentia fiebant itātū quod de taliū miraculorum fama infideles terrebātur videntes ad oculū diuinā potentiā in reuerentiā arche sui federis relucentez sicut patet in diuisione aquarū iordanis populo israelitico p aridā trāseunte. et aqua ex vna pte intumescēte ad instar mōtis et ex altera vsqz ad mare mortuū fluente. donec sacerdotes cū archa alueū iordanis exiuerunt quo facto iordanis rediijt in cursum suū. Reges vero amorreorū et chananeorū audientes tāmagnū et publicū miraculū terrore diita confusi fuerant quod non remansit in eis spiritus que historia plene habetur Josue. iij. et. iiij. c. et sic de pluribus alijs miraculis cuidētissimis q̄ causa breuitatis obmitto enarrare. et tamen in illa archa nec continebatur deus realiter nec xps sed solū tabule lapidee pcepta decalogi continentes et vrna manne quā deus pceperat reseruari in testimonium generatōnibus futuris vt hētur Exo. xvi. Similiter et virga aaron que floruit ī domo leui vt habetur Nume. xvij. Si ergo per archā pdicta corpora inanimata tātūmodo portātem quātūcūqz sacra essent deus tam euidētia miracula et tādiuulgata et publica fecit ī ipsius reuerentiā. multo ergo fortius facere debuisset si verū esset quod in vestro sacramēto altaris verus deus seu xps realiter contineretur qui sup oīa in īfinitū asseruis quod ē colendus et venerādus. Cū ergo nihil tale ibidem ad oculū appareat. Sequitur quod ipossibile ē ibi miraculū eē cū hoc sit cōtra rōem miraculi.

Ad istud iudaicū ipossibile rn̄det magr paulus burgens eps in suo dyalogo distinctiōe iij. c. v. dicēs quod ad obstruēdū os loquentiū iniqua considerare debemus quod miracula diuina que cōtra cursum nature a deo instituta diuina virtute fiūt se habēt quātū ad eorū proximos fines in duplici differentia. Quedaz eorū sunt a deo ordinata ad fidei approbatiōnē sicut de primis signis seu miraculis q̄ de⁹ fecit p moysen corā populo facta sunt ad fidē in eis causandā seu ad pbandā. Unde Exo. iiij. cū dixisset et fecit signa. s. predicta corā populo sequitur statim credidit populus. Similiter ex diuisione maris rubri et de egyptiorum submersione visa per populum israeliticum secutum est quod credidit populus domino et moysi seruo eius. c. xiiij. et sic de q̄plurimis veteris testamenti miraculis q̄ a deo fuerunt ordinata vt fides eius in cordibus populi causaretur seu confirmaretur. Que quidez miracula oportuit esse manifesta communiter toti populo. vnde Deutero. vlti: commendatur moyses in signis et portantis qui diuina auctoritate fecit coraz vniuerso israel. Quedam vero sunt diuina miracula que non ad fidem causandaz seu corroborandam a deo facta sunt. sed potius vt credendo talia miracula que occulta sunt et omnino abscondita fideles mereantur. vnde et huiusmodi miracula non disposuit deus manifesta eē per sensum seu per naturalem cognitionem sed occultat vt eorum fides meritoria eēt. Que quidē miracula. s. occulta et abscōdita pcipue fuerūt ī nouo testamēto. ī cuius tpe fides credētiū cōiter validior fuit vt ē miraculū virginei ptus et dnīce resurrectionis. Que quidē miracula per fidem solu proprie cognoscuntur et eorum occultatō a quacunqz nostra cognitione naturali nostrū meritum efficit vel auget. Unde de resurrectione domini legitur Johannis. xx. capi. Beati qui non viderunt et crediderunt. Et de isto modo miraculorum scilicet occultorum tenendum est esse sacramentum altaris non enim hoc sacramentum fuit institutum ad hoc vt sacramento viso populus crederet sed vt credendo veritatem huius sacramenti merito proficeret. Unde Augusti. de hoc sacramento dicit. Crede et manducasti Et ideo quanta miracula in hoc sacramento contenta. que maxima sunt occultiora sunt et nec ab intus vel ab extra visibiliter circa ipsum sacramentum vlla miracula apparent

tm̄ in nobis auget meritū. Unde nullū icōueniens sequitur nec admiratione dignum ex hoc ꝙ publica seu visibilia miracula non fiunt cōmūiter circa hoc sacramētū. sicut olī cōsueuerūt fieri circa archam testamenti dei put allegat iudeus q2 ibi miracula ordinabantur ad fideliū fidē cōfirmandā seu causandam vt dictum est. et quandoqꝫ ad incutiendū infidelibus terrorem. Hic autem quiescunt miracula ad meritū credentiū augendū quod quidē meritū euacuaretur vel saltem diminueretur si talia signa visibilia apparerent. hec ille. Sanctus thomas vero dicit in summa cōtra gentiles libro. iiij. c. lxiij. ꝙ rō pōt assignari quare corpus xp̄i occultatur accidentibus in sacramento q̄tū ad fidem que est de inuisibilibus et eius meritū qd̄ circa hoc sacramētū tātomaius est quāto inuisibili' agitur corpore xp̄i sub panis accidētibus occultato et ꝓpter cōmodiorem et honestiorem vsum huius sacramēti. esset eī horrori sumentibus et abbominationi vidētibus. s. si corpus xp̄i. in sua specie a fidelib' sumeretur. vnde sub specie panis et vini quibus cōmunius vtūtur homines ad esum et potum corpus xp̄i proponitur manducandum et sanguis potandus. nec etiam est negādū quin aliqn̄ in sacramēto altaris appareat forma pueri. vel caro vel sanguis q̄ sunt signa visibilia. sicut in nōnullis hystorialib' antiquis libris legitur. Sed talia non dicūt facta fuisse sic cōiter et publice sicut miracula allegata et miracula que fecit xp̄s tempore quo p̄dicabat et miracula que fecerūt apostoli et alij sancti in primitiua ecclesia. Et iō talia miracula que sic aliquando accidūt circa sacramentum non videntur apud ecclesiā vniuersalem solennizari. sed forte priuatum ī aliquibus particularibus ecclesijs. quia nō fiunt nisi raro quo ad certas personas quibus de' qui vniuersas mentiū cognitiones intelligit singulari modo singulis ꝓuidet secūdū dictamē diuine sapientie. a quibus n̄ est trahenda consequentia in vniuersali. Un̄ dicit magister iohannes conuersus in libro de concordia legum. ti. iij. c. iiij. sepe diuina gratia apparuit ad oculu3 multorum hominum et mulierum quoniam respiciendo in illam hostiam consecratam. alique persone viderunt ocularitur vnum puerulum pulcerrimum vltra modum. et auus meus qui erat

Nunc? Sartorio huius codicis vidit ynum pulcherrimum puerum in hostia.

valde litteratus in lege dixit mihi. ꝙ in domo fratrum minorum in valle oleti cum respiceret a casu illam hostiam consecratam vidit vt predicitur illum puerum pulcerrimum vltra modum. et hoc fuit illis temporib' publicatum nimium et famosum. et idem accidit vxori mee et interrogauit alias mulieres si hoc videbant Responderunt non: et prona cecidit in terra viribus destituta prout legitur de manue Iudi. xiij. cap. Morte moriemur quia vidimus dominum. et est quasi simile de sole qui licet luceat super mundu3 debilitat tamen visum. hec ille. Ut communiter igitur in hoc admirabili sacramento n̄ videtur miraculum. sed vt dicit beatus Gre. in omelia paschali. Aliud est quod cernitur et aliud quod creditur. illud quod cernitur ē species panis in hostia et species vini in calice. Sed id quod creditur est veritas carnis et sanguinis christi. Item isti iudei incidunt in errorem illorum qui nihil credunt nisi qd̄ vident. Si ergo non fuisti rome non credas quod est in mundo roma. et si non vidisti cete non credas ꝙ in mari est talis piscis magnus. et si nescis loqui grece non credas ꝙ est in mundo grecia. et si non vidisti embrionem in ventre matris quousqꝫ natus fuit n̄ credas ꝙ fuit in ventre matris. Et quia tu non vidisti animam intrantem nec exeuntē in corpore humano non credas ꝙ homo habeat animam. Nunq̄ vidisti aerem non credas esse aerem. Nunq̄ vidisti vocem ergo non credas ꝙ est vox. que omnia quante nō dico solum erroris sed q̄ magne fatuitatis sunt manifestum est. licet ergo non videam' ad oculum verum corpus christi sed accidētia illa sub quibus latet non debemus negare ibi veraciter esse presertim miraculose vt dictum est.

Impossibile est ꝙ corpus christi incipiat esse in altari q2 nec ꝑ motū localem nec per conuersationem alterius in ipsum.



Duodecimum Impossibile est: Uos xp̄iani asseritis ꝙ verū corp' xp̄i esse incipiat in altari hoc vi

detur impossibile quia aliquid incipit esse vbi pri⁹ nõ fuit dupl'r vel p motũ localem vel per conuersionem alterius in ipm. vt pater in igne q̃ alicubi esse incipit vel quia ibi de nouo accendit vel quia ibi de nouo apporatatur. ¶ Manifestum est autem verum corpus xpi non semp in hoc altari fuisse quia vos xpiani asseritis xpm in suo corpore ascendisse in celum. videtur etiã impossibile dici. quod aliquid hic de nouo conuertatur in corpus xpi. quia nihil videtur conuerti in preexistens. cum id in quod aliud conuertitur p hmõi conuersionem esse incipiat. Manifestum est aũt corpus xpi preextitisse vtputa in vtero marie conceptum. non igitur videt esse possibile quod in altari de nouo esse incipiat p conuersionem alterius in ipm. similiter nec p mutatiõem loci. quia omne quod localiter mouetur sic incipit eẽ in vno loco q̃ desinit esse in alio in quo prius fuit. oportebat ergo dicere q̃ cũ xps incipit esse ĩ hoc altari in quo sacramentũ pagitur desinat eẽ in celo quo ascendendo puenerat. Amplius nullus motus localis terminatur simul ad duo loca. Manifestũ est autẽ hoc sacramentum simul in diuersis altaribus celebrari. ergo impossibile est q̃ per motũ localẽ corpus xpi ibi esse incipiat. Respondet sanctus Thomas in summa cõtra gentiles libro. iiij ca. lxiij. dicens q̃ licet diuina virtus sublimius et secretius in hoc sacramento operet̃ q̃ ab homine perquiri possit. ne tamen doctrina eccl'ie circa hoc sacramẽtũ ab ĩfidelib⁹ impossibilis videat̃ conãdũ est ad hoc vt omĩs ĩpossibilitas excludat̃. Cõsiderare ergo opꝫ p quẽ modũ verũ xpi corp⁹ eẽ sub hoc sacramẽto ĩcipiat. Impossibile ẽ aũt q̃ hoc fiat p motũ localẽ corpis xpi. tũ qꝛ sequeret̃ q̃ ĩ celo eẽ desineret qñcũq; agit̃ hoc sacramẽtũ tũ qꝛ nõ posset simul hoc sacramẽtũ agi nisi in vno loco cũ vn⁹ motus localis nõ nisi ad vnũ terminũ terminatur. tum etiam qꝛ mot⁹ localis instantaneus eẽ nõ põt sed tẽpe indiget. cõsecratio aũt perficiatur in vltimo instãti platõis verborũ. Relinq̃t̃ ergo dicẽdũ q̃ verũ corp⁹ xpi eẽ ĩcipiat in hoc sacramento. p hoc q̃ substãtia panis cõuerti ĩ substãtiã corpis xpi. et substãtia vini ĩ substãtiã sanguinis ei⁹. lꝫ hoc sit bñdictuꝫ et p hoc possit satisfieri iudeo et cuilibet infideli nõ pteruenieti. Aliter tñ pp̃ter instãtias q̃ fieri possit motu locali dicẽdũ est fm scotũ in. iiij. dist. viij. q. i. et sequitur eũ franciscus de maronis in suo. iiij. distin. viij. q. i. q̃ necessario est ibi aliqua mutatio localis qꝛ impossibile est q̃ fiat transitus de cõtradictoꝛio ĩ cõtradictoꝛium sine aliqua mutatione facta in aliquo extremoꝛũ. sed hic corp⁹ xpi transit de nõ presente ad eẽ pñs ergo necessario est ibi aliqua mutatio. dicũt ergo isti doctores q̃ ibi ẽ aliqua mutatõ qua corp⁹ xpi accipit respectum presentialitatis ad locũ hostie facta transubstatiatione. Ad cuius euidẽtiã notat doctor subtilis ibidẽ q̃ qñ corp⁹ mouet̃ localiter et expellit aliud sunt quatuor mutatões et octo termini. et illarũ mutationũ due sunt deperditiue. et due acq̃sitiue. sicut cũ nauis mouetur de loco ad locũ aliquod corp⁹ expellit et illud expulsum habet quatuor terminos. qꝛ amittit vnũ vbi et priuationẽ eius acquirit. et a priuatione alterius vadit ad ipsum. Sꝫ si corp⁹ moueret̃ de loco et aliud nõ expelleret essent in eo due mutationes et quattuor termini. vñ eẽt ibi vna deperditiua prioris vbi et alia acq̃sitiua noui vbi. sicut quãdo aqua frigida fit calida. et de frigido fit nõ frigiduꝫ et de nõ calido fit calidũ. Sed si corp⁹ nõ motum de loco suo acquireret nouũ vbi et respectũ extrinsecũ aduenientem ad aliud corpus tunc esset in eo vna mutatõ acquisitiua a priuatione illius vbi ad habitationem. et talis mutatio est in corpe xpi d̃ nouo hic existẽte necessario. qꝛ sicut dictũ est impossibile est fieri transitũ de contradictoꝛio ad contradictoꝛium sine aliqua mutatione. Et nota q̃ simplex presentia corporis christi proprie non ẽ vbi cum non sit hic localiter. sed sacramentaliter: sed reducetur ad genus vbi. Tunc ad propositum corpus christi in celo habet priuationem istius vbi in altari. Et ita non est ibi mutatio deꝑditiua sed acq̃sitiua. qꝛ solũ est acquisitio presentialitatis quam non habebat. Sic ergo christus sine deperditione vbi prioris in celo acquirit nouum vbi in altari. Resoluendo ergo hanc materiam dico q̃ motus siue motio localis est duplex. quedam deperditiua et quedam acquisitiua. sicut quando quis mouetur de vno loco ad alium aliquid deperditur et aliquid acquirit̃. talis. n. primo ordine nature moue-

tur ab habitu in priuationem. puta ab vbi qd prius habebat ad vbi qd prius non habebat et hec mutatio dicitur deperditiua termini a quo et dicitur acquisitiua termini ad quem. Nūc autē hee due mutationes licet cōcurrāt simul in omni motu locali cōtinuo tamē distincte sunt et vna pōt absolui ab alia sicut acquisitiua a deperditiua. sicq aliquid acquirat nouū locū nō dimittēdo priorē. et sic est in proposito. qr sicut dictū ē corpus xpi absq hoc q dimittat ppriū vbi qd habet in celo acquirit nouū vbi in sacramēto: Et ideo est hic mutatio localis nō deperditiua sed acquisitiua. et sic pz responsio ad primū pūctū de motu locali. qr corpus xpi incipit ibi eē p motum siue per mutationem localem non deperditiuā sed acquisitiuam. et sic nō opter q dimittat primū vbi cū acquirit secundum. Nec etiam est cēsendū q cū corpus xpi incipit esse in altari q accipiat eē simpliciter sed accipit eē sacramentale quod eē sm pdictos doctores nihil aliud ē q ordo corporis christi ad substātiā panis quē ordinem habet vbicūq fit trāsubstantiatio. Ad alterū vero punctū sc3 si est ibi corpus xpi per cōuersionem alterius in ipsum hoc cōcesso nullū sequitur impossibile. Et cū arguis q imo sequitur impossibile qr impossibile est q aliquid cōuertatur in preexistēs. Rñdetur q falsum est qr in nutrimento naturali videm oppositū. quia ibi cibus cōuertitur in cibatū pexistens suppositū. Et iō nō debet mirari iudeus si in proposito virtute diuina fiat ɔuersio in pexistēs quod vt planius videatur notat sanct Tho. i summa contra gentiles quo supra q pdicta conuersio panis in corpus xpi alteri modi est ab oib conuersionibus naturalibus: Nā in qualibet cōuersione naturali manet subiectum in quo succedūt sibi diuerse forme vel accidentales sicut cū albū in nigrum cōuertitur vel substātiales. sicut cū aer i ignē vnde conuersiones formales nominātur s3 in conuersione pdicta subiectū transit in subiectū et accidentia manent. vnde hec conuersio substantialis vocatur. q autem subiectū cōuertitur in subiectū natura facere non pōt omnis enim nature operatio materiam presupponit p quam et substātia indiuiduatur. vnde natura facere non potest q hec substātia fiet illa sicut q hic digitus fiat ille digit Sed materia subiecta est virtuti diuine cū p

ipsum producatur in esse. vnde diuina virtute fieri pōt vt hec indiuidua substantiam in illā pexistentē conuertat. sicut enim virtute naturalis agentis cuius operatio se extēdit tm ad immutationē forme et existentia subiecti supposita hoc totū in illud totum conuertitur secundum variationem speciei et forme vtpote hunc aerem in hunc ignem generatum. ita virtute diuina que materiam nō presupponit sed eam producit et tamen hec materia conuertitur in illam et per consequēs hoc indiuiduum in illud. Indiuiduationis enim principium materia est. sicut forma est principium speciei: ¶ Hinc autem manifestum est q in conuersione predicta panis in corpus christi non est aliquod subiectu3 cōmune permanens post conuersionem cum transmutatio fiat secundum primum subiectum quod est indiuiduationis principium necesse est tamen idem manere vt verum sit quod dicitur hoc est corpus meum. Que quidem verba sunt huius conuersionis significatiua et factiua. et quia substantia panis nō manet nec aliqua prior materia vt ostensu3 est. necesse est dicere q maneat id quod est pter substantiam panis. huiusmodi autem est accidens panis. remanent igitur accidentia panis etiam post conuersionem predictam. ¶ Inter accidentia vero quidam ordo considerandus est. Nam inter omnia accidētia propinquius inheret substātie quantitas dimensiua. deinde qualitates in substantia recipiuntur quantitate mediante sicut color mediante superficie. vnde et per diuisionem quantitatis per accidens diuiduntur. Alterius aūt qualitates sunt actionū et passionum principia et relationū quarūdā vt sūt pr et filius dñs et seru et alia hmōi. Quedā vero relatōes imediate ad quātitatē cōsequūtur. vt mai et min duplū et dimidiū et similia. sic igit accidētia panis post cōuersionem predictā remanere ponēdū ē vt sola quātitas dimēsiua sine subiecto subsistat et in ipa qualitates fundēt sicut i subiecto et p ɔñs actiones passiōes et relatōes. Accidit igit in hac ɔuersiōe cōtrariu3 et quod in naturalibus cōuersionibus accidere solet in quibus substātia manet vt mutationis subiectum. Accidentia vero variantur. hic autem econuerso accidēs manet et substātia trāsit. Hmōi enī ɔuersio nō pōt dici motus pprie sicut a na

turali cōsideratur vt subiectum requirit. sed
est quedam subita et successio sicut in creatōe
est successio eē et nō eē. Hec igitur est vna rō
quare accidens panis remanere optet vt in
ueniatur aliqd manēs in predicta cōuersiōe
Est autē et ppter aliud necessariū si eni sub/
stantia panis in corpus xpi conuerteref et
panis accidentia trāsirent non sequeretur q
corpus xpi fm suā substantiā eēt vbi prius
fuit panis qr nulla relinqueretur habitudo
corpis xpi ad locū pdictū. Sed cū quātita/
tis panis dimēsiua remanet post cōuersio/
nē per quā panis huc locū sortiebaf substā
tia panis in corpus xpi mutata fit sub quā
titate dimēsiua panis et p cōsequēs locū pa
nis quodāmodo sortitur mediantibus tamē
dimēsionibus panis. hec thomas. Ptz er/
go q nō est ipossibile diuine virtuti panem
trāsubstātiari in pexistens corp9 xpi. nec ha/
bet mutatio similitudinē in naturalib9 mu/
tationib9 sed ē alterationi quasi cōtraria. qa
vna substātia hic mutaf in aliā et manent
accidentia. Sed in alteratione est ecōuerso
qr ibi mutantur accidentia et manet eadem
substantia. vt ptz in corporalib9 quādo d al
ho fit nigrū et in spūalib9 qn de iusto fit im/
pius vel de ignorante fit sciens. vt ergo tu iu
dee de iniusto efficiaris pius. de ignorante
sciens. crede verū corpus xpi in opere eē i al
tari nō simplr sed sacramētaliter. crede q cū
acqrit vbi sacramentale nō relinquit vbi ce/
leste. Crede sine mutatione locali depditis
pñs fieri in altari. et crede substantiam pa/
nis in verū xpi preexistens trāsubstantiari.
crede a deo omnia possibilia fieri. Inquit
Aug. et nihil tibi videbitur ipossibile. vnde
et dicif Luc. i. Non erit impossibile apud d
um omne verbum.

Qd corpus xpi sit integrum et q caro et
sanguis manent in locis separatis sub speci
ebus panis et vini.

Tercium decimū impossibile est. Vos
xpiani dicitis q xps vester est inte
ger sub speciebus panis et vini in sacramēto
hoc pbo ipossibile qr nūq ptes alicui9 i di/
uersis locis cōtinēf ipo integro pmanēte.
Manifestū ē aūt in hoc sacramēto seorsū eē
panē et vinū i locis sepatis. Si igif caro xpi
sit sub specie panis et sanguis sub specie vi/
ni. videf sequi q xps nō remaneat integer sz
semper cū hoc sacramētū agitur eius sāguis
ab eius corpe separef. Ad istud argumentū
ptz solutio ex his q dicta sunt in pcedēti so/
lutione dictū est autē q locus in quo agitur
hoc sacramentū attribuif corpi xpi ratiōe di
mensionū panis remanētiū post cōuersiōez
substātie panis in corp9 xpi. Secundū hoc
igitur ea que xpi sunt necesse ē esse in loco p/
dicto fm q exigit rō cōuersionis predicte.
Cōsiderandū ē ergo in hoc sacramēto ali/
quid eē ex vi cōuersiōis pdicte. aliqd autem
ex naturali cōcomitantia. Ex vi quidē con
uersionis est in hoc sacramento illud ad qd
directe cōuersio terminatur sicut sub specieb9
panis corpis xpi in qd substantia panis cō
uertif vt p verba cōsecratōis patet cū dicitur
Hoc est corp9 meū. Et similiter sub specieb9
vini est xpi sanguis. vñ dicif hic est calix san
guis mei etc. Sed ex naturali cōcomitātia
sunt ibi oia alia ad que cōuersio nō terminaf
sed tñ ei in qd terminaf sunt realiter cōiūcta.
Manifestū ē eī q cōuersio panis nō termina
tur i diuinitate xpi nec i ei9 animā sz tamē sub
specie panis ē aia xpi et eius diuinitas ppter
vnionē vtriusqz ad corp9 xpi. si vero i triduo
mortis xpi hoc sacramētū celebratū fuisset nō
fuisset sub specie panis aia xpi qr realiter nō
erat corpi eius vnita. Et similiter sub specie
panis non fuisset sanguis nec sub specie vini
fuisset corpus ppter sepatōnē vtriusqz i mor
te. Nūc aūt qr corpus xpi in sua natura nō ē
sine sanguine sub vtraqz specie cōtinef corp9
et sanguis. sed sub spē panis cōtinef corpus
ex vi cōuersionis. Sanguis aūt ex naturali
cōcomitentia. sub specie aūt vini econuer/
so verba sunt sancti thome libro quo supra
ca. lxiij. Et sic patet solutio ad argumentum
q licet sepate sint spēs panis et vini. tamen
corpus xpi integer est sub vtraqz specie. Sed
forte dicet iudeus si ergo sub specie panis ē
totus christus ita q est ibi corpus et sāguis
vt tu dixisti. frustra ergo iterū sub specie vini
integer reperitur. Ad hoc respondet Nyco/
laus de lyra super verbo cenantibus autem
illis math. xxvi. dicens q sub duplici specie
institutum est hoc sacramētū. s. panis et vi/
ni. qr panis conuertitur in corpus xpi et vi/
num in sanguinem. et iste conuersiones sunt

separatim q sanguis xpi fuit separat⁹ a corpore vel carne in passione. Hoc autem sacramentū institutū est quasi quoddā memoriale illius passionis. et iō cōsecratio carnis et sanguinis fit sub speciebus distinctis. Considerandum tamen q sub vtraq spē est totus xpus. qz sub specie panis est totū corpus ex vi conuersionis vel sacramenti. Sanguis aūt et anima et diuinitas sunt ibi ex cōcomitantia naturali. Similiter sub specie vini sāguis ex vi sacramenti cetera vero ex cōcomitantia. hec ibi. Patet ergo q licet sub specie panis sit caro et sanguis xpi non frustra separatim sub specie vini et sanguis et corpus cū hoc fiat in memoriam passionis xpi. in qua fuit sanguis a corpore separatus:

Quō corpus xpi in tam parua hostia cōtineatur cum maius in minori non capiatur.

Quartūdecimum impossibile est. ait iudeus. Uos xpiani dicitis q in illa parua hostia corpus xpi continet hoc probo impossibile eē. qz impossibile est q maius corpus in loco minoris includat. Manifestū est aūt q verū corpus xpi est maioris quantitatis q panis qui in altari offertur igitur impossibile videtur q verū corpus xpi totum et integrum sit vbi videtur esse panis. si autem ibi non est totum sed aliqua ps eius redibit icōueniens supradictū q semp cum hoc sacramētum agitur corpus xpi per partes discerpatur. Ad istud argumentum quod tangit inequalitatem corporis xpi ad locū panis dupliciter respondet. Primo excludendo impossibilitatem. Secūdo applicando similitudines. Circa primū dicitur q substantia panis directe cōuerti in substātiam corporis xpi. Dimēsiones aūt corporis xpi sunt in hoc sacramento ex naturali cōcomitantia non aūt ex vi conuersionis cū dimēsiones panis remaneant. sic igitur corp⁹ xpi nō cōpat ad hūc locū mediantib⁹ dimēsioibus ppriis vt eis oporteat adequari locum sed mediātibus dimēsionib⁹ panis quibus remanētib⁹ locus adequatur. hec Thomas vbi supra. Quō aūt pnt eē dimēsiones corporis xpi cū dimēsionib⁹ hostie vn⁹ ali⁹ doctor sic declarat. Nā cū ibi prius erat substātia panis et facta sit substātia corpis xpi. sic cū dimensionibus panis vel erat substātia panis ante cōuersionē factā sic conuersione facta simul cum eisdē dimensionibus erit substantia corpis xpi. Rursū quia dimensiones corporis xpi pprium subiectum non deserunt et optet dimēsiones esse vbicūq ipm corpus. Ideo exquo ipm corpus est simul cum dimensionibus panis. optet dimensiones corporis xpi eē cū dimensionib⁹ panis: Sed quō hoc posset esse est videre difficile Arguit enī phs. iiij. phisi. contra ponentes vacuum et dicentes locū esse dimensiones sepatas. quia si in hominis dimensioibus reciperetur corpus contingeret duo corpora sil posse existere quod habet pro impossibili. tota igr causa quare duo corpora non pnt simul esse est resistentia dimensionū. Sciendum igitur quod sicut calor et alie qlitates actiue duplicem habet comparationem sic dimensiones. calor aūt habet vnam comparationem ad subiectum fm quā dat sibi eē calidum. et aliam ad obiectum fm quam est rō calefaciendi ita etiā quātitas put cōpatur ad subiectum dat esse quātū. prout aut cōpatur ad quantitatem aliā dat sibi resistere et eē locale. sicut ergo calor pōt dare eē calidū et nō calefacere. puta si deus conseruet eū in eē et suspenderet agere sicut fecit de igne i fornace puerorū. et sic aliquid pōt eē calidū absq hoc quod calefaciat sic et dimensiōes poterūt dare eē quātū absq eo q aliis dimēsionibus resistant quod pz. nā cū quantitatis sit rō quare quantū resistat quanto: idō oportet vnū quantum alteri quanto cōpare mediante quantitate. et quantitatem eē mediam inter corpus quod resistit et corp⁹ cui fit resistentia. sed sublata illa mediatiōe. s. q corpus sit alicubi non mediante quantitate certum est q sibi aliud corpus siue alia dimensio non resistet. Nam cū tota causa resistentie sit qz comparatur ad ipsum mediāte quantitate sublata causa iam nō resistet. Per hoc possent etiam solui instantie d trāsitu corporis xpi per corpus virgis ipso manente clauso. et etiam de penetratione celorū quando ascendit in celum: cum igitur in sacramento corpus xpi non cōparetur dimensionibus mediāte quātitate. sed magis quātitas mediante substantia cum substātia cā resistentie non sit. Ideo sicut non est contra rationem substantie simul cum dimensioni

bus eē. sic non est contra rationem dimensi-
onū corporis xpi mediante substantia eē si
mul cū dimēsionib⁹ panis. Et sic p3 ꝙ non
ē īpossibile dimensiones corporis xpi cū dim
sionib⁹ panis eē. cū ibi sint mediāte substā-
tia que simul pōt cū dimēsionib⁹ eē. Aliter
soluit predictū īpossibile doctor subtilis in
iiij. suo. Dicit. n. ꝙ est duplex ordo. s. ordo p
tium in toto et ordo ptiū in loco. Ordo au-
tem ptiū in toto ē differētia quātitatis nō p
prie cū sit respect⁹ sed aliquo modo accedēs
ad differentiā eius essentialem. Ordo autē
ptiū in loco ē de genere situs et ab isto respe
ctu siue ordine ptiū in loco pōt absolui. Or
do. n. partiū in toto est prior ordine partium
in loco. Prius autem pōt absolui a posteri-
ori sibi accidētaliter coniuncto. Cum ergo or
do partium in loco accidentaliter coniugatur
ordini ptiū in totū. igr corp⁹ xpi in euchari-
stia hēbit ordinē ptium in toto absq3 illo re
spectu qui est ordo ptiū in loco. Adducūtur
secūdo similitudiēs alique cōtra iudeos et
īfideles. Et prio Aug. in libro de quātita-
te aīe pbat aīam maiorē esse ꝙ corp⁹ qr totā
mūdi magnitudinē īfra se cogitari pōt et in
fra se cōtinere et sicut anima cū sit maior cor
pore tota est infra corpus. mō ꝯsimili corp⁹
xpi cū sit maius hostia totū est infra eā non
coartatū sed ita magnū et perfectū sicut i ce-
lo cōtinet. Itē in parua oculi pupilla maxi
mi mōtes cōtinētur per spēs suas. cur ergo
sic corpus xpi in pua hostia. Itē videm⁹ in
puo speculo solis et lune maximarūq3 rerū
diuersitates. Item intellectus hoīs puus est
et tamē in ipso magna celestiū et terrestriū sa
piētia et sciā continet. quid ergo impossibi-
le putas xpm qui ē dei sapia increata sub p
ua forma hostie iueniri. nūquid vides ī par
uo lapide pcioso magnas et multas virtu-
tes. nōne vides in puo corpore pricipis ma-
gnā potentiam: et in puo corpe pape ma-
gnā auctoritatē. Quid ergo impossibile est
xpo in pua hostia latere. nūquid sub paruis
signis magna signata cōprehendūt. Nōne
vides quō in hac pua dictione de⁹ tota trini
tas continet. s. pr et filius et spūssanct⁹. quā
to magis sub parua hostia pōt seipsum xps
concludere si vult. imo ꝙ āplius est videm⁹
ꝙ sub hac pua dictione et sub hoc paruo si-
gno omne duarū syllabarū et quatuor litte
rarū cōtinetur oīs creatura celū et omnia ce
lestia: infernus et oīa infernalia et breuiter
omnia creata. Quid igitur impossibile ꝙ in
vna hostia cōprehendat tot⁹ xps cū in tāp-
ua dictione cōphendat totus mūd⁹ qm igr
hec in creaturis credūtur iudei erubescant si-
milia fieri in creatore. l3 supradicta non idu
cūt omnimodā similitudinem sunt tamen a
liquales cōformitates q̄ deuoto aīo cōside-
rate mirā delectationē adducūt in animo cō
templantis.

¶ Quia vnicum corpus xpi sit simul in di-
uersis altaribus cū non possit vnū corp⁹ si-
mul esse in diuersis locis.

Quintūdecimū impossibile est. vos
xpiani dicitis ait iudeus ꝙ xps ve
ster simul est in pluribus altaribus
vbi misse celebrantur hoc videt impossibile qr
impossibile est vnū corpus in pluribus lo-
cis existere. Manifestū est aūt hoc sacramen
tū in plurib⁹ locis celebrari. impossibile igi-
tur videt ꝙ corp⁹ xpi in hoc sacramento ve-
raciter cōtineatur nisi forte q̄s dicat ꝙ fm a
liquā pticulā ē hic et fm aliā alibi ad qd ite
rū sequitur ꝙ per celebrationē huius sacra-
menti corpus xpi diuidatur in partes cū tn̄
nec quantitas corpis xpi sufficere videat ad
tot pticulas ex eo diuidendas in quot locis
hoc sacramētū peragit. Ex his que dicta sūt
super⁹ p3 solutio ad hoc qd obijcit de plu-
ralitate locorū ꝙ corp⁹ xpi per suas dimensi
ones existit tm̄ in vno loco. sed mediantibus
dimensionibus panis in ipm transeuntis ē
in tot locis in quot huiusmōi conuersio fue
rit celebrata non quidē diuisū per ptes s3 in-
tegrū in vnoquoq3. Nam quilibet panis cō
secratus in integrū corpus xpi conuertitur. h
est solutio thome vbi supra. Alij vero soluē
tes dixerūt ꝙ non est incōueniens ꝙ vnum
corpus sit in diuersis locis si in vno est per se
et in alijs per accidens sic autem est in pro-
posito qr corpus xpi est in celo fm proprias
dimensiones et sic per se. In sacramento au
tem per dimensiones alienas scilicet per pa
nes et sic per accidens sed isti difficultatē nō
euadūt. Diceret enim iudeus et per se et per
accidens eē impossibile idē corpus esse in di
uersis locis propter hoc ostendo ꝙ corp⁹ xpi

potest esse simul in diuersis locis. sic omne corpus quod est alicubi ratione substantie non ratione quantitatis potest esse in pluribus locis simul. sed corpus xpi est sub dimensionibus panis ratione substãcie non ratione quantitatis ergo potest esse in plurib⁹ locis simul. Maior probatur quia quod non est in loco ꝑ quantitatē non diffinit nec determinat sibi locum. sed quod non determinat sibi locum potest esse in pluribus locis. ergo quod non est in loco ꝑ quantitatē potest esse in pluribus locis simul. Ad maiorem euidentiam istius prosilogismi notādū ꝙ diffiniri est idem ꝙ finiri siue terminari ꝑpter qđ p̄s. v. meta. vocat diffinitōnem terminū q̄r in ea ponūtur rei principia inter que velut inter primos terminos et inter proprios fines res diffinita cōducitur. Hec aūt diffinitio siue determinatio est duplex. vna que respicit rem vt est substantia. Alia q̄ respicit eam vt est quanta. Nā quelibet res creata siue sit corp̄alis siue spūalis inquātū est substantia finitur sic ꝙ determinatur ad certū genus et ad certā spēm et ad certū indiuiduationis modū. et ideo sol⁹ de⁹ q̄r est substãtie infinite nō determinatur ad genus neꝙ ad spēm nec ꝑ se nec per accidens. nec etiā ad modū indiuiduationis. cū ipse sit singularitas quedā formaliter. Res autē quanta sicut ꝑ hmōi quātitatē respicit aliā sic cōpetit sibi determinatio loci. non. n. res creata determinatur ad locū siue diffinitur loco īquātū ē substãtia q̄r substãtie vt substãtia est nō debet loc⁹. q̄r inquātū substãtia nō pōt cōmensurari vltime superficiei cōtinētis. Et iđ si diffinitur loco hoc est rōe quātitatis. et iđ cū duplex sit quātitas. s. molis et virtutis sicut nō diffiniūt locū sibi corporalia nisi per quātitatē molis. ita sm aliquos nō diffiniunt sibi vbi spūalia nisi per quātitatē virtutis itaq̄ dicūt ꝙ vbi itelligentie operāť ibi esse dicuntur nec sunt in loco nisi dū operanť qđ virū sit verū nihil ad ꝑpositū. Quantum igitur ad ꝑpositū pꝫ ꝙ corp⁹ qđ est alicubi nō per quātitatē nō diffinit sibi locū illum. si ergo est alicubi solū rōe substantie. quantitas aūt ibidē existens ꝑpter naturalem ordinē quē ad substãtiā hꝫ ei cōpetit finitas q̄ sequitur naturā substãtie. nō autē finitas q̄ sequitur quātitatē. put ꝑ quātitatē ad aliam cōparatur. Et iđ q̄r ex vi sacramēti corp⁹ xpi est in altari rōe substãtie solū non rōe quantitatis nisi ex cōsequenti vt. s. habet naturalē ordinē ad substãtiā. Iđ ibi sibi cōpetit finitatio ratione generis et speciei et indiuidui. nō aūt ratione localitatis cū illa tātū cōpetat corporib⁹ rōe quātitatis. Et ideo cū sibi n̄ determinet locū certū est ꝙ nō est ita ibi quī posset eē alibi. Sic ergo pꝫ maior ꝙ omne corpus qđ est alicubi nō rōe quātitatis cui nō determinat sibi locū illū pōt simul eē alibi. Minor principalis est manifesta. s. ꝙ corpus xpi est in sacramēto rōe substantie non rōe quātitatis. q̄r est ibi per transubstãtiatōnē. Nūc aūt certū est. ꝙ quātitas panis non transubstãtiatur in quātitatē corporis xpi cū maneat in sacramēto. ergo rōe trāsubstãtiationis panis in substãtiā corporis xpi. cū ergo sit ibi ratione illius in qđ substãtia panis transubstantiatur. manifestū est ꝙ ē ibi rōe substantie. quare sequitur ꝙ pōt alibi eē rōe sue quantitatis scilicet in celo. Similitudines licet nō omnimode adducūtur ex natura. Idē sol in diuersis locis. s. in diuersis oculis continetur et vidētur et hoc sine sui diuisione. Idē verbū numero in diuersis auribus continetur et auditur et idē sonus. Occurrit etiā contra istos infideles hugo de sacramentis dicens ꝙ ideo isti dicunt corpus xpi nō posse esse simul in pluribus locis q̄a deus talē legē dedit corporibus. Cū ergo lator legis possit dispensare in lege multomagis deus pōt dispensare in vniuerso nec mirum. q̄r tunc sacerdos gerit personā et vicem illius. qui dixit et facta sunt. et sic ꝙ simul et semel est in diuersis altaribus hoc est ex potentia deitatis cui vnitum est corpus illud et ex virtute verborū xpi quibus contulit virtutem conficiendi.

¶ Impossibile ē ꝙ caro xpi et sanguis sint sub speciebus panis et vini cū sit ipossibile duo corpora simul eē in eodem loco. s. substantia panis et vini cum carne et sanguine xpi cum illa accidentia vt dicunt non sint ꝑ se nec in aere nec in carne et sanguine xpi sed subiectiue in substantia panis et vini.

SEcūdecimū impossibile est. Vos xpiani dicitis ꝙ manifeste post consecrationē in hoc sacramēto sentiūť omnia accidentia panis et vini. s. colorem.

Octauus et vltimus articulus est qualis est status iudeorum prenunc in regno isto castelle licet optime ordinata sint ex iure canonico et ciuili. ac regia ordinatione regni que supradicta sunt. In hac consideratione peccatis tamen exigentibus precipue prelatorum et principum aliorumque dominorum nihil vel modicum de omnibus supradictis obseruant iudei. Quia ex nimia conseruatione eorum et frequenti munerum acceptione iam venerunt in profundum malorum vt insensibiles facti ad voces predicatorum et clamores gementium non solum pauperum, sed etiam plurium aliorum in oppositum facti ceca retorquentes iudicia sua fauores ad libitum consequuntur ex quibus plurima mala oriuntur in populo precipue in fide et moribus. cum multi christiani facti sunt iudei. vel melius dicam erant occulti iudei et facti sunt publici. Alij sunt saraceni facti. Alij vero vtuntur ciromantia. Alij cerimonias aliis iudaicas obseruant impune. Ex hoc et tyrannica rabies continue crescit in regno: astutijs et consilijs iudeorum qui ad hec et similia inuenienda inter ceteros homines prompti sunt. Et quod vereor calamo scribere iuxta sententiam pauli ad Ro. i. dati in reprobum sensum multi de populo. qui immaculatus hactenus fuerat ceciderunt in passiones ignominie masculi in masculos turpitudinem operantes in eum vsum qui contra naturam est. laudantes se per vicos et plateas crimen pessimum commisisse. vt dei occulto iudicio cum dixerint pax et securitas tunc eis repentinus veniat interitus sicut et iudicia terribilia deus fecit in vindictam predicti criminis per diluuium generale. Gen. vi. et per pluuiam ignis sulphuris super hec ciuitates. gen. xix. et per occasionem tribus beniamyn et destructionem omnium suarum ciuitatum et locorum iudicum. xix. et. xx. capitulis Et per destructionem hyspanie igne et gladio tempore regis roderici vltimi gotthorum regis. quia peccata carnis turpissimi regis vitise sui predecessoris qui iudeos introduxit in regno. Et peccatum regis roderici sui successoris circa filiam vel vxorem comitis Iuliani fuerit potissima causa exterminij hyspa

niarum vt colligitur ex cronica generali hyspanie vt ex collectario hystoriarum fratris iohānis de podio. Auertat dominus secūdum sententiā; ne pereant boni cum malis pdicta mala et plurima alia cogito oriri ex nimia conuersatione et fauore infideliū in malis. contra sacrorum canonum sanctiōes nō attendētes pericula que ex predictis oriūtur. sic notat Inno. iij. scribēs epō senonen. et epo parisien. sic dicens. Et si iudeos quos ppria culpa submisit ppetue seruituti pietas xpiano receptet et sustinebit cohabitationem illorum. Ingrati tamen nobis esse non dēt vt reddant xpianis pro gratia contumeliam et de familiaritate contemptum qui tanq̄ misericorditer in nostram familiaritatem admissi nobis in illam retributionem impēdūt quam iuxta vulgare puerbiū. mus in pera serpens in sinu. et ignis in gremio suis consueuerūt hospitib⁹ exhibere. patet hec extra de iudeis. ca. et si iudeos. Uere iudei istius regni super omnes iudeos ingratissimi sunt xpianis. cum sustententur tanq̄ domini in isto regno quod alibi minime fit presertim in francia et anglia vt supradictum est. vij. consideratione vt impleatur illud Exodi. xxiij. ca. Non habitent in terra tua ne forte peccare te faciant. In aliis tamen regnis si aliqui sunt vitam captiuitatis ducunt et non solum inter xpianos quod iuris est. sed etiam in regnis machometorū vbi xpi incarnatio creditur propter errorem quē temptauerunt iudei contra xpm inter eos ducunt vitam magis miserabilem q̄ inter xpianos. et captiuerij efficacis ac magis habent eos odio et cōtemptui q̄ xpiani. Cum enim principū xpianorū detestabilis auaricia eos pter lucra temporalia sustineat et xpiana mancipia ipsis habere pmittat et immoderato vsurarum fauore xpianos expoliari concedat. ¶ Ipsi tamē iudei apud saracenos abiectissima et vilia operantes mancipia et serui sunt paganorum. Et extremis conditōibus inter eos cōmorari permittuntur. Et si in aliquo contingit eos contra legem machometi vel in vituperium eius aliquid operari crudeli examinatione contra eos procedunt. ¶ Unde legi q̄ quidam iudeus peritissim⁹ hyspanus dicē rabi abrahā de la capa. sic cognomiat⁹ erat qr tā paup erat q̄ nū q̄ hēre potuit nisi illā capā veterē quam ducebat cōtinue q̄ multa audiens de sepultura et simulacro machometi pendenti virtute admantium et q̄ ei⁹ ornamentū erat innumerabilis valoris disposuit ire illuc sub habitu saracenico et sic factum est. Et cum esset circumcisus et linguam sciret arabicam et caldeā incognitus pertrāsiuit reputatus saracenus. Et cum veniret in meccā. et ibi se fingeret religiosum secūdum legem machometi et vt talis acceptus et q̄si facti confidentes de eo ingrediebatur locum illum vbi simulacrum erat q̄ omnibus non licebat et cum vidit tempus oportunū adhibitus aliquibus succis alborum et aliquib⁹ sanguinibus debilitata fuit virtus ad amantium et cecidit simulacrum fractumq̄ est op⁹ mirabile. et accipiens aliquos lapides preciosos quos voluit fugit in iudeā et exinde in hyspaniam. Cum vero die quadā magne festiuitatis saracenorum vellent simulachrū videre et venerari. quia non erat eis licitum omni tempore intrare inuenerunt fractum et turpiter conculcatum requirentes diligenter malefactorem. Inuenerunt finaliter q̄ ille q̄ se fingebat religiosum fecerat et cognouerūt q̄ non saracenus sed iudeus erat. Querētes ergo eum per omnes suas puincias et non inuenientes quadringentas synagogas iudeorū destruxerunt. quarum vna fuit synagoga toletana. Cum tunc illa ciuitas a saracenis possiderentur nunquid hombilia cōmiserunt in regno isto. specialiter circa sacramētum corporis domini ihesu xpi. et cōmittūt cū illud possunt vel furari vel a cupidis emere xpianis. Non sufficeret liber magnus capere eorū crimina circa hoc. Sed dixi vt excecatis platis et principibus aliisq̄ quorum interest intendere punitioni eorūdem. quantūcūq̄ hec vel alia grauissima crimina pmittant oblatis muneib⁹ seu māmona sue iniquitatis expertus sum de eis nullam fieri vltionem. immo cum accusant ab aliquibus omnes supradicti et cōiter in eorum insurgūt fauorem. In hoc ergo regno iudeorum non grauatur captiuitas cum ipsi terre pinguedinē edant et bona non laborāt terrā nec cā defendunt. Sed maliciis et astutiis suis labores xpianorum deuorant. et eorum sunt bonorum heredes sicut de eis scriptū est hiere. v. ca. sicut decipula plena auibus sic dom⁹ eorum plena dolo. Ideo magnificati sunt, et ditati incrassati et impinguati. Sic ergo pdi

ctiones et mala iudeorũ vt dictum est transe unt sine pena et peccatis exigentibus semp in regno isto aliqui ipsorũ nimis valent cũ regibus et ea que ad reges pertinent pertra ctant et talibus se immiscent ꝙ habent sub iugo et dñio xpianos. Et ideo in regno isto temporibus fere omnibus optinent priuile gia iuxta velle semper etiam in domo regia est vnus magnus miles vel plures qui eoꝝ est aduocatus et defensor a quocunqꝫ accu sante Et sic ceci iudei cecos efficiũt xpianos regni istius. Unde accidit prouerbium anti quorum vidistis hic cecũ qui videntem exce cauit. cum tamen scriptum sit puer. xix. non decẽt stultum diuitie nec seruuꝫ dñari princi pibus. Sed arguet hic iudeus si nos viui mus hic in captiuitate et meli⁹ cũ illaborio sius vt tu dicis. Et hoc sequit̃ ꝙ magis spe cialiter ipse deus pre liberis nos respiciat. Et sic scripsit moyses in lege. Cum fueritis in terra inimicoꝝ vestrorũ nec odio vos ha bebo vt imponã finem federi quod pepigi vobiscum. Respondet̃ ꝙ iudeoꝝ solatium in vita est ꝑpter peccata principũ isti⁹ regni vel subiectorum suoꝝ qui eos adiuuant in hac vita. Sed ad dictum mosaicũ cum dicat̃ ꝙ imponeret finẽ eis cũ in captiuitate essent dico hoc fuisse duabus de causis. Una imp petua captiuitate ipsi maneant ꝑpter ingra titudinis memoriam redemptionis messie ihesu xpi. de quo hier. xxiij. c. Et dabo vos in obprobrium sempiternũ et ignominiam eternã que nunꝙ obliuioni delebitur. Se cunda causa est non possunt homines se ex cusare quin peccatis et alijs malis subijciã tur et ipsi ad hoc vt talia excitent permane bunt Nam videm⁹ naturaliter animalia ꝓ creari ex aeris corruptiõibus vt putrefactio ibi incorporetur. et aer corruptus in talium sustentatione minuat̃ vt aer pur⁹ remaneat alijs animalibus sine damno. Secũdo et de hoc testimonium ꝓhibeo ꝙ summus põtifex et reges ceteriqꝫ principes xpiani deberẽt ad hibere remediũ in predictis cum effectu cum imperatores et alij dñi antiquitus nõ ꝑmi serunt eos viuere inter nos nisi vt de morte xpo ihesu illata mũdo testimoniũ ꝓhiberẽt quod in captiuitatẽ eos detulit sempiternã vt supra patuit. i. articulo. Et vt verum testi moniũ esset debuissent vti legis auctoritate deutro. xxiij. quõ moyses eis maledictiões donauit dicens. seruiẽs inimico tuo quem immittet dñs tibi in fame et siti. et nuditate et omni penuria et imponet iugũ ferreũ su per ceruicem tuã donec te cõterat. sequitur. et erit vita tua quasi pendens ante te. timebis nocte et die et non credes vite tue. mane dices quis mihi det vesperũ: et vespere quis mihi det mane ꝑpter cordis tui formidinem qua terreberis et ꝑpter ea que tuis videbis ocu lis quare videt̃ ꝙ non est intentionis legis ꝓphetice istius sic eos viuere absolute. Nã tanta libertas eis incentiuũ prebet rebellan di. et ẽ causa quare a regno nunꝙ plaga dis cedat sicut scriptuꝫ est deutro. xxij: Incrassa tus est dilectus et recalcitrauit. Incrassatus impinguatus dilatatus dereliquit deum fa ctorem suum et recessit a deo salutari suo.

¶ De iudeorum cõuersione in fine seculi.

DUodecima consideratio et vltima huius tercij libri est de iudeorũ con uersione in fine seculi a sua duritia. nempe deus iusto iudicio omnia disponẽs licet iudeorũ gentem suis exigentib⁹ culpis longo tempore permiserit pdi ditari inuoluti cecitati et criminibus tãhorrendis vt supra in libro isto latissime declaratum est. in fine tamen seculi qui relicti fuerint non pibunt. Et vt explicem cõceptum meũ hec cõsidera tio. viij. explicabitur punctis. Primus erit quare iudeorum cõitas nõ cõuertit̃ ad fidẽ xpi. Secũd⁹ si aliqui eoꝝ voluerint cõuerti vtrum sint recipiẽdi. Tercius quis modus debet teneri in receptione iudeoꝝ ad fidem Quartus an iudei sint compellendi ad reci piendum fideꝫ xpi. Quintus qua pena sint feriendi cõuersi iudei redeũtes ad iudaismũ Sextus quõ recipiũt antixpm et decipient̃ ab eo. Septimus quõ cognoscẽt se deceptos et cõuertentur ad viã veritatis ihesu xpi dñi nostri. Octau⁹ erit an tempus antixpi quo iudei sunt cõuertendi possit determinate co gnosci et de signis temporis ei⁹ aduentus.

¶ Quare iudeorum communitas non con uertitur ad fidem xpi.

PRimus istius considerationis pũ ctus est quare iudei in presenti tem pore non cõuertuntur ad fidẽ ihesu

xpi. Respondetur quod ad hoc possunt .iiij. assignari cause satis efficaces. Prima est in consideratio veritatis aduentus xpi. Pro cuius intellectu notandum quod in libris thalmuth considerantur tres species materierum. quarum vna est placitorum siue causarum ciuilium et criminalium et de alijs de pendentibus inter gentes eorum. et hec assimulantur legibus imperatorum inter nos. Secunda species est eorum que vetantur vel licentiantur in lege sicut sunt cibi et alia et que sunt res munde et que immunde et de sacrificijs et orationibus et festiuitatibus et hec sunt inter eos sicut decreta inter nos. Tercia species materie est hystoriarum legis sicut creationis mundi vt vite antiquorum patrum et miraculorum in lege et de aduentu messie et conditionibus eius et de resurrectione mortuorum et de die iudicij. et de inferno et paradiso. et hanc particulam terciam vocant iudei algadoth .i. annunciationes: et singulare vocant agada .i. annunciatio. Item vocant ea idiasor idest glose morales. et singulare vocant imdias. Ex predicte annunciationes et glose morales non sunt omnes diuisim ab vna parte immo sunt disperse per diuersas partes librorum thalmuth intantum vt post septem vel octo lectiones veniet aliqua auctoritas predictarum annunciationum. Cum ergo rabini scolarum thalmuth legunt suas lectiones inquantum pertinent ad primas duas species materierum declarant illa optime cum omnibus illis glosis et expositionibus et innouationibus que possunt ad propositum suum applicare. Sed cum accedunt ad locum qui in aliquo tangit materiam terciam scilicet annunciationum. dimittunt illud et nolunt legere dicentes quod est res de qua non exit aliquis fructus quod ipsi faciunt quia non est intentio eorum laborare nec considerare nisi materias que sunt de pane lucrando pro quibus populus eorum vulgaris honorant eos et dant salarium. et hic modus obseruatur per omnes rabinos in omnibus terris et in omnibus temporibus et in omnibus scolis eorum. Et hec causa principalis obstinationis eorum est quia scilicet non considerant nec vident ea que pertinent a predictam terciam speciem et vulgaris eorum populus manet ignorantia excecatus.

Secunda causa est in conferentia auctoritatum sacre scripture quia dato quod aliquomodo cum occurrit aliquid in lectionibus suis de tercia materia considerent non est mirum si vna auctoritas vel due vel tres non explicent ad plenum veritatem salutis cum aliqui videantur alique auctoritates vel obscure vel contrarie sed deberent illas scripturas ad inuicem conferre cum omnibus prophetijs tangentibus illam materiam et deberent videre glosas et translationes chaldaicas que facte fuerunt per duos doctores. qui inter eos pro magis autenticis habentur cum illi super easdem auctoritates loquantur et non est dubium quin statim illuminarentur a spiritusancto si tales conferentias scripturarum cum eorum circunstantijs facerent vel viderent veritatem sole clariorem. Unde augustinus in libro octuaginta trium questionum. questione lxix. non potest inquit oriri error quin pallietur nomine xpiano nisi de scripturis non intellectis. et hoc ideo quia antecedentia et subsequentia non contulerunt. vnde ibidem solet circunstantia scripturarum illuminare sententiam. Unde hereses sunt orte per se legendo que conferendo repulse sunt quia conferentes diuersas sententias adduxerunt que ex se inuicem mutuo inueniri potuerunt. qualiter essent intelligende: et hoc modo meruerunt cognoscere veritatem et venire ad viam salutis. Venerabilis petrus alfonsi et magister alfonsus et magister iohannes et hieronymus de sancta fide de quibus sepe facta est mentio in isto volumine qui solennia opera fecerunt recognoscentes veritatem fidei catholice. et errorem in quo fuerant inuoluti.

Tercia causa que impedit conuersionem aliquorum iudeorum est inordinatus amor ad vxores et filios et parentes. Unde expertus sum in hoc casu cum venerit ad me quidem de sapientioribus iudeis istius regni qui mecum conferens de secretis legis. affirmauit se veraciter credere fidem xpi. et quod ad hoc inductus erat diligenti studio scripturarum non solum biblie sed etiam thalmuth et phorum. Cumque ab eo quererem quare non efficiebatur xpianus. Respondit quod immo summe desiderabat hoc implere. Sed quia habebat patrem qui eum tenerrime diligebat cogitans quod cum sciret pre tristicia moreretur. Dixit quod non vincere poterat seipsum nisi facere cum consensu patris. Dicebat etiam quod non erat alius modus vt predictum consensum posset habere nisi quod ego tenerem modum cum rege vt ipse caperetur. et poneretur in carcere et inde scriberet

patri suo q esse necesse q efficeret xpianus
quia aliter non posset euadere morte. Mihi
autez non placuit hic modus palliatus mē
dacijs in lege xpi quia quicqd ipse haberet
in corde de veritate fidei. populus acclama
ret ipsum non fuisse factum xpianum volū
tarie sed compulsus carcerib9 et timore mor
tis quod non est honestum in lege xpianoz
qz pro veritate huius legis recipienda relin-
quere debet quisqz patrez et matrē vxorez et
filios fratres et sorores et agros vt cētuplū
accipiat et vitam eternam possideat. Dura-
uit collocutio predicta inter me et pdictū iu
deuz fere per quattuor annos nec adhuc est
fact9 xpianus durante in eo impedimēto p
dicto amoris paterni inordinati. Non min9
etiam detinet eorum animos ne cōuertant.
cupiditas inordinata diuitiaruz per vsuras
cum hec sit pinguis quedam acquisitio diui
tiarum sine labore. Unde dicit in thalmuth
q quedam dña dixit vni rabino qz vidit q
erat pulcher et gratiosus. Similis est facies
tua habenti gregem porcoz vel comprestāti
pecuniam suam ad vsuraz. Quarta causa q
impedit conuersionem iudeoruz est inclina
tio magna ad opiniones et constitutiōes et
cerimonias et consuetudines quas habue-
runt et habēt in thalmuth. In quibus toto
tempore vite sue fuerunt nutriti. Unde per
duo exempla hoc ostenditur de iudeis ad li
terā hiere. xiij. Primū exemplū est de nigre
dine ethiopis. Unde dicitur in tex. Si mu-
tare pōt ethiops pellē suā quasi dicat nō pōt
mutare nigredinem suam. Scdm exemplū
est de pardo qui nō potest mutare varietatē
pellis sue. Unde dicit aut pard9 varietates
suas quia vtrūqz pdictoz est a natura: sic ē
de iudeis q nō possūt reuerti ad bonū pro-
pter consuetudinem ad malum qz ꝯsuetudo
ē quedā natura vt dicit philosoph9 in libro
de memoria et reminiscentia. Sciendū tñ q hec
similitudo nō tenet simplr sz tm̄ scdm quid.
Illa ei natura que ē causa nigredinis ethio
pis in nullo subiacet impio rōnis. et iō ethi
ops nō pōt illā immutare quātūcūqz conet.
ad hoc. sed habit9 ex cōsuetudine peccādi ge
nerat9 et p modū nature inclinās ad maluz
causat ex inclinatōe appetit9 sensitiui q na
tus ē obedire rationi. Et iō p conatū liberi
arbi. tñ ad opposituū pōt reuerti ad bonū tñ
cū difficultate pp̄ter habitū inclinātē ad op

positū. et hoc dicit impossibile fm qd put
dicit. v. metaphisice. vno mō dicit impossi-
bile qd vix pōt fieri aut cū difficultate. In ex
emplis aūt positis de ethiope et pardo ē im
possibile simpliciter scdm naturā. tñ deo nō
est impossibile. verba sunt nicolai de lyra in
pdicto passu et in veritate magna virt9 cor-
dis ē necessaria vt possit hō declinare ab his
in quib9 a pueritia fuit nutrit9 cū illa doctri
na q a teneris annis ē inbibita sit diuturna
nec oēs hoīes sūt sufficiētes violētare pp̄ri-
as voluntates vt similia dimittāt nisi soluz
illi quib9 deus fecit tantā gratiam vt cōtem
nerēt gaudia et bona tēporalia cū nihil sint
in cōparatōe bonoz spūaliū et amplexētur
verā spem saluationis aiaz suaz. et boni fi-
nalis eterne beatitudinis eaz. sicut pmittit
venienti ad xp̄m ysa. lviij. Et requiez dabit
tibi dñs deus tuus semp. Et implebit splē-
dorib9 aiam tuā et ossa tua liberabit et eris
quasi hortus irriguus. et sicut fons aquarū
cuius nō deficient aque. sic et xp̄s ait Mat.
xi. Regnū celoz vim patit et violēti rapiūt
illud. Et iohannes. vi. Nemo pōt venire ad
me. nisi pater meus qui misit me traxerit eū

Utrū iudei volentes cōuerti sint ad fidez
recipiendi.

Secundus pūct9 ē Utrū sint recipiē
di iudei qui volūt ad fidē xpi ꝯuer-
ti hoc dico qz multi eoz fuerūt et sūt
ita mali q multa damna faciūt in ecclesiaz
dei. Uerūtñ facta diligenti examinatōe de
mō aduent9 eoz non sunt repellēdi ex quo
volūt intrare sub alis fidei xpiane et lz non
faciāt bona intentōe sz pp̄ter lucrū tēporale
tales baptizati sunt et recipiūt sacramentuz
lz nō rem sacramenti que ē grā. tales prope
saluationē sunt cū pietate dei plus q illi q
nō intrauerūt. nec venit eis ad volūtatez vt
sub illo intrarent. Et pp̄ter hoc dixerunt sa-
pientes israel q semp dz hō laborare in le-
ge lz nō faciat bona intentōe: qz ex hoc pote
rit venire ad bonā intētionē. Et sic iudei ta-
liter venientes poterūt venire ad rectā inten
tionē fidei cū dei adiutorio vl ex vsu quo ex
ercitabunt in ea. vel qz de9 faciet eis aliq si-
gna vt sic eū cognoscāt in suis operib9 vl qz
dabit eis aliquas tribulatōes vt corrigātur
et redeāt ad bonū vel qz addiscent ex hoc et
simul. h9 libris q ostēdūt radices fidei ihesu

christi veri messie diligenter in eis studendo vel ex eo quod informabuntur continue a predicatoribus euangelicis fidem xpi nunciantibus: et si tales infelices fuerint indurati intrinsecus iudaica perfidia. habebunt forte eorum filij vel nepotes seu alij qui ex eis procedent cognitionem huius catholice veritatis et saluabuntur:

¶ Quis sit seruandi modus iudeos ad fidem christi recipiendo.

Tercius punctus est scire quis modus debet teneri in receptione iudeorum venire volentium ad fidem xpi ne quantum possibile fuerit detur occasio malorum que sentimus a spiritusancto modus ordinatus est a quo quia vt communiter deuiant recipientes non est mirandum si taliter receptos non experiamur veros esse xpianos et ideo recipiendi sunt cum multa deliberatione ne ad vomitum redeant et modus ponitur in decretis de conse. di. iiij. iudei. vbi sic habetur. Judei quorum perfidia frequenter ad vomitum redit si ad leges catholicas venire voluerint per octo menses inter cathecuminas ecclesie limen introeant. et si pura fide venire noscuntur tunc demum baptismi gratiam mereantur quia si casu alio periculum infirmitatis intra prescriptum tempus incurrerint et desperati fuerint baptizentur. Et si queras an debeat talis iudeus aliquam abstinentiam facere vel etiam dies queri signa ad sacrum conferendum. Respondetur quod vtrumque debet fieri vt patet de conse. di. iiij. ne quod absit. vbi sic dicitur. Ne quod absit longa dilatio retro possit animas iudeorum reuocare fratri nostro epo loci illius loquere vt penitentia ac abstinentia. xl. dierum indita aut die dominica. Aut si celeberrima festiuitas occurrit eos omnipotentis dei misericordia protegente baptizes Sic ergo patet quod iudei in die dominica vel aliqua solenni die dnt baptizari. Sed nunquid iudeus qui est seruus xpianum si baptizetur fiet liber. Respondetur quod non: secundum Ray. sed remanet seruus quia seruitus introducta est de iure diuino. di. xxv. dic. vi. et per ius gentium et iure canonico confirmatum. xij. q. ij. ecclesiam concordat gotfridus et hostien. Addit Ray. quod vbi de bona consuetudine non solent esse christiani serui consulerem quod dominus in remissionem peccatorum manu mitteret eum vel saltem quod pecunia mendicata vel seruitio ad tempus prestito secundum arbitrium boni viri redimeret se. xij. q. ij. Cum redemptor.

¶ Utrum liceat iudeos ad baptismum compellere

Quartus punctus est si iudei sint compellendi ad recipiendum baptismum hic sunt duo videnda. Primum est de paruulis iudeorum. et secundum de adultis iudeis Ad primum videt sanctus Thomas in secunda secunde. q. iiij. quod non licet inuitis parentibus. Sed quando ad annos discretionis peruenerunt possunt fidem suscipere etiam parentibus inuitis. Concordat guilhel. dicens quod nec licet nutrici cibo oculte baptizare paruulos iudeorum. Si tamen in articulo mortis paruulorum hec faceret non crederem quod peccaret. Doctor vero subtilis scotus in iiij. di. v. dicit quod pueri iudeorum possunt auferri parentibus inuitis et baptizari et hoc per principes legislatores. quia legislatores possunt ordinare ad salutem vniuscuiusque sub dita velit nolit. Ita potest princeps ecclie. v. g. Si respublica indigeret bellatoribus et iudei filios suos taliter dirigerent quod essent inepti ad bellandum. tunc princeps posset eos auferre a parentibus et ipsis inuitis posset eos facere nutriri et instrui ad bellandum ita videtur in proposito. Alij dicunt quod non debet fieri quia ecclesia tenet oppositum sed hoc nihil est quia quotidie possunt ab ecclesia noua institui pro salute communi. Alij dicunt quod non debet fieri propter prophetiam ysaie. quia reliquie israel salue fient sed hoc non obstat quia homo potest intelligi de fidelibus vel quia etiam possunt aliqui in aliqua insula saluari. Ad secundum scilicet de iudeis adultis vtrum sint compellendi ad fidem suscipiendam: hic dicit supradictus doctor scotus vbi supra quod omnes deberent compelli ad fidem quia melius est compelli ad beneagendum quam male agere impune sicut ipsi agunt

¶ Que pena feriendi sint iudei conuersi et ad propria instituta redeuntes.

Quintus punctus est qua pena sunt feriendi iudei conuersi redeuntes ad vomitum iudaismi. et licet supradictam

fit de pena quā ferini debent a iure. nūc libet
hic explicare duo. Primo qua pena sint fe-
riēdi ex lege regni. Scōo qua pena sint ferē-
di ex lege regni per eos instituta. Circa pri-
mum notandū. ꝙ in hoc regno castelle ē li-
ber quidā antiquoꝝ regū gothoꝝ que lin
gua nostra dicitur el fuero iuzgo. vbi libro.
xij. ti. ij. c. xvij. ad literam predicatoruꝫ pena
ponitur vt sequit̃ sicut xp̄iani debēt cōqueri
de illoꝝ malis q̄ venūt ꝯtra sctām fidē ihu
xp̄i. Ita debent tenere tales modos ꝙ nul-
lus homo possit habere veniam qui dimit-
tit melius ꝓpositum et redit ad peiꝰ. Et q̄
iudeus crudelioꝛ et mirabilioꝛ debet habe
re crudeliorem penā et maius tormentum.
Ideo statuimus hanc legē. ꝙ omnis xp̄ia-
nus et maxime illi qui nati sunt de xp̄ianis
siue sit vir siue mulier. qui inuentus fuerit ꝙ
circumcidat̃ vel ꝙ habeat mores iudeorum
vel qui sit inuētus decetero ꝙ deus nō mā
det redire ad iudaismū. recipiat mortē a xp̄i
anis vl' a nobis et sic puniatus crudelissimis
penis vt intelligant quantū est exosum et ex
cōmunicatū malum quod fecit. et oīa bona
sua habeat rex taliter ꝙ heredes nec propo-
siti taliū ꝑsonarū non cōsentiant in tali erro
re. hec ibi. Scōo declarat̃ qua pena sūt feriē-
di ex lege p̄ ipsomet iudeos instituta. Vnd
in supradicto libro. xij. ti. ij. c. xvij. scribit̃. cō
stitutio quedam siue lex. quā iudei toletani
miserunt regi Sisyndo cuius tenoꝛ talis est
Noster domine potentissime ac honoratissi
me rex Sisyndo nos omnes iudei ciuitatis
toletane qui subscribere habemꝰ vel facere
signa infra in hac lege salutes nos recorda-
mur ꝙ bene et iuridice alio tempore nos cō
pellabatis ꝙ faceremus fedus et scriptū ex
precepto regis tulai qui iā transiuit ꝙ oēs
deberemꝰ obseruare et tenere fidē xp̄ianoꝝ
et sic nos omnes fecimus. Sed quia obsti-
natio nostre duricici et āntiquitas erroris pa
trum nostroꝝ nos impedit ne credamus
in dn̄o nostro ihesu xp̄o veraciter nec tenea-
mus fidem xp̄ianoꝝ firmiter. Ideo nūc spō
te et voluntarie respondemus vestre altitu-
dini sic pro nobis sicut pro nostris vxoribꝰ
et pro filijs nostris per hūc nostrū scriptū ꝙ
decetero non faciemus aliquā cōsuetudinē
iudeorum: iudeis. qui noluerint baptizari
nec habemꝰ aliquā societatē cū eis vllo mō
non cōtrahemus matrimonia cum aliq̄ nři
generis vsq3 ad septū gradū. non faciemꝰ in
cestum cū alqua muliere nostri generis nec
nos nec nostri filij nec nostraq3 generatio. s3
tam viri ꝙ femine decetero matrimonia cō
trahemus cum xp̄ianis non faciemus circū
cisionem nostre carnis. non obseruabimus
pascha nec sabbata sicut solebant obseruare
ceteri iudei nec alias festiuitates. non ꝑpara
bimus cibos secūdū coꝝ consuetudinē. nō
faciemus aliquā rem quā ħn̄t alij iudei in
vsu et consuetudine nec quomō ipsi viuūt s3
omnes credimus cum munda fide et cū ma
gna voluntate et cū magna deuotōne ihesu
xp̄i filij dei viui scd̄3 ꝙ euangelia et aposto
li mandant. Et illum confitemur et honora
mus. omnes tenemus hāc sanctā legē xp̄ia-
norum veraciter tam in diebus festiuitatuꝫ
q̄3 in matrimonijs et cibis et in omībꝰ alijs
moribus nec dolū aliquē nec aliquā rōnem
tenemꝰ contra eā ex nostra parte vt non im-
pleamus et faciamus omnia que ꝓmisimꝰ
De carnibus porci ꝓmittimꝰ obseruare ꝙ si
nō poterimꝰ comedere q2 nō habemus eas
in cōsuetudine semꝑ tn̄ oīa que cū eis cocta
fuerit comedemꝰ sine tedio et sine oī nausia
Et si aliq̄s de nobis inuentꝰ fuerit q̄ faciet
ꝯtra ea que supradicta sūt vel ꝯtra minimū
eoꝝ vel ꝙ ausus sit aliqua facere ꝯtra fidem
xp̄ianā. vel si moram fecerimꝰ in facīedo ea
que promittimus verbo seu facto iuramus
per illum met. patrem et filium et spiritūsan
ctum. qui est vnus deus et trinus ꝙq3 quē-
cunq3 omnium qui inuentꝰ fuerit transisse p̄
dicta vel aliquid eoꝝ ꝙ nos eum combure
mus vel lapidabimꝰ. Et si forte pietas vr̄a
voluerit eius saluare vitā statim sit facꝰ ser
uus et ꝙ detis ipsuꝫ et omnia bona sua cui
volueritis pro semper. vel ꝙ faciatis de eo
et de bonis suis ꝙ volueritis. non soluꝫ q̄
habetis potestatem regis sed quia vobis cō
cedimus per hunc nostrum scriptuꝫ. et istud
fedus et scriptum fuit factum mansacis. xij.
diebꝰ kalen. marcij ī. vi. āno quo vos regna
stis hebcabi. Ecce vidimus qua pena feriendi
sunt iudei redeuntes ad iudaicas cerimoni
as vel ad instituta eorum non solum ex lege
regia sed etiam ex lege per eos statuta. que
non minus debent obligare iudeos aliarū
ciuitatum et locorum totius regni ꝙ iude-
os ciuitatis toletane. cum illa imperialis
ciuitas ab antiquo nominetur nec maioris

conditionis sunt alij iudei alibi conuersi q̄ toletani. Credo q̄ si vera fieret inquisitio p̄ sertim isto tempore q̄ innumerabiles igni/ bus traderentur de his qui iudaizare realit̄ inuenirentur. qui si hic nō puniantur crudelr̄ q̄ publici iudei eternis ignib⁹ cremabunt.

Quō iudei recepturi sunt antixp̄m.

Sextus pūctus est videri quomodo iudei recipient antixp̄m et decipien tur ab eo. Erit eñ antixp̄s scđ3 san ctos nequissim⁹ q̄ nascet̄ in babylone siue generabitur de tribu dā. Vñ sup illud gen̄. xlix. via dan coluber in via. Beatus ysidor⁹ supra pentateucō dicit q̄ hoc intelligendu3 de antixp̄o et ꝓpterea illa tribus nō annu/ merat̄ in numero signatorum Apo. vij. sup quo dicit Beda. q̄ dan. ꝑtermisit q2 de illa tribu nascatur⁹ est antixp̄s. cuius aduentus vt ait aplus. erit scđ3 operatiōe3 sathane q2 totum faciet instigante dyabolo qui illū pos sidebit atq3 coꝑante. nec tñ ita possidebit cu3 ex toto vt veniatur ei sicut humanitati diui nitas in xp̄o. nec ita vexabit eum vt careat ra tionis iudicio alioquin non imputaretur ei quicquid ageret sicut furibundo. Comestor quidem dicit q̄ a principio conceptionis il lius dyabolus in vtero matris eius descen/ det cuius virtute deinceps alcetur puer et nas cetur et adolesce3. Sed dicunt alij et forte me lius et verius q̄ more ceterorū3 hoim a die conceptionis suē habebit angelu3 sui custo dem vsq3 ad annum discretionis tunc extol letur super omne quod dicitur esse de⁹ et an gelorū3 presidio penitus deserto occupabit eum dyabolus qui ideo tunc soluendus di citur. quia totam potestatem suam antiquā sibi relaxatam per illum exercet et pro volū tate sua inclinabit eum ad malum sicut pos sessor ad libitū suum trahit iumentum et in cunctis malis artibus instruet eu3. Cū ergo venerit iste ipi⁹ ātixp̄s filij israel q̄ ab alexā dro inter montes Caspios in plaga septē/ trionali super occianū vbi nunc est finis im perij magni. canis int̄ duo castra dicta gutb et magutb fuerunt inclusi vt refert magister hystoriaꝝ et scđm iosephū facto terre motu in ꝯspectu pricipis mōtib⁹ cadētib⁹ sup mō tes ibidē ꝑum mōtib⁹ ꝑtim muro indissolu bili et portis ferreis obserati q̄ adhuc ibi di cuntur esse incantati. nudi incedentes carni bus crudis et arborū fructibus viuunt et in maximo numero consistunt intm̄ vt scđm aliquos posset. xxiiij. regna implere. q̄ etia3 quadam celesti virtute et montium portarū et murorū firmitate et iperatoris de catayo sc3 magni Canis vel regine Amosonū mi litia obserati exire nequeunt. excepto dūta/ xat quia pro monstro ipe magnus canis ali quos de eis qñq3 portis apertis extrahit et mirabili gratia in exercitu suo secum ponit. Isti p̄dicto antixp̄o adiungent̄ virtute quo rum regnabit et erit monarcha potentissim⁹ Et congregatis alijs iudeis qui sunt per or bem dispersi veniens iherosolimā circu/ cidet se dicens iudeis se esse xp̄m ipsis in lege promissum xp̄m vero nostru3 fuisse decepto rem et magū. omnes itaq3 iudei accedentes et et adherentes confluent ad ipsum. q2 ipsi nimio desiderio feruent de aduentu messie per quem expectant a captiuitate liberari de cepti signis et electi promissis. et quia vide/ bunt eū omni prosperitate et gloria claresce/ re regesq3 subiugare. Ideo illi lōgo excecati errore eum tan q̄ verum messiam suum rea pient et vt deu3 colent. et tan q̄ rex et dñs ab ipsis metuetur. Et propterea apostolus. ij. ad Thes. ij. vocat eum hominē peccati. filiū perdicōis qui aduersatur et extollit̄ supra omne qđ dicit̄ deus. Aut q̄ colit̄ ita vt in templo dei ipe sedeat quod edificabit in ihe rusalem scđm quosdā vel vt verius loquar scđm alios ipse se dicet templu3 dei: ondēs se tan q̄ ipse deus sit. hoc est q̄ dicit beatus Aug. xx. de ci. dei. ca. xix. q̄ illud q̄ nos ha bemus de antixp̄o in templo dei sedeat. gre ci habent in templū dei sedeat: tan q̄ inquit aug. ipe sit tēplū dei. i. ecclesia. ex quo dicto accipit̄ argumētū q̄ ātixp̄s et ei fals⁹ xp̄ian⁹ et finget se vir3 ecclesiasticū accōmolati⁹ no/ cēdū q2 in tēplū di. i. i modū eccl'ie. ait aug. hoc idem vult sicācs⁹ de maronis in. iiij. di. xlviij. q. ij. allegās aug. vbi s̄. ipe etiā vt fa/ cili⁹ xp̄ianos et iudeos ad ritū suū attrahit: diē dñicū in fauorē xp̄ianoꝝ. et diē sabbati in fauorē iudeoꝝ faciet custodiri vt p3 in de/ cretis de cōse. di. iij. ꝑuenit. Sic g̊ p3 quō iu dei decipient̄ ab antixp̄o et quō recipiēt eu3 vt messiā suū et colent.

Quomodo cognoscent se per antichristū deceptos.

Septimus punct⁹ est scire quō iudei cognoscent se deceptos per antixp̄m et quomodo cōuertentur finaliter ad fidem catholicam. Notandū ergo q̄ postq̄ iudei receperunt antixp̄m tanquā messiam suum decepti ex his que dicta sūt in p̄cedēti pūcto tunc mittet deus ad eorum et aliorum multorum conuersionem helyam et enoch qd̄ erit inter occultum aduentum antichristi qui est per natiuitatem et manifestum eius aduentum qui est per predicationem et apertā persecutionem. Tunc ergo predicti helyas et enoch qui viui adhuc in paradiso terrestri reseruantur venient et manifeste se ostēdēt in hierusalem et incipit publice predicare ꝯtra antichristum destruentes eius ꝓcessū₃ et declarantes manifeste ei⁹ deceptiones et astutias dyabolicas. Ipsumq₃ corā omni pp̄lo arguent mendacem et fallacem ostendent. et aperient thezauros absconditos iudeis de veritate salutis fidei ihesu christi: et sic vt dicitur Malachie vltimo. Conuertēt corda patrum in filios. Glosa ad instructione₃ posteriorum de fide saluatoris in quem et ipsi crediderunt et corda filiorum ad patres eorum glosa. qui percipient fidem quam illi habuerunt. Unde iudei et christiani pari religiōe tunc in christum consentient. Sic ergo iudei cognoscentes se fuisse deceptos in christum credent pro ipso mori parati erunt vt dicit Methodius capitulo. xliiij. milia virorū ex omni tribu israel pro christo interfecti. De p̄dicatione autem helye et enoch et facta conuersione eorum scribitur Apoca. xi. Dabo duobus testibus meis sc₃ helye et enoch et prophetabunt idest predicabunt dieb⁹ mille ducētis sexaginta. glosa idest trib⁹ annis sicut ip̄e christus predicauit. amicti saccis. i. predicantes penitentiam et exemplum ostēdentes. hi sunt due oliue idest spiritu sancto vncti et duo candelabra idest lumen dentes alijs. Tunc videns antichristus se cōfusum et q̄ detecta est eius malicia exibit in publicam persecutionē et occidet eos in hierusalē et iacebunt corpora eorum in plateis tribus diebus et tribus noctibus et dimidio quia nullus audebit sepelire corpora eorū metu antichristi. vt quicunq₃ viderint timeant eis confirmari. Occisores autē eorum leti erūt propter mortem eorum. Sed post tres dies et dimidium resurgent et occisores audient voces angelorum dicentiū helyas et enoch attendite huc et ipsis videntibus ascendent in celum in nube et istud multum confirmabit iudeos conuersos ad fidem christi p̄ eos Sed et amplius confirmabuntur per mortē antixp̄i qui secundu₃ q̄ dicit glosa sup apostolum tribus annis et dimidio regnabit. Unde danielis. xij. Jurauit angelus per viuentem in eternu₃ q̄ in tempus scilicet vni⁹ anni. et tempora sc₃ duorum annoru₃. et dimidium temporis. i. dimidij anni sc₃ regnabit antichristus. et ide₃ dicit glo. q̄ hoc spacio dicitur desolatio duratura sub āntichristo Quare autem ita modicum regnabit declaratur a christo Mathei. xxiiij. vbi dicitur q̄ nisi breuitati fuissent dies illi non fuiss₃ salua omnis caro. super quo dicit glosa q̄ hec tribulatio quanto ceteris grauior tanto erit breuitate mediocrior. Et gregorius q₂ eni₃ et superb⁹ et infirm⁹ aspiciat eos dies quos singulariter mal⁹ intulit misericorditer breuiabit. In fine vero predicti temporis collocabit papilionem et solium suu₃ antichristus in monte oliueti. Et tunc dominus nr̄ ihesus xp̄s: vt ait Ambrosius ostendet se ei et interficiet eum spiritus oris sui idest virtute precepti sui. Ipso nanq₃ ihesu clamāte in aere morietur antichristus per michaele₃ vt dicitur fulminatus. maxima quoq₃ pars suorum vt legitur a michaele interficietur et hoc viso erit finalis et totalis conuersio siue confirmatio conuersionis iudeorum ad fidem christi. Et si queras vtrum occiso antichristo statim christus veniet ad iudicium dico q̄ non sed secundum glo. danielis. xi. concedentur. xl. dies ad refrigerium sanctorum et penitentiam subuersorum. Quantu₃ autem sit spacium inter istos quadraginta dies et finem mundi nemo scit. S₃ quid fiet de ministris antichristi qui remanserūt post eius mortem dicitur q̄ gaudebunt ducētes vxores et dicentes l₃ princeps nr̄ mort⁹ sit tamen habemus pacem et prosperitate₃. et cū talia dixerint repentinus super eos veniet interitus. et extunc ecclesia vsq₃ ad finem mundi conquiescet pacificata. quia extunc fraudulentia et seuicia dyaboli cessabunt. ¶ Uisum est ergo quomodo iudei cognoscent se deceptos et quomodo conuertentur finaliter ad fidem ihesu christi. Sed dicet aliquis nunquid hec finalis iudeorū cōuersio fuit a

pphetis prenunciata dico q sic. Et primo hec pnunciauit ysaias in.c.x. vbi sic habetur si fuerit populus tu' israel sicut arena maris reliquie conuertent ex eo. super quo dicit targū. Si fuerit ppl's tuus israel multus sicut arena maris residuū q necq peccauit vel q penituerit de peccato conuertet. glosa rabi. Etiam si fuerit israel sicut arena maris pre multitudine ego cflabo eos vt argentum et redigentur in modicum residuū. Residuū vero illius modicum conuertet ad bonum. Causa vero conuersionis in fine mundi ponitur in pereth beleus.c. Causa vero cōuersionis scriptum est abacuck.ij. qm adhuc visio ad terminum et loquetur ad finem et nō mentietur si tardauerit rex scz messias expecta eū quia veniens veniet et non tardabit. Et forte dices q nos sumus expectātes et ipse non immo sicut dictum est ysaie.xxx. ppterea expectat dn̄s vt misereatur vestri. ex quo igitur ipse est spectans et nos sumus expectātes qui retardat regula iudicij est retardans nos cur expectamus ad recipiēdū mercedem sicut dictū est ysa.xxx. Beati oēs qui spectent eū. dicit rabi. Cōsummati sunt oēs termini vel fines et non pendet res nisi in penitentia et in bonis operibus Rabi elyazar dicit si israel fecerunt penitētiā rediment. si aūt nō. non rediment. sed deus sanct' et bn̄dictus cōstituet eis regē cuius statuta erunt durissima sicut aman et reducet eos ad bonum. huc vsq talmuth transumptiue in pugione in parte finali.c.vlti. Secundo introducitur osee pphēta qui in ca.iij. scdm expositionem magistri Nicolai de lyra declarat duo. scz statū iudeorū ab ascensione xpi vsq ad finem seculi et eoꝝ conuersionē finalē De primo dicit dies multos expectabis me hoc dicit in signum q plebs iudaica spectaret messiā et adhuc spectat nō fornicaberis hoc dicit qz non seruiūt ydolis et nō eris cū viro.i.cū xpo a quo est mō sepata pꝑter suā incredulitatē. hic ē ille vir de quo dicit hier.xxxi. Femina circūdabit viruz gremio vteri sui sequit sz ego expectabo te. loquit in psona dei q expectat iudeorū finalē cuersionē csequēter hec ōdarat p pdigiale factū dicēs quia multos quasi dicat factum predictum designat q dies multos sedebunt.i. manebunt filij israel sine rege.i. sine pricipe sic videmus q nō hn̄t de se regem nec principē s alienis regibus et pricipibus seruiūt et sine sacrificio.i. sine altari quia nō possunt sacrificare extra ihrl'z a qua sunt expulsi et tēplū destructū et sine ephot.i. sine veste sacerdotali quia sublatis sacrificijs cessat vs' vestis et sine serephin idest imagini bus in quib' demones solent dare responsa apud iudeos non sunt talia ecce iudeorum status ab ascēsione domini vsq ad finem. Sequitur scdm scz iudeorum finalis conuersio et post hec.i. post iudeoꝝ abiectionem et execrationeꝫ reuertentur filij israhel scz ab errore suo. et querent dn̄m deum suum scz deuote et dd.i. dei filiū ihesum xp̄m et q sic debeat intelligi patet per translationem chaldaicā apud hebreos autenticam que sic habet. post hec reuertent filij israel et querent cultū dei sui et obedient messie filio dauid regi suo. Sequit in textu et pauebunt ad dominū scz ipsum reuerendo et ad bonum eius scz timendo declinare ab eo quod bonum est in oculis ipsi' et subditur tempus in nouissimo dieruz.i. circa finem mundi implebit istud Patet ergo quō finalis conuersio iudeorum fuit a pphetis pnunciata ac etiam inter mediū tempus.

Utrū certis iudicijs et quib' antichristi cognosci potest aduentus.

Octauus et vltimus pūctus huius considerationis vltime tercij libri ē an tempus anti xpi quo iudei sunt conuertendi potest determinate cognosci. Respondetur q presumptuosum est hmōi viatori quocūq modo hec velle inuestigare cum ipsa suprema veritas hec voluerit nos nescire qd beatus aug'.xviij. de ci. dei.c.lij. declarans dicit de antichristi tempore quō erit importune omnino queritur si etiaz nobis hoc voce prodesset. a quo melius quam ab ipso deo magistro interrogantibus discipulis diceretur non enim siluerūt inde apd eum sed a presente quesierunt dicentes: domine si in tempore hoc restitues regnum israel. At ille non est inquit vestrum nosse tēpora vel momenta que pater posuit in sua potestate. non vtiq illi de hora die vel anno; sed de tempore interrogauerunt quomō istō accepe n̄su. frustra igit ānos q remanēt

huic seculo cōputare vel diffinire conantur. cum hoc scire non esse nostrum ab ore veritatis audiamus. quos tamen alij quadringentos. Alij etiam mille ab ascensione dñi vsqȝ ad eius vltimum aduentum compleri posse dixerunt. quemadmodū autem quisqȝ eorum astruat opinionem suam longum est demonstrare et non necessarium. coniecturis quippe vtuntur humanis non ab eis aliqd certum de scripture canonice auctoritate pfertur. Omniū enim de hac re calculantiū digitos resoluit et quiescere iubet ille qui dicit non est vestrum nosse tempora vel momēta hec ille. Huic sententie Augu. concordat falsitas eorum qui tempus certum determinauerunt cum tam supradicti ꝙ etiam alij de quorum numero fuit arnaldus de villa noua qui in tractatu queȝ fecit de fine seculi determinat ꝙ antixp̄s erit venturus in quarto decimo centenario a natiuitate xp̄i. et patet ꝙ sumus iam vltra per. lxxxv. annos. Quidam etiam alius magnus predicator per orbem discurrens circa annum dñi. M.cccx. in sermone. Ecce hic positus est in ruinā declarauit tempore suo iam natū esse antixp̄m per plures visiones et exempla cuius oppositum patet. Unus alius parisiū. conclusionem posuit affirmatiuam ꝙ anno dñi. M. cccviij. et dimidio debebat apparere et publicari mundo et anno domini Millesimo ccc. lxviij. et dimidio erat nasciturus. patet manifeste in assignatione temporis aduēt? antichristi omnes istos defecisse et deficient quicunqȝ alij presumpserint predictum tempus assignare. Sed dicet aliquis diligēs scire licet tempus determinatum presumptuosum sit assignare. non tamen erit illicitum signa inquirere vt his cautiores reddantur fideles. Dico ꝙ verū est non tamē inquiri debent talia signa curiositate sciēdi. sȝ animo seipsum et alios edificandi in timore dei.

Sed nunquid aliqua talia inueniuntur certa propinqui eius aduent?. Dico ꝙ in sacra scriptura inueniuntur prenunciata nouem signa precipua propinquitatis aduentus antixp̄i. Primū signum est tocius mūdi generalis perturbatio de quo Daniel pphetauit in capi. xij. veniet tempus quale nō fuit ab illo tempore quo gentes ceperūt esse vsqȝ ad tempus illud. quod exponens xp̄s Math. xxiiij. dicit ꝙ erit tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi. et ibidem declarādo que erunt iste tribulationes. dicit ꝙ surget gens contra gentem et regnum aduers? regnum. pestilentie et fames et terremotus erunt per loca. terroresqȝ de celo etc̄. Secundum signum est sisma ecclesie crudelissimū de quo dicit apostolus. ij. ad Thessalo. ij. Qui tenet nunc teneat donec de medio fiat: super quo beatus Augusti. xx. de ciui. dei. capitulo. xix. dicit quid dixerit scilicȝ apostolus me prorsus fateor ignorare. et ibi recitat augustinus multorum suspitōes circa istud quidem enim dicunt ipsum paulū voluisse hoc dicere de romano imperio ad vitanduȝ calumniam. alij autem credunt neroneȝ antixp̄m futurum et resurrecturum. Alij autem nondum mortuum sed occultatum donec suo tempore reueletur et restituatur in regnū dicit tamen ibi Augustinus. ꝙ mira est sic opinantium temeritas. Sed istud dictū difficile ibidem pertractans dicit si non absurde intelligitur qui tenet scȝ imperium teneat donec de medio fiat idest tollatur de medio per antixp̄m ipsum iperium. vel aliter inqt. donec de medio ecclesie exeat ministeriū iniquitatis. quod scilicet nunc est occultuȝ. Ex prima āt expositione accipit argumentuȝ ꝙ antixp̄s pugnabit contra romanū imperiuȝ et tunc oportet ꝙ ille imperator sit fidelissimus qui resistit ei Ex secūda sequitur ꝙ malum illius persecutionis orietur ab ecclesia vt infra ipsam sit pri? pugna intestina. Has duas illationes ponit franciscus maronis in suis floribus de ciuita. dei capitulo quo supra. Et predicta malicia nihil aliud videtur esse nisi sisma grauissimum in ecclesia dei siue discessio a fide Istud est ergo signū precipuuȝ quod debet preuenire antichristū iuxta illud. ij. ad Thessa. ij. Nisi venerit discessio primum et reuelatus fuerit homo peccati filius perditiōis etc̄. quod exponūt doctores de discessione a fide. ꝙ aūt sit istud signum manifestatiuum eius aduentus patȝ quia postꝙ dixit. qui tenet nūc teneat donec de medio fiat statim subiungit et tunc reuelabitur ille iniquus. Tercium signum est multiplicatio viciorum de quo christus ait Mathei vicesimoquarto et quia abundabit iniquitas refrigescet charitas multorum et apostolus dicit. ij. ad Thimo. tercio cap. In nouissimis tēporib? istabūt tēpora periculosa et erūt oēs seipos amātes. cupidi elati

blasphemi. parentibus inobedientes. ingrati. scelesti. sine affectione sine pace. criminatores incontinentes. Immites sine benignitate. proditores: proterui. tumidi. voluptatum amatores magis quam dei. habentes speciem quidem pietatis. virtutem eius abnegantes. Quartum signum est neglectio siue contemptus sane doctrine de quo. ij. ad Thi. iiij. erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus et a veritate quidem auditus auertent. ad fabulas autem conuertentur. Quintum signum est perturbatio omnis prelature spiritualis et terrenalis iurisditionis de quo Danie. iiij: In tempore illo non erit princeps. neque propheta neque dux in populo meo qui scilicet obseruet veritatem vite iustitie et doctrine. Sextum signum est vindicatio diuinalis per flagellum et correctionem de quo Ezech. vij. Venit tempus prope est dies occasionis qui emit non letetur et qui vendit non lugeat quia ira super omnem populum. Septimum signum erit cessatio verbi diuini quo mentes obscure et tenebrose ad verum lumen gratie reducuntur. deuiantibus ostenditur salutis via et errantibus manifesta fit semita veritatis. hec omnia appropinquante tempore antichristi ob defectum diuini verbi de mentibus hominum disperibunt sicut notat beatus bernardus in suo euangelio eterno non in solo pane viuit homo. Allegent illud apo. viij. Et cum agnus aperuisset septimum sigillum factum est silentium in celo quasi media hora. Septimum namque sigillum vt dicit septimum est iudicium in ecclesia dandum. quid nam per celum nisi ecclesia dei exprimitur cuius equidem multitudo per conuersationem celestis esse deberet quid hoc silentium nisi defectio verbi dei. Nam et multi appareant predicare. verbum tamen dei adulterantes seipsos predicant non dominum ihesum christum. Sed non tamen hoc silentium merito media hora fieri dicitur quia inter perfectionem institutionis christi et sue radiose doctrine et vite. et difformitatem auersionis et dyabolice cecitatis qua auertet antichristus multitudinem christianorum post flagitia varijs modis quasi medius status est cum lumine veritatis silentium imponitur et vox ignorantie per facti euidentiam incipit exclamare sicut in gen. xviij. ca. de zodomitis et gomorreanis scriptum est. Clamor zodomorum et gomorreorum multiplicatus est. ergo morra enim cecitas et zodoma pecus silens interpretatur. Ex hac namque abysso ignorantie dei et malicie mundi successum sumet et prosperabitur antichristus sicut apoc. xi. capi. scriptum. est bestia. i. bestialis et crudelis. antichristus ascendet de abysso idest prosperabitur et successum habebit ex ignorantia mundi qui ne abyssus poterit appellari quia mundus tunc propter defectum diuini verbi ignorantia plenus erit in cunctis bonis propterea Job. xx. ca. ait dicat abyssus. et priuata ignorantia non est in me lumen scilicet alicuius necessarie veritatis hoc ibi. Octauum signum est dubitatio in fide et pullulatio erroris et deceptionum de quo dicitur prima ad thimo. i. In nouissimis temporibus discedent quidem a fide attendentes spiritibus erroris et doctrinis demoniorum in ypocrisi loquentium mendacium. Nonum signum est destitutio ecclesie ad tempus de quo propheauit iohannes apoc. xij. quod mulier. i. ecclesia fugit in desertum vbi alitur a deo per tempus et tempora et dimidium temporis. Hec nouem signa propinqui aduentus antichristi ex sacris scripturis colligere potui: videat et contempletur diligens lector si forte mundum in presenti inueniet aliquibus de predictis signis vulneratum. et recurrat diligentissime ad fortissimum defensorem ihesum christum dominum nostrum qui est turris fortitudinis a facie inimici cuius singulari presidio fides christianorum inuiolabilis sine fine perseueret.

Helin

¶ Incipit liber quartus de sarracenorum bello.

Qualiter ut deus tradidit dissoluto iam expin oportz in hoc libro quarto sarracenorum vires quid scz contra nostram fidei fortalicium possint. Pro cuius claro intellectu. xij. considerationes occurrunt intellectui pertractande. quarum prima erit de origine machometi. ¶ Secunda de vita et moribus machometi ¶ Tertia de qualitate doctrine et legis machometi. ¶ Quarta de fundamento legis machometi. ¶ Quinta de concordancia et discordancia legis machometi cum lege xpi in articulis fidei et sacramentis ¶ Sexta de morte machometi. ¶ Septima de successoribus machometi ¶ Octaua de bello sarracenorum per rationes contra nomen xpianum et contra veritatem vtriusque legis scz xpi et moysi ¶ Nona erit de bellis et triumphis sarracenorum et xpianorum per arma corporalia vsque in presens tempus ¶ Decima est de possessione terre sancte per sarracenos ¶ Undecima est de hijs ad que compelli debent sarraceni viuentes inter xpianos de iure et de hijs ad que compelli debent ex ordinatione regni ¶ Duodecima erit de fine legis sarracenorum et de eorum perpetua seruitute sub iugo xpianorum

¶ De origine machometi.

Prima consideratio huius quarti libri est de origine machometi que tribus explicatur articulis. ¶ Primus est de origine machometi quo ad genus et locum. ¶ Secundus de origine secte eius quo ad auctorem ¶ Tertius de origine vtriusque quo ad tempus.

¶ De origine machometi quo ad genus et locum

Primus articulus est de origine machometi quo ad genus et locum Circa quod notandum quod machometus originem traxit ex hismacle filio patriarche abrahe: ex agar ancilla. Iste hismael fuit ydolatra pessimus quem deus eiecit a domo paterna iussitque morari in deserto pharan gen. xxi. cap. vocatus Hic fuit palustus sagittarius infra eo. ca. Habuitque vexillum altissimum in quo scriptum erat superbia vite sub quo ipse militauit continue et innumerabiles homines ab eo decepti. Hic genuit cedar de quo gen. xxv: qui genuit hamel. qui tebich. qui hamessa: qui adech. qui aduc. qui adne. que machack. ydolatram pessimum. qui sacrificia fecit filio suo nisar vt patz in libris generationis mahunib. Iste nisar fuit secundus angelus sathane post hismaelem habens vexillum altissimum in quo scriptum erat vanitas mundi sub quo ipse continue militauit et innumerabiles ab eo decepti. Hic genuit muzar. qui alien. qui emosera. qui melich. qui vain. qui luije qui galibe. qui caph. qui mirra. qui coidai qui abdemenoph. ydolatram pessimum qui habuit artem hismaelis et vox illum nizans et claues omnium ydolorum mecz vt patet in libro generationis mahunib. Abdemenoph vero genuit abdemutaliph. qui abdalam. qui machometum ex enima vxore que fuit filia haijop. que concepit et peperit predictum machometum in villa quadam que dicitur ijtranp. que est prope mecham in arabia. Iste fuit tertius dyabolicus angelus pro confusione generis humani qui habuit vexillum altissimum in quo scriptum erat concupiscentia carnis sub quo ipse militauit vsque ad mortem Omnesque sectatores sui damnatissime sue secte nec mirum si pessimus fuit quia secundum apostolum si radix sancta et rami et per oppositum. Si radix pessima qualis fuit hismael et ramus salz machometus pessimus fuit. Et sic patet origo machometi quo ad genus et locum.

¶ De origine secte machometi quo ad auctorem.

Secundus articulus est scire quo auctore secta machometi originem habuit. Circa quod aduertendum quod predictus abdalla pater machometi habebat magnam familiaritatem et societatem cum quodam iudeo astronimo qui valde peritus erat in sciencia astronomie. Erat etiam doctus non solum in lege iudeorum. sed etiam xpianorum et accidit sic quod illo anno quo enima concepit machometum fuit magna siccitas per omnem terram arabie intantum quod terram non poterat arari nec seminari sic quod iam omnino deficiente pane nihil aliud comedebant nisi her-

bas et radices capitū. Cum vero venit tem pus quo emina peperit filiū p̄dictus iude⁹ aspexit et signauit concordanciam stellaruʒ et planetarū super natiuitatem pueri. et in / tellexit per illaʒ ꝙ puer ille debebat esse hō fortis et potens in regno et lege. Et cū hoc accidit abdolla non erat in terra illa. quia fuerat in iherusalem ad faciendū orationeʒ sicut tunc erat ꝯsuetudo Sed cum rediijt nar rauit sibi iudeus ille astronimus quicquid intellexerat de facto pueri et post hec dieb⁹ paucis elapsis mortuus fuit abdolla in ea dem villa de itarip. et eo tempore quo nat⁹ est machomet⁹ erant Arabiani et affricani in magno cogitatu quia nesciebāt certitudi naliter ad q̄ credentiaruʒ se attinerent si ad credenciaʒ xp̄ianorū vel iudeorū seu ad sectā arrianorū Et cū esset machometus quatuor annorū dixit iudeus astronimus menciēdo ꝙ venerant duo angeli et extraxerāt cor ma chometi et eo diuiso per mediū ꝙ extraxe / rant ab eo vnum coagulū sanguinis et de inde ꝙ lauerant eum multū bene cū aqua clarissima et pulcherrima et post hoc quod ponderauerant illud cū cordibus decē hoiʒ qui erant sue gentis. et deinde cum mille cor dibus alijs et ꝙ semper inuenerunt ꝙ cor machometi ponderabat plus q̄ omia alia et ꝙ vnus angelus illorū dixit alteri si istud cor fuerit positum in pondere cū omnibus cordibus omniū hominuʒ que sunt in ara / bia excedet in pondere omia alia. Et ille iu deus dixit menciendo ꝙ hoc dixerit sibi ar / changelus gabriel in visione. Cum aūt ma chometus esset octo annorū mortua matre. et auo ei⁹. Abdemutaleph cepit eū in custo dia Abutalip auūculus eius frater patris sui et hic Abutalip tradidit eū docendū pre dicto iudeo astronimo qui instruxit eum in sciencijs naturalibus et in legibus iudeorū et xp̄ianorū. Ex qua doctrina tunc habita ce pit ea que postea interposuit in illa mala se / cta quam cōposuit ad perditioneʒ animarū in eo credencium ordinatam. Additur etiā huic ꝙ cum esset machometus. xxv. annorū tendens in egyptum pro quibusdam mer / cancijs exercendis morabatur ibidem cum iudeis et cristianis ibi existentibus aliquo tempore anni. specialiter cum quodam mo nacho de antiochia cuius nomen erat io hannes quem in specialem amicū habebat qui erat hereticus et ab illo malo monacho habuit multa taʒ de noua lege q̄ de veteri ad defensionem sui ꝯtra iudeos et xp̄ianos quomodo disputaret cum illis quia quid / quid eum docebat predictus monachus to tum erat cōtra deum et legē eius ad moduʒ heretici. Fuit etiam discipulus Sergi mo / nachi. qui fuit hereticus arrianus. Hic Ser gius in errorem nascorij incidens dū a mo nachis fuisset expulsus in arabiam venit et machometo adhesit. Cunctꝫ de veteri testa / mento et nouo plura edocuit vt tradunt ex quibus satis patet vnde traxit ortum secta pestifera machometi quia a iudeo et mona chis hereticis et dyabolo principaliori ma gistro.

¶ De origine machometi et sue secte quo ad tempus.

Ertius articulus est de origine ma chometi et sue secte quo ad temp⁹. Et licet multi multa dicant tamē cōmuni⁹ tenetur ꝙ incepit circa finem temporis eracli dij qui imperauit post focam et habuit victo riam de filio cosdre circa flumen danubij et interfecit bestiam illaʒ que habebat capita septem et septem diademata et decē cornua de qua dicit̄ Apocalipsi. xij. Bestia illa fu it rex cosdre bestialiter viuens. habebat enī capita septem idest sex reges sibi subiectos et ipse erat septimus. Septem dyademata erant insignia regia illorū regum. Cornua decem erant decem acies in suo exercitu. Unde primo machabeorū acies ordinata ad bellandum vocatur cornu vbi dicit̄ ba / chides aūt erat in dextro cornu. Hic cosdre fecerat turrim argenteā in qua intermicanti bus gēmis posuit thronū suū ex auro. po / suit etiam ibi quadrigam solis et lune et p occultos meat⁹ et fistulas aquas adduxe / rat vt quasi deus pluuiam videretur infun dere et cum subterraneo specu equis in cir / cuitu trahētibus circūmacta turris fabrica moueri videbatur et quasi quodammodo rugitum tonitrui iuxta possibilitatem artifi cis mentiebatur Occisa est autē ista bestia per eraclium filio deuicto. quia noluit salu tiferis monitis cristianissimi principis ac / quiescere. argentum vero turris illius dedit militibus suis. Aurum vero gēmas idest vasa et reliqua vtensilia ad restaurationeʒ

ecclesiarũ quas tirãnus destruxerat reserua
uit. et lignũ sancte crucis quod pdicta bestia
in predicta turri tenebat iherosolimã repor/
tauit Unde ipse rapuerat vt patet in histo/
ria exaltationis sancte crucis. Circa finem
vero huius pclarissimi principis venit ma/
chometus et signatur tempus Apoca. xiij.
Ubi dicitur qui habet intellectũ computet
numerum bestie idest machometi qui besti
alis in vita sua fuit vt dicetur. numerus enim
hominis est et numerus eius est. dc. lxvi.
scilicet anni. Sz ad quid referatur iste nume
rus patet quod non refertur ad numerũ annoꝝ
vite ipsius quia non tantum vixit. sed sexa/
gintatribus annis vt patet in speculo histo
riali. pter quod alij dixerunt quod refertur ad
duratione legis eius que tm debet durare.
Sed hoc non videtur verũ quia lex illa fuit
data circa finem temporis eraclij vt dictum
est qui cepit imperare anno domini sexcente
simodecimotertio et imperauit triginta ãnis. a
fine aũt huius temporis vsque ad presentem
annum qui est. M.cccc.lxx. fluxit maior nu
merus vt patet consideranti. et tamẽ adhuc
durat lex machometi. pter quod alij dicũt
quod post mortem machometi lex eius fuit cor
recta per sapientes sarracenos et ab illa cor
rectione debet incipere numerus annoꝝ du
rationis legis illius. Sed hoc non videtur
pbabiliter dictum tum quia non diceretur
lex machometi. sed sapientum tum quia illi
sapiẽtes dicunt fuisse discipuli machometi
et sic eius correctio non fuit post dationem
a machometo per tempus notabiliter mag
nũ et sic ab illa iã fluxerũt vltra numerũ illũ
vt patet intuenti. et tamẽ lex machometi nõ
videtur ita ppinqua cassationi cum nouit
gens eius occupauerit fere totam greciam.
pter quod saluo meliori iudicio videtur
quod iste numerus annoꝝ sit incipiendus ab
incarnatione domini et terminandus in mor
te machometi. De quo prophetice loquitur
iohannes euangelista quod sic declarari pt
Nã ab anno incarnationis domini vsque ad
finem imperij eraclij fluxerunt anni sexcenti
xliij. vt dictũ est. et isti numeri simul iuncti
faciunt septingentos et sex annos quibus
oportet subtrahere annos quibus macho/
metus vixit cum eraclio. Aliter anni bis cõ
putarentur vt patet intuenti. Isti vero esti/
mantur pbabiliter fuisse. iiij. quia macho/
metus primo fuit pauper postea inualuit p
mercancias et postea per rapinas et fraudes
antequam attemptaret se regem facere et legem
dare vt dicetur quam legem dedit circa mor
tem eraclij. Et sic de vita machometi videtur
probabiliter fluxisse. iiij. anni ante tempus
mortis eraclij quibus demptis de septingẽ
tis sex remanent precise. dc lxvi. ab incarna
tione domini vsque ad mortem machometi
et secundũ hoc potest cõgrue hec littera pro
phetica exponi. Numerus enim hominis scilicet
xpi qui fuit perfectus sanctus et virtutibus
ab instanti incarnationis et numerus eius
scilicet machometi est. dc lxvi. quia tantus
numerus annoꝝ fuit ab anno quo dominus
factus est homo vsque ad terminum vite ma
chometi vt pdictum est. Sciendum quod liber
Apoc. fuit scriptus in greco vbi habentur
hec noia. Antumos. Arnoijme. Teuitarij
vbi nos habemus. dc lxvi. cuius significa/
tum pprium de antumos est ꝯtrarius quod
pprie conuenit machometo qui fuit et est
cõtrarius xpo. significatum pprium de ar/
noijme est nego. quia ipse negauit eius di/
uinitatem et ipsum esse filium dei vt infra
dicetur. significatum pprium teuitarij est sol
gigas. Dixit enim xpm non fuisse solem iusti
cie nec gigantem exultantem ad currendam
viam a summo celo sed significatũ accomo
datum istorum vocabuloꝝ est. dc lxvi. Ad
cuius intellectum sciendum quod sicut in latino
alique littere accomodate sunt ad significan/
dum numeros sicut littera. c. ponitur p centũ
l. pro quinquaginta et sic de alijs. Ita simi
liter in greco littere alique ponũtur pro nu/
meris et ille quibus scribuntur hec nomina
antumos etc. in greco significant hoc modo
dc lxvi. per quod in aliquibus biblijs poni
tur sic numerus enim hominis et numerus
eius est dic lux que dictio significat apud la
tinos numerum pdictum per litteras quibus
describitur. quia littera. d. ponitur pro quin
gentis. i. pro vno. c. pro centum. l. pro quin/
quaginta. v. pro quinque. x. pro decem et hec
simul iuncta faciunt sexcentos sexaginta sex
qui numerus cõpetit machometo modo p/
dicto et quia ista ponuntur velate et obscure
Ideo premittitur antedictum verbum hic
sapiencia idest res occulta. Et sic patet origo
machometi et eius secte quo ad tempus quia
incepit anno incarnationis dominice sexcẽ

tos sexaginta sex.

De vita et moribus machometi.

SEcunda consideratio est de vita et moribus machometi que tribus explicatur punctis. Primus est de vita machometi. fuit bestialis et libidinosa. Secundus est quod eius vita fuit ambiciosa. Tercius est quod eius vita fuit morbo epilentico monstruosa.

Quod vita machometi fuit bestialis et libidinosa.

PRimus punctus est quod vita machometi fuit bestialis et libidinibus plena. Unde machometus est illa bestia de qua prophetauit iohannes apoca. xiij. dicens. Et vidi aliam bestiam idest machometum. vitam voluptuosam que bestialis dicitur primo ethicorum habentem. quia fuit luxuriosus et libidinis ardore succensus. super omnes homines orientalis regionis iactans se solum supra quadraginta homines ex diuino munere virtutem generatiuam et coherendi potestatem habere vt scribitur historie orientalis ecclesie libro primo. ca. quinto qui aliter appellatur liber episcopi Achon. qui fuit auctor huius libri Posuit etiam machometus in suo alchorano azoara xlij. quod deus secum dispensauit de fornicatione et adulterio et sibi soli hoc concessisse Nam sicut certum est omnibus sarracenis machometus diligebat quandam que dicebatur maria iacobina quam presentauerat ei machoqueus rex iacobinorum. due autem vxores machometi scilicet vna dicta anosse filia hebehor nobilissima inter eas et abassa filia homor mouebantur zelotipia. que cum quadam die intrarent ad eum inuenerunt dictam iacobinam concumbentem cum eo et dixerunt ei decet ne sic facere prophetam qui erubuit et iurauit se de cetero non facturum et sic placate sunt ad iuramentum eius. Cum quod modicum tempus pertransisset non se potuit sustinere ab ea et fecit de hoc legem quasi ex ore dei reuelantis sibi. Et tunc dixit in alchorano in capitulo helmetcantem. quod interpretatur vetatio vel anathema. O propheta quid petis quod deus concessit tibi placari vxores tuas postules iam legem posuit vobis deus vt soluatis iuramenta vestra et iterum cognouit illam. et dixit quod deus dispensauit cum illo in iuramento et super hoc testes sunt michael. et gabriel. et dixit illi vna de vxoribus. O machomete deus festinauit in tuo desiderio voluit per hec dicere forsitan idest in colose tuo propriauit incestui. Et addidit nunquid deus precepit tibi huiusmodi facere cum etiam interipso hoc verbotenus de ceteris forsitan querit deus te placare per huiusmodi et appropinquare tibi Ipse vero duabus vxoribus totum legit quod sequitur in capitulo vetationis. et ait quasi ex persona dei. penitemini coram deo quia declinauerunt corda vestra quasi diceret de hoc quod calumpniate sunt eum de incestu sequitur quod continuo si forte deus vos repudiabit et dedit ei pro vobis vxores meliores sarracenas fideles. locupletes penitentes. adorantes. laudantes. agiles. et virgines. que audientes dixerunt penitemur. Simile fecit quando accepit vxorem zeiseb nutricij sui: dixit sentenciam que est in capitulo belizaheb. quod deus dixit ei tu scelas in anima tua quod deus propalat et formides homines sed iustum est quod deum formides cum enim iam respuerit zeiseb maritauimus causa tibi. O machomete et dixit zeiseb. Nunquid dixisti eam nuncia dei Respondit ve tibi. deus maritauit eam mihi. que postea iactauit se quod deus maritauerat eam. et non parentes eius sic ergo vt cooperiret luxuriosam vitam suam blasphemauit contra deum imponendo sibi quod dispensauerat secum in iuramento et fornicatione et adulterio. cum tamen ipsemet dicat nulum esse maius peccatum quam imponere deo mendacium. Item infra in alchorano azora. lxv. dicit quod paradisus suus habet irriguos ortos. et vxores et concubinas virginesque pulcras. et ciphos aureos et argenteos et commestilia optima Unde in libro de doctrina sua qui est autenticus apud eos dicit quod primum ferculum paradisi erit iecur piscis albi cibus summe delectabilis. Consequenter fructus arborum concludens quod ibi cuncta essent frustra si voluptas luxurie non sequitur. Item in suo alchorano capitulo de baca concedit zodomiam tam cum masculo quam cum femina propter quod solum igne celesti deberet dirimi secta sua. Patet ergo ex omnibus supradictis quod vita macho-

meti fuit vita bestialis. quia fuit luxurios⁹ incestuosus. adultere et in crimine pessimo maculatus.

Qđ vita machometi fuit supbissima et ambitiosa.

Ecūdus punct⁹ est ꝙ vita machometi fuit vita ābitiosa. q̄ ex inordinata ābitiōe dominādi ascēdit per gradus malicie velud alter lucifer vt fieret rex bistmabeluta⁊ cū cū in prima etate sua esset mercator. et frequēter ꝑgeret cum camelis suis apud egiptū et palestinā cū iudeis et xp̄ianis cōicās. nō solū nouū testamētū et vet⁹ didicit. ſʒ et magis ꝑfectissim⁹ est effect⁹. et cū curro canā ingrederet̃ ꝓuinciā cui⁹ prouincie dn̄a tadiga vocabat̃ et diuersas species quas machometus secū attulerat dicta dn̄a miraret̃ cepit et dicta mulier familiari⁹ adherere ꝙ machomet⁹ in cātationū suarū virib⁹ cepit paulatī inducere in errorē dicebatq̧ se eē messiā quem iudei adhuc expectāt futurū. suffragabant̃ quoq̧ verbis ipi⁹ tā in cātationū prestigia ꝙ caliditatis eius ingenia copiosa. q̄ opinione nō soluʒ dicta mulier ē decepta ſ; oēs iudei ad quos fama ei⁹ ꝑtingere potuit ad eū cū sarracenis tāta rerū nouitate attoniti cateruatim cōfluebāt quib⁹ cepit leges nouas fingere et eis tradere adhibēs eisdē legib⁹ testimonia noui ac veteris testamēti q̄si quedā colorē sui veneni. Ulus ꝯsilio illi⁹ pessimi. Sergij monachi heretici arriani. quas leges bismabelute seu sarraceni suas appellant eūq̧ suū legislatorem esse fatent̃ Prefata q̧ mulier vidēs hominē iudeo⁊ et sarraceno⁊ pariter testimonio approbatū pōpa. et sequella volatū. existimabat in eo diuinā latere maiestatem et cū esset vidua accepit eū sibi in maritū. sic ꝙ machomet⁹ tota⁹ illius ꝓuincie obtinuit principatū. et incepit esse diues et potēs secūdū ambitionē sui desiderij trāsiuitq̧ dissimulat⁹ in hispaniam anno vltimo regis. Richardi et venit in ciuitate Cordubeñ et ꝑdicauit ibidē suā malā. doctrinā dicendo ꝙ ihes⁹ xp̄s fuit nat⁹ de virgine ope sp̄ussā cti ſ; tñ ꝙ nō erat de⁹. Qđ cū audiuit beat⁹ pr̄ ysidor⁹ archiep̄s hispaleñ qui tunc veniebat de curia romana· stati misit hoīes suos ad ꝑdictā ciuitatē vt eū vinclatū sibi adduceret. Sʒ diabol⁹ apparuit sibi et dixit ꝙ recederet ab illo loco et statī exiuit et fugiēs nauigio trāsiuit in affricā in qua et i arabia decepit innumeras gētes. qui oēs ei adherētes ꝑsa⁊ regnū infestare ceperūt. totumq̧ imperiū orietis inuaserūt. tn̄q̧ ꝑualuit horū multitudo ꝙ eracli⁹ impator resistere nō potuit. Uñ coact⁹ est oīa sacra q̄ erant in iherusalē et ꝑ̄cipue ꝑciosū lignū scē crucis apud Constātinopoliʒ apportare. Jā enī ꝑ̄ sic cū arabib⁹ et alijs ꝑdictis natiōib⁹ ꝯiuncti duce machometo siriā occupauerant et maximā pteʒ palestine qđ fuit impij eraclij anno. xx. Quō aūt tā subito tantā gētiū multitudinē potuit ad se trahere inter cetera vsus fuit quadā astucia vulpina Cū em̄ videret ꝙ a ꝑdictis natōib⁹ tanq̄ summu dei ꝓpheta et nūcius coleret̃. cepit ardētissima ābitione grādia cogitare in corde suo scilicʒ quō posset eē ꝯtrari⁹ romano⁊ impatori. et quō posset gētes a dn̄io suo subtrahere. Et deindē cū suis deceptōib⁹ pugnauit virib⁹ suis ꝓmouere oēs pp̄los ꝑdicta⁊ gentiū in hoc facto. oñdendo eis quō erāt oppsi grādi et amarissima seruitute in dādo reddit⁹ et tributa sine mō romanis. Et ꝙ ꝓpterea venerāt iā ad magnā paupertatē et miseriā et ꝙ ab hoc dāno et periculo futuro poterāt exire per vim et timorem et per potestatem multa⁊ gentium. et vetare tributa ac seruitutem tollere affirmauit tamen eis principatum tenere nō posse nisi xp̄iano⁊ fide omnino diuerterent. suisq̧ documenta seruarent. Simulansq̧ vt predictum est aliquid diuini numinis in se habere. et prestigijs mult⁹ per ipsum ostensis homines decipiens propheta maxim⁹ ab omnibus in dicto populo habebatur iudeos etiam multos vt dictuʒ est ita decepit vt ipsuʒ crederent esse suuʒ messiam Et sic accidit ꝙ postq̄ ꝑdictis suggestionibus commouit predictas gentes. misit eraclius imperator nuncios suos pro colligendis tributis in affrica. Quod cum sciuit machometus exiuit ad eos cum illis quos commouerat. dixitq̧ eis ꝙ nolebant dare imperatori romano⁊ tributa. et deinde pugnauit cum illis et interfecit illos. Et tūc eleuatum est cor eius et venit in arabiam et in siriā et i mesopotomiā quas suo dn̄io subiugauit Et deinde ꝯquestauit ceteras ꝓuincias circūquaq̧ plus deceptionibus q̄ viribus. ciando eos ꝙ pugnarēt defendere

se a romanis vt ab eoꝝ seruitute liberentur quod et fecerũt. Et tunc somniauit eraclius imperator ꝙ parui mures nascebantur in affrica qui rodebant fimbrias vestimenti sui. et post hec cũ cognouit ꝙ machometus cum ei adherentibus occiderãt nũcios suos in affrica et ꝙ nolebãt dare cõsueta tributa ꝯgregauit magnũ exercitũ. et misit cũ eo theodorũ fratrem suũ qui tenebat imperiũ oriẽtis de manu eius vt pugnaret cũ illis rebellãtibus in affrica et reduceret terrã sub suo dñio Cũ ergo p̄dictus theodorus venit in affricã pugnauit cum illis et fuit permitente deo victus ab illis et fugit qui satis afflictus rediit ad p̄dictum imperatorem. et narratis omnibus qui occiderant petiuit iterũ maiorem exercitum vt iret ꝯtra illos rebellatos. et tũc imperator narrauit sibi somniũ muriũ quod viderat nec propter hoc dimisit exercitũ suũ mittere ymmo maiorem ꝙ prius cũ eodem theodoro destinauit Sed licet romani essent multi quando puenerũt in terrã illam et viderunt potestatem machometi et audaciam quam secum habebat dubitauerũt multum de eo et pauore magno cõcussi voluerũt se retrahere ad quoddã castrũ quod dicebatur gabatin. qđ cum sensit machometus venit post eos plures eoꝝ occidendo et vulnerando. Romani vero videntes ꝙ sic moriebãtur pusillanimitate resumptis viribus cõuersi sunt ad eos et habuerũt ibi pliũ magnum sed finaliter victi fuerunt romani et occisus theodorus frater imperatoris. Omnesq; ibi perierunt paucis exceptis qui in montibus se absconderũt et ex tunc sublatũ fuit romanoꝝ dñium in affrica et iugum seruitutis affricanoꝝ cessauit. Cũq; ergo viderunt Agareni ꝙ deuincerant romanos vltra modum facti leti redierunt ad terram sirie et venerũt in ciuitatem damasci que ab antiquo fuerat capud regni xp̄ianorũ et ibi de beneplacito et voluntate omnium predictoꝝ eleuatus fuit in regem machometus quia multum eũ diligebant et appreciabantur. quia sic extraxerat eos de seruitute romanorum et regnauit. x. annis hec ex generali historia hispanie. Ex quibus manifeste patet quomodo vita machometi fuit ambitiosa. quia vt efficeretur rex et dominus et vt haberetur tanꝙ verus propheta dei fuit totum studium vite sue.

¶ Quod vita machometi fuit morbo epilentico monstruosa:

Ertius punctus est ꝙ vita machometi fuit morbo epilentico mõstruosa. Sicut enim vilis machometus libidinibus et ambitionibus fuit plenus. sic etiã vt eius turpitudo anime ostenderetur exterius monstruosus fuit in corpore: laborans caduco morbo siue epilentico et cum die quadam p̄sente. Cadica regina vxore sua caderet in terra spumãs velud porcus illa cernẽs nõ modicũ tristabatur eo ꝙ homini impurissimo iunctã matrimonio se videret. quam ille placare desiderans surgens eam talibus sermonibus demulcebat. dicebat enim cum gabriele archangelo se habere colloquium nec vultus eius ferre posse splendorem: sed in eius aspectu mirifico virtutem carnis omnino deficere. et ꝑpter hoc ipsum cadere oportebat. vt cũ hec dixit laborauit vt suis incantationibus et magicis artibus ac diabolo concurrente quo dirigebatur facere aliqua mira que miracula videbantur an̄ illam. Et quia aliquo modo teste scriptura diabolus in angelum lucis se transfigurat diabolus intrabat in eo et faciebat ei aliqua creatura futura p̄dicere et per istum modũ decipiebat gentes Credidit ergo p̄dicta mulier eius falsis assercionibus et illusionibus crediderunt et alie supradicte nationes eo ꝙ gabriel archãgelus sepe a deo ad sanctos hoĩes destinatur ꝙ ex ore gabrielis archãgeli machometus leges illas susciperet quanuis eis obseruanciam imparabat.

¶ De qualitate doctrine et legis machometi.

Ercia cõsideratio est videre qualis est lex machometi Et licet ex superioribus satis clareat ꝙ homo tã bestialis et immũdus nõ potuit dare nisi legem sibi correspondentẽ. Uerumtñ vt fideles cognoscant falsitatem eius et quomodo nõ est lex dei sed diaboli septem passibus explicatur. ¶ Primus erit de modo fallaci ꝙ dedit legem suã populo ei credenti. ¶ Secũdus de erroribus sue legis. ¶ Tercius de fatuis sue legis fabulis. ¶ Quartus de malicijs sue legis ¶ Quintus quomodo nulle miraculis fuit confirmata ¶ Sextus quomodo est lex cõ-

tradicionis. Septimus q̄ in pluribus est per hominem reuocata et a diabolo tan-q̄ a principali actore constituta.

De modo quo fuit data lex machomeci

Primus passus est videre modum quo secta ista machometi fuit data Circa qd̄ notandū est q̄ sicut fertur est libellus quidem in partibus trāsmarinis de ei⁹ fallacijs in quo legitur q̄ ip̄e volēs sibi cōsiliare animos populoꝝ dicebat se esse prophetā ad eoꝝ salutem diuinit⁹ destinatū vz vt legem iudeis et cristianis datam quinimis rigida erat et seuera miciorū preceptorū promulgatione temperaret et vt ei⁹ missioni adinstar moisi attestari quedam signa et ꝓdigia videret assignata die ad certū locum ppl'm cōuocauit legem diuinit⁹ missā in signis et ꝓdigijs accepturū. tunc eo sermocinante ad populū colūba candida que in vltimo loco erat ad hoc fallaciter edocta euolās super humerū ei⁹ stetit et in ei⁹ aure iuxta morē solitū grana in aure reposita comedens verba legis ei suggerere videbatur Thaur⁹ quoq̧ similiter ad hoc ap̄m cōsuetudine quadam edoct⁹ vt de manu eius pabulum acciperet ad vocem eius corā pp'lo venit et quasi noue legis mandata celitus missa que ip̄e cornibus ei⁹ alligauerat detulit. Sed et vasa quedā lacte et melle plena: que ipse in certis venis terre artificiose ac latenter immiserat quasi per diuinā reuelationē fecit effodi et ꝑpoulo velud in signo future habundancie q̄ per eiusdē legis obseruāciam mereref ostendit. Sicq̧ miraculis et magnalib⁹ diuinis cōgratulantes et acclamantes sedux̄it atq̧ ad legem suā q̄si diuinā recipiendā pertinaciter animauit

De erroribus legis machometi:

Secundus passus ostendit errores legis machometi. Unde oīm antiquoꝝ feces quas diabolus sparsim seminauerat simul in machometo et eius lege recollegit ac renouauit. Ipse nāq̧ cū scabelio negauit trinitatē personaꝝ in diuinis Secūdo docuit x̄p̄m esse purā creaturā cum arrio Ūn̄ et Sergius monach⁹ qui fuit magister machometi vt dictum est fuit hereticus arrian⁹. Tercio asserit q̄ iudei non occiderūt x̄p̄m s; quēdam ei similem et in hoc cōuenit cū manicheo. Quarto dix̄it q̄ de⁹ trāstulit x̄p̄z ad se s; apparebit circa finē mūdi et occidet antex̄p̄m et postea faciet eū de⁹ mori. et quia negat x̄p̄i passionē omnia sacramenta ecclesie que a passione x̄p̄i sumpserūt efficaciam et in hoc conuenit cum donatistis hereticis. Quinto dicit q̄ demones possunt saluari ꝑ alchoranū et q̄ ip̄i audito alchorano multi ex eis facti sūt sarraceni et in hoc aliqualiter imitatur originē q̄ dix̄it q̄ adhuc demones saluabunf. Sexto dicit q̄ qn̄ de⁹ misit pro eo gabrielē q̄ ipse iuit ad deū et de⁹ imposuit ei manus et tantā frigiditatē sensit ex tactu manus dei super humeros eius q̄ frigiditas ꝑuēit vsq̧ ad medullā spine dorsi et in hoc cōuenit cū acronio forti q̄ posuit deū corporeū. Septimo dicit spiritū sanctum eē creaturā et in hoc cōuenit cū machedonio. Octauo dicit q̄ aliqui angeli facti sunt demones quia noluerunt adorare adam et in hoc oīno neminē imitaf Nono ponit q̄ vltima hominis beatitudo est in cōmedendo et luxuriando et in vestibus preciosis et in ortis irriguis et in hoc cōuenit cum cherinto heretico et cum quibusdā paganis Decimo ponit in capitulo de mensa q̄ familia sua nihil oīno valet nisi cōpleat legē et euangelium et librū sibi reuelatū sc; alchoranum: et sic docuit gētes iudaysare. et ideo docuit circumcisionem esse tenendā et in hoc conuenit cum vierne heretico. Undecimo docuit indifferenter accipere vx̄ores alioꝝ et in hoc videtur cōuenire cū nicholaitis hereticis. Duodecimo docuit licitum esse habere plures vx̄ores cōtra apostolū primo coꝝ. vij. et contra constitutionē ꝑfecte legis nature erūt duo in carne vna gen. ij. et in hoc cōuenit cū nazareis hereticis licitū ponentibus in noua lege articulū de pluralitate vx̄oris. Xiij. docuit vti lotionibus pro baptismatibus in remissionem peccatoꝝ cōtra ap'lm ad ephe: iiij. vna fides vnum baptisma et in hoc cōuenit cum nouationis et donatistis hereticis baptisma reiterantibus Xiiij. docuit licitum esse zodomiam tā cum masculo q̄ cū femina vt patz in alchorano capitulo de vacca. et in hoc cōuenit cū zodomitis hereticis licet sarraceni palient hoc quibusdā bonestis ex̄positionibus Hec autem fuit tota in

tencio machometi vt scilicet resecaret quic-
quid erat arduū in credendo et quicq̄d erat
difficile in operando. et cōcederet cōmunia
ad que inundant homines proni erant et ma
xime arabes scʒ gulam et luxuriā et rapinā
de virtutibus aūt puta de humilitate vl' de
pace. vel abstinencia. vel de caritate dei et
proximi vel de vltio fine nihil notabile dixit
et quia de omnibus his poterat eius facul
tas et malicia dephendi tam per nouū q̄ p
vet' testamētū q̄ etiā p dicta philosophorū
qui de virtutib' et vltimo fine hominis tra
ctauerūt mādauit oīno q nihil crederet qđ
esset contrarium huic legi sed qui aliud cre-
deret occideretur.

¶ De fatuitatibus et fabulosis legis ma-
chometi.

Tercius passus est de fatuitatib' et
fabulosis dictis legis et doctrine
machometi. Ex quibus satis apparebit qđ
nō est lex dei. Nō em̄ lex dei fabulosis et ri-
diculosis edificat' que pocius cōueniūt ho-
minem in risum q̄ in deuotionē talis ē lex
machometi vt certum est omnib' eā legenti
bus. et de multis quedam pauca lʒ magis
notabilia referant'. dicit' enim in capitulo de
lenemelle q interpretatur formica q Salo
mon cōgregauit magnū exercitū angelorū
videlicet hoīm et animaliū. et qñ ibant in-
uenerunt fluuium formicaꝝ et tunc formica
dixit. O vos formice introite in habitacula
vestra ne interimat vos Salomon et mili-
tes eius et subrisit formica. Et post pauca
quādo re assignabant' oēs aues in exerci
tu iumentū ē q deerat vpupa et dixit Salo
mon. quid ē q hic nō video vpupā puniā
illam et decollabo eam vel assignabit ratio
nē quare defuit et stetit vpupa nō multum
lōge et ait didici q vos nescitis et veni ad
vos de sabea cum veris rumoribus inueni
si quidē mulierem regnantē inter eos et cō-
pen populū suū colere solē absq3 deo. Itē
in capitulo delchamar quod dicit' in tempe
lune appropinquauit luna hora et fracta est
luna quod exponentes doctores eoꝝ dicūt
q machometus stabat cū socijs suis et cū
videret lunā appropinquātē coniunctioni di
xerūt ei oñde nobis aliqđ pdigiū. et tūc ipe
innuit lune duob' digitis scʒ indice et medio
et tūc fracta ē in duas ptes et vna medietas
cecidit supra mōtem elkaijs qui imminet
ciuitati mecque ex vna pte et alia medietas
sup aliū qui mons rube' appellat' situs ex
alia pte ciuitatis. et cum sic fracta esset luna
venit et intrauit manicā camisie machome
ti et ipe integrauit eā. Itē i capitulo seba dr̄
q vermis indicauit morteʒ salomonis vbi
dicit glosa q salomon dū staret innix' sup
baculū suū subito tantus dolor eū arripuit
q expirauit nec tamen corruit diuino mira-
culo demones aūt qui ei seruiebāt videtes
eum stare credebāt eū viuere et nat' est qđā
vermis de terra et corrosit baculū cui innite-
batur. et tunc fracto baculo corruit salomō
et cōcurrerūt de demones et inuenerūt eum
mortuū et extūc ceperunt hominib' nocere
pposse. Iteʒ ipe machometus in libro narra
tionū reddit causam quare vinū sit illicituʒ
et dixit q deus misit angelos duos in terrā
vt bene regnarēt et iuste iudicarēt et fuerunt
isti angeli Aroth et maroth. cūq3 venisset
mulier que habebat causam inuitauit eos
ad prandiū et dedit eis vinuʒ bibere. quod
eis deus mādauerat ne biberēt et inebriati
requisierunt eam de luxuria et psensit hoc p
cto q vnus doceret eam ascendere in celum
et alius descendere. Cūq3 eā docuisset ascē
dere in celum et deus illā videret audita eā
et modo fecit eā luciferʒ q esset ita pulcra in
ter sidera sicut erat in terra inter mulieres.
Data aūt occasiōe angelis qui peccauerāt
vbi vellent puniri hic vel in futuro elegerūt
magis puniri in pſenti q̄ in futuro et tunc
deus suspendit eos per pedes in puteo ba-
bilonis cum cathena ferrea vsq3 ad diē iu-
dicij. Hec et similia multa cōtinent' in pdi-
cta lege p que qlibet sapiēs potent cognos
cere fictionem q nullo modo sit lex dei. Nō
em̄ lex diuina consueuit loq hoībus p tales
fabulas. sunt em̄ sequentes machometum
illi de quibus pphetauit paul' a veritate q
dem auditum auertent ad fabulas aūt con
uertentur. Item dicit in libro narrationū q
celum creatum fuit de fumo et fum' de va-
pore maris et mare de monte quodam qui
vocatur caph q angit totū orbeʒ et sustinet
celū. Dicit etiā q sol et luna erāt equalis lu
minis et virtutis et nō erat distinctio iter diē
et noctē quadā aūt vice volebat gabriel et
accidit vt ala sua tāgeret lunā q obtenebra-

ta est sicut nō cernimus. Preterea dicit ꝙ natus ē sus de stercore elephātis et mus de stercore porci et catt⁹ de frōte leonis. qđ narrat in hunc mundū Nā cū esset noe in archa cum filijs et animalibus qñ ibant ad secreta nature inclinabaṫ archa et maxime cum ibat elephas et cum vehementer timerent cōsulit noe dn̄m qui ait vade et inclina celū eius ad foramen stercorante et fecit sic qui et stercorisauit et natus est sus grādis satis de stercore elephantis Cuž aūt rostro forsorio grouolaret feces vt solet natus est mus et cepit rodere tabulas arche et tunc maxime timuerūt et cōsulto dn̄o noe percussit leonē in frōte et egressus est catt⁹ per nares ei⁹ et hec est causa vt dicit quare caro porci sit illicita Dicit iterū in eodē ꝙ de⁹ in fine mūdi occidet omnē creaturā etiā angelos et archāgelos et nihil remanebit viuū nisi de⁹ et mors que ē quidē angelus qui dicitˀ adriel. et tūc pcipiet de⁹ adrieli ꝙ occidat seipm quo facto dn̄s insulcabit voce grandi et dicet vbi sunt satrape mūdi et principes et post hoc resuscitabit omnia. Ipse etiā machometus scripsit librū vbi posuit duodecim milia verba stupenda et cū admirātes quererēt virū omnia illa essent vera Respondit ꝙ solum tria milia veritatē habebāt omīa alia falsa erant. Cum igitur in pdicto libro aliquid falsitatis dephenditˀ dicūt sarraceni ꝙ hoc dicit machomet⁹ quia nō erant omia vera et istud est de illis residuū totū semp in suo robore perseuerat. ita etiam faciūt sarraceni de alchorano quia cum multa falsa in eo et mendacia cōpzehēdantˀ tamē ppter quedā vera que cōtinet quasi verbū dei ab eis tollitur Non est sic de euangelio xp̄i quia si in eo vnū solum verbum falsum inueniretˀ qđ absit de euāgelio vt dicit Augustin⁹ causa iusta esset ꝙ totū euāgeliū friuolū reputaretˀ et vanū quia modicū fermentū corrūpit totam massam secundū apostolū et hinc est ꝙ litterati et magni sapientes inter sarracenos nō adhibent fidē sed fictionem doctrine adiecerūt in pdicto libro. Cui⁹ sunt duo signa Primū ꝙ renuūt disputare cū alijs sapientibus publice Secundū ꝙ nolūt adduci alchoranū in publicū et dolent vehementissime cū ab alijs legitˀ et nullomō vellēt ꝙ in linguas alias et litteras trāsferretˀ. Sam⁹ ei ꝙ verum aurū nec lumen timet nec ignē

Et ideo quia xp̄iani de veritate cōfidunt q̄ fortissima est et manet in eternū libenter cū alijs nationibus de euangelio cōferūt gaudentq cum ab alijs nationibus creditur et desiderant ꝙ omnibus publicetur et in linguas alias trāsferatur et nō solū scripturis sed etiam picturis et colaturis publice xp̄i passionem ostendunt ꝙ ab alijs nationib⁹ ludibrium et ignominia reputatur.

¶ De malicijs legis spurcissime machometi

Quartus passus est de malicijs legis machometi Cum deus sit sūme bonus et optim⁹ fac optima adducere secundū dionisiū si mala continet lex aliq̄ constat illam non esse a deo talis est lex machometi vt patet per totum alchoranū Dicitur enim in capitulo elbacaph et etiam in capitulo elcem quod interpretatur demōes ꝙ ipsum alchoranum placet demonibus et in eo delectantur. demones aūt sunt praui et damnati in voluntate quibus nō placet nisi quod malū est igitur alchoranū est malum Preterea alchoranum est causa omniū malorum vt occasionis et rapine et periurij et huiusmodi qui quidem mala sunt. Alchoranum non solum permittit sed mandat occisionem nec est excusatio ꝙ mandat ꝙ occidantur increduli. Dicit enim sine dubio ꝙ fideles non debent occidere fidelem. ipsos aūt infideles pcipit occidi nisi soluāt tributū ergo soluere tributū est integra causa ꝙ occidantˀ vl̄ nō occidantˀ Preterea sicut vt in Alchorano in plurib⁹ locis legitˀ nullū est maius malum ꝙ imponere deo mendacium. Alchoranum autem deo imponit mendacia multa preter illa que dicta sunt superius que omnia redundant in deū quomō ergo alchoranū est sermo dei vt dicunt Possum⁹ aūt ostendere plura alia. Nā in caplo elenphaal quod interpretatur lucra dicitur ꝙ lucra sunt dei et nūcij. et ꝙ debet deo quintā ptē de his qui lucrantˀ. Sed nunqđ de⁹ est ita mal⁹ ꝙ pmittit rapinā vt inde insequtur ptem suam scz quintā partem. An ē ita paup ꝙ nō hz vn̄ alat paupes suos scz viduas et pupilos et peregrinos de quib⁹ ibi loquitˀ nisi pmittat rapinā vt inde lucretur. Certe iā fecit machometus deū cōsortē sibi in malū quē nō pōt habere cōsortē in bono

Quod aũt precipiat rapinã patet ꝑ alana: iiij vbi loquitur sarracenis in hunc modũ viri boni deum timentes factis per que vosipsi propinqui sui sitis studeatis ipsiusq; nomine vsq;quo vos meliores et clariores effici amini predatores et expugnatores estote. Propterea licet alchoranum aliquomõ prohibeat rapinam vel periuriũ vel quedã alia mala tamen ipsa prohibicio est quedam ꝑmissio dicit enim ne faciatis talia mala qui deo non placẽt sed si feceritis ipse est misericors et miserator quia indulgebit vobis de facili. De rapina autem nihil mandat vnq̃ ꝙ restituatur nec ipsi talem consuetudinem habent. Sed sufficit sarraceno ꝙ dicat non ẽ deus nisi deus et machometus est nuncius eius. De periurio vero expresse dicit in capitulo elemende ꝙ interpretatur mẽsa nõ imputabit vobis deus fraudacõnem iuramẽti sed moderacõnem eius quasi dicat periurium nõ obligat ad culpã sed ad penam et postea subdit pro trãgressione vero eius decem miserorũ cibacio seu eorũ vesticio aut vnius captiui redemcio q̃ autẽ hoc non valet tribus diebus ieiunabit. Ex istis sequunť omnia mala non enim timẽt rapere vel fraudare nec periurare nec seruẽt fidẽ tamẽ cristiani tenẽt ꝙ fides seruãda ẽ hosti et ẽt ĩ fideli. Ex supradictis satis patet ꝙ lex machometi non est lex dei ex quo multas continet malicias et multa falsa et criminosa

Quod lex machometi nõ ẽ ꝯfirmata miraculis

Quintus passus ẽ ꝙ lex machometi non est ꝯfirmata miraculis. Ex quo quicũq; sani intellectus poterit aduertere ꝙ nõ ẽ lex dei. quãdo enĩ moysẽ misit deus ad pharaonem ostendit magna miracula. helias elizeus et alij ꝓphete fecerũt magna et inaudita miracula et illi ꝑcipue omnes q̃ aliquid nouitatis attulerũt mũdo crist⁹ autẽ venit propterea cũ ꝓdigijs et signis maximis sicut etiam in alchorano dicit. Si autẽ dicãt sarraceni ꝙ plura et magna miracula fecit machometus sicut est illud de integracõne lune fracte et de fonte aque q̃ cum digitis suis fecit emanare hec friuola sũt et cõtra alchoranũ eorũ prohibz enim machometus ꝙ nihil de eo credãt nisi ꝙ scriptũ est in alchorano de omib⁹ inq̃t philosoph⁹ multa mentiti sunt ꝙ ne de me verũ teneatur ꝙ alchorani auctoritate fulcitur qui cum miracula non faceret ostendere volens causam deũ cõsequenter introducit dicens dñs dixit ad me ideo te miracula facere non ꝑmitto quia ne tibi salz contingat sicut in alijs prophetis in miraculis timeo suo ergo testimonio ꝯuincitur nullũ fuisse miraculum seu signũ. Item ipse machometus in alchorano frequenter recitat ꝙ cũ homines ei dicerẽt ostende signa que fecit moyses et xp̃s et alij ꝓphete. Respondebat q̃a moyses venit cũ signis et nũq̃ crederi et maxime cristus qui venit cum maximis ꝓdigijs et mundus nõ credit eis sed dicebant ꝙ erant maleficia ideo nõ permittit me de⁹ facere miracula. non enim crederent sed veni in virtute armorũ. Sed hoc ꝯuincitur expressium esse mendaciũ. quomõ enim non crederent ei si faceret miracula qui crediderũt ei sine miraculo. Talia enim mãdauit eis ad q̃ mund⁹ pronus est et currit sine aliquo miraculo et mãdato sc; ꝙ occiderent et raperent et mulieres plurimas impregnarent et ꝙ dentem pro dente et oculum pro oculo extraherent. Ad hec aũt omnia ita proni sunt mundani homines vt vix et cũ magnis vlcionibus et iudiciarijs penis ab illis valeant coerceri. Quod aũt induxit pro signo ꝙ sit missus a deo in virtute armorũ expressam continet falsitatem non enim semꝑ fuit victor sicut moyses et ihes⁹ enoch et helias quos angelus domini semper ꝓtexit et victores fecit Machometus aũt vincebat aliquando et aliquo modo vincebatur sicut et alij tiranni. nam dentes eius in bello ꝯtriti sunt et facies collisa sicut habetur in bello quod vocatur gasime tobor vbi fuit vulneratus in ore et amisit vnũ dentem de prioribus corruit quoq; in foueam et fuit valde turpiter victus q̃uis in precedenti nocte ex parte dei sui ꝯtrariũ promisisset hec in pugione et alia similia pꝫ scđa capitulo viij Ex quo etiã patz ꝙ nõ est miraculũ illõ quod ꝓ signo inducit vz ꝙ subito magna pars mũdi ei adhesit. Talẽ enim legẽ constituit et talia mandata dedit ad que omnes ꝓni sũt etiã sine mãdato vt superi⁹ patuit Dixit enĩ iussit mihi deus terrere gẽtes gladio donec testificent ꝙ nõ est de⁹ nisi de⁹ et ꝙ ego sũ nuncius ei⁹ q̃ si fuerint ꝯfessi sanguinẽ

et pecuniam suam saluauerūt et inde sarraceni dicūtur saluati. Nā quicūq; recipiebāt mādatū machometi ipse et sui saluabāt eū et nō occidebāt nec expoliabā tunc et sarraceni nō sarraceni vocant̄ sed messalami qd̄ interpretat̄ saluati ipsi aūt vere credūt se eē saluatos et deridēt xp̄ianos qui nolūt dici messalami idest saluati vt ipsi sed volūt dici xp̄iani. Dū aūt plures a machometo talem saluationem acciperent ex p̄dicta causa Postea fecit p̄conisari quicunq; dixerit nō est deus nisi de⁹ intrabit p̄adisum etiā si latrocinatus fuerit et fornicat⁹ Venit aūt quidam ad machometū dict⁹ bebidorda et q̄siuit ab eo si hoc esset verū. Et respondit q̄ sic et addidit etiā si cū precedentib⁹ biberit vinū et etiam si occiderit et adicat machometos etiam si torserit nasuz bebidorda ad ea aūt omnia ꝯfirmāda nō ostendebat miraculū sed nudabat gladiū. Idem habetur expressius in capitulo ꝓphetaꝝ vbi sic legit̄ Dixerūt de machometo scȝ asaultasti somnias seu blasphemias vel certe poetizas fiāt ad nos saluantē cum miraculo vno ostēde queādmodū missi sunt et priores. Respōdit destruxit inquit deus ciuitates añ eos q̄ nō crediderūt et qui p̄cesserūt vos non crediderūt nec etiam vos miraculis credentis nisi per gladiū vt sicut in capitulo ꝓphetaꝝ narratur. Aut ve querētib⁹ miracula fieri ab eo et dixerūt ei. Asaultasti somnias etc̄. Rn̄dit sicut sup̄. vsq; per gladiū. Audite ergo machometici si alchoranū visitatis ipse est qui affirmat machometū mille fecisse miracula longe aūt plures sunt quos cōsumpsit gladius q̄ qui gratis cū secuti fuerūt Declarat ergo ex supradictis legē machometi nullo miraculo fundatā esse et sic nō dicenda lex dei. Fides aūt xp̄iana que p̄cipit ardua tota est fundata in miraculis vtilib⁹ et manifestis que nō solū xp̄s fecit sȝ etiā apostoli post eū. etiā doctores qui euāgeliū et ap̄lorū dicta exposuerūt et vsq; ad ista tempora durauerūt miracula scȝ de effugatōe demonū et curatiōe langorꝝ et resurrectione mortuorū. Hec mirabilia faciūt xp̄iani et fecerunt qui dicūt xp̄ꝫ crucifixū esse verū et solū deū. Et si dixerit sarraceni q̄ ista nō credunt nec facta sunt ostendemus eis miracula magis Constat eñ q̄ totus mūdus colebat idola et maxime romani qui tenebāt monarchiaz mūdi hi receperūt fidem cristianam et non solū acceptauerūt xp̄m crucifixū esse verum deū sed etiaz expulerūt oēs alios deos qui tanto tempore in idolis qui dabant eis responsa nec imponebant eis aliqua grauia cum fides cristiana tā ardua et insolita mūdo imponat vt contempnere mundum contempnere seipsum diligere inimicos orare pro persequentibus benefacere malefacientibus aliena non appetere propria largiri. Hec omnia mundus acceptauit et ritum pristinū dimisit. Aut igitur propter sufficiencia miracula aūt sine miraculo maius autē miraculuȝ fuit si sine miraculo et per hoīes imponētes simplices et pauperimos procurari potuit et hec fecerunt cristiani non alios occidendo sed mortem ab alijs equanimit̄ tollerādo. Constat autem modis omnib⁹ fidem cristianam stupendis miraculis esse fundatam legem etiam machometi nullo fulari miraculo non enim indiguit. et maxime quo ad carnales homines et mundanos. Alij vero scilicet intelligentes literati et virtuosi viri ei nullatenus adheserunt fidem.

Quomodo lex machometi est lex contradictionis.

Sextus passus est q̄ lex machometi est lex contradictionis. Sunt eñ in eo innumere contradictiones de quibus propter breuitatem octo subiunguntur Primo se dicit esse generalē ꝓphetā et tñ dicit q̄ alchoran⁹ datus est ei arabice et q̄ nescit aliā linguā nisi arabicā. Item scd̄o dicit in cap̄lo de delbachara q̄ interpretat̄ vaca q̄ iudei et xp̄iani et sabei saluabuntur et capitulo ad mirā. dicit postea q̄ null⁹ saluabit̄ nisi in lege sarracenoꝝ. Itē tercio mādauit eis q̄ nō altricent̄ cum hominib⁹ alterius secte verbis asperis s̄ verbis mansuetis nō eñ pertinet ad hoīem dirigere s̄ ad deū solū et vn⁹ quisq; hȝ de se solo reddere ratōnē et nō de alio et postea mādat in plurib⁹ locis q̄ occidant̄ et expolient̄ q̄ nō credūt donec credāt vl' soluāt tributū p̄terea ipse dicit i cap̄lo libē q̄ illi q̄ recipiūt sine deo dn̄ȝ aliū tu ñ es p̄ron⁹ et p̄curator coꝝ s̄ de⁹ reseruat sibi Est igit̄ notabil' ꝯtradictō q̄ ex vna p̄te auctoritate dei todēs mādat q̄ occidāt̄ icreduli et ex alia p̄te de⁹ mādat q̄ etiā

pro tãto scelere nullus ẽ procuratio ad pu/
niendũ sed soli deo reseruanf Item quarto
machomet⁹ in capitulo zalt tenetũr in fine
iactat se ꝙ ipse non est de cõpellentibus sʒ
quomodo non est de compellentibus qui
mãdat ꝙ nõ credentes occidanf et expoliẽ
tur. Item hoc in capitulo de vaca concedit
zodomiam tam cũ masculo ꝙ̃ cum femina
dicit enim sarracenis ꝙ nõ polluant se cuʒ
infidelib⁹ non credant et de mulieribus di
cit mulieres vestras aratura vestra arate eas
vt vultis. et tamen in eodem capitulo pu⁹
dicit ꝙ illi zodomite tempore loth operati
sunt abhominabile viciũ et ꝑstis natiõib⁹
insuetum. Item vi. ipse dicit ꝙ noe abrahã
ysaac et iacob et filij coꝝ fuerũt sarraceni et
tamen ipse dicit ꝙ mandatum est ei ꝙ ipse
esset primus sarracenus. Preterea cõstat ꝙ
non fuerunt sarraceni ꝙ̃tuʒ ad ritũ nõ post
ꝙ̃ fuit data lex sarracenoꝝ. lex ãt sarracenoꝝ
est alchoranũ quod quidẽ fuit datum post
legem moisi et euangeliuʒ sicut habetur in
alchorano ymmo nõ sunt adhuc septingẽti
lxxxv. anni ꝙ fuit machometus cũ ipe ve
nerat anno domini. sexcentos lxvi. sicut pa
tuit supra consideratõne prima articulo iij:
Constat tamẽ ꝙ noe abrahã ysaac et iacob
fuerunt ante legem moisi et euangeliũ. Itẽ
vij. ipse dicit ꝙ deus ꝓhibuit auguriuʒ. et
tñ ait augurinemini si aliter nõ potestis in
sassura datili et qui hoc non fecerit anathe
ma sit. Item viij. ipse dicit se missum arabi
bus quia nunquã non habuerunt dicit enĩʒ
ꝙ alcoranũ datũ est eis solũ in lingua ara/
bica. dicit em̃ se nescire aliã linguã nisi ara/
bicam. Unde cũ adhesissent ei quidam ha
cherra iocobinus et salon ꝑsa et abda alba
de ꝑside filius seleã iudeus et quidam di/
cerent ꝙ ipsi instruebant eũ. ecce cecidit in
faciem suam et cõtracte sunt manus eius et
pedes et socij cooperuerunt eũ vestib⁹ suis
et ad se rediens dicit deus misit me corripe
vos de sermone quem dixistis ꝙ tales me
docerent legitꝙ eis vnam lectionem alias
sententiã que est in fine lectionis elnacl qꝺ
interpretatur palma que sic dicit. Scim⁹ ꝙ
ipsi dicent ꝙ instruit eũ homo lingua autẽ
qua loqueref ei ꝑsica. hoc ãt arabica patẽs
est. et et hoc dicit quõ potest esse ꝙ illi instru
ant me quoꝝ vn⁹ ꝑsicut⁹ est et alter ebreus
q̃ dixerũt ei põt eẽ ꝙ lingua sua ibi loquaf

et exponũt tu lingua tua oĩa notifica hãc in
uenit respõsionẽ. sʒ q̃ non poterat instrui ab
hebreo et ꝑsa q̃ sũt ꝓpinq̃ quõ poterat ali⁹
valde remote lingue istruere. Ipe tñ p⁹ dicẽ
se eẽ missum ad vniuersitatẽ gẽcium. Sed
quõ ibit ad oẽs gentes in septuaginta lin/
guis qui nesciat recitare suũ sermonẽ nisi in
lingua arabica. Dicit tamen vnde habetur
in libro ꝓphetaꝝ ꝙ dicit ei de⁹. nõ misim⁹
te nisi ad vniuersitatem genciũ et igitur ma
nifesta ꝯtrarietas et apertum mendatiuʒ ꝙ
sit missus solis arabibus et oibus gentib⁹
Non igitur alchoranũ est lex dei in qua tot
ꝯtraditiones inueniunf. Unde sententia ẽ
machometi in capitulo elnesa quod interꝑ
tatur mulieres ꝙ si iste alchoranus nõ esset
a deo inuenirentur vtiq̃ in eo cõtrarietates
multe. Sua igif sentencia sit in destrucõnẽ
sue legis quia ex quo vt visuʒ est multe ma
nifeste cõtrarietates sunt in eo nõ est lex dei.

Quod lex machometi non est lex dei q̃a
in multis est per hominẽ reuocata et ꝙ dya
bolus fuit principalis actor alchorani

Eptimus passus est ꝙ lex macho
meti nõ est lex dei qꝛ est in plurib⁹
per hominẽ reuocata Uñ nõ est tale examẽ
legis sarracenoꝝ inter eos quale inter xp̄ia/
nos sepe fit per ꝯsilia generalia vbi, veritas
fidei repetitis ignib⁹ luce clarior innotescat.
Cum sarraceni qui eius noticiam habẽt ꝓ
autentico tenent actum factũ per machome
tũ abdulhaqui qui erat alphară in ciuitate
q̃ dicif malaga q̃ referꝫ in suo libro versuuʒ
reuocatoꝝ. ꝙ cũ ipse vidisset multos loci/
tos fuisse in mõ quo aliq̃ versus alchorani
reuocabanf et ꝙ null⁹ in hoc fecerat finẽ ꝙ
Octauus articulus fidei est. Credo in spiritumsanctum. Hunc apposuit in simbolo beatus bartholomeus. Et hic articulus est octauus fundamentum ciuitatis iherusalem superne figuratus per octauum lapidem preciosum qui dicitur berillus cuius virtutes mirabiles sunt q contra lites inuictum reddit et mitem facit atq benignum sic et fides huius articuli quis enim fecit sansonem inuictum a leone nisi spussanctus vt patet iudicum. xiiij. Irruit spus domini in sanson. et lacerauit leonem quis non erit victus a diabolo mundo et carne nisi fidem huius articuli habuerit. ps. cxxxviij. Quo ibo a spiritu tuo et quo a facie tua fugiam quasi dicat vbicunq fuero victus. ero a spusancto p fidem diuinus Quis fecit inuictos apostolos agnos xpi contra innumerabiles lupos iudeos gentiles et tyrannos nisi spussanctus anteq enim acciperent spmsanctum clausi erant timidi et quasi victi. Sed repleti spiritusancto p fidem et amorem effecti sunt omnium luporum iudeorum gentilium tyrannorum victores vt patet ex actibus apostolorum et gestis omnium martyrum. Fides etiam huius articuli facit hominem mitem et benignum qz spussanctus bonus et suauis est atq benignus vt patet sapientie primo: et. xij. tales efficit. et efficit spiritussanctus credentes intantum vt non solum mites et benigni asserantur sed etiam filij dei. Unde ad romanos. viij. Quicunq spu dei aguntur hij filij dei sunt. Item predictus lapis gignitur in india nomen habens a lingua gentis sue. Similis smaragdo ex viriditate sed cum pallore. politur autem ab indicis in sex angulares formas vt hebitudo coloris repercussu angulorum excitetur. Aliter politus non habet fulgorem. et significat octauam virtutem que est sanctorum vita actiua in qua seruatur virorum gratie sed tamen cum pallore et hec exerceri non pot sine aliquo venialium offuscatione sed per sex opera misericordie quibus insudant ex charitate spus sancti calorem recipiant quia in fructu recompensatur limpidoli(?) Hen. xxi et bene ponitur octauo loco quia illi mercedem hic non recipiunt sed expectant in octaua resurrectione secundum consilium domini Luce. xiiij. Cum facies conuiuium voca pauperes debiles claudos cecos et beatus eris quia non habent vnde retribuere tibi. retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum vel retributione Predictum articulum scz Credo in spmsanctum exponit simbolum maius addens dnm et viuificantem qui ex patre et filioq procedit qui cum pre et filio simul adoratur et conglorificatur qui locutus est per prophetas vbi exprimuntur hec de spusancto primo potestas ibi dnm secundo bonitas ibi et viuificantem iohannis. vi. spus est qui viuificat ex quo sequitur q qui caret spusancto mortuus est. Et hoc trahitur auctoritas Aug. sicut anima est vita corporis ita deus est vita anime Tercio distinctio personalis ibi qui ex pre filioq procedit Quarto est equalitas ibi qui cum patre et filio simul adoratur et conglorificatur. Et per hec. iiij. predicta excluduntur heresis enrias et nestorij qui dixerunt spmsanctum esse seruum patris et filij et q dicitur filioq addiderunt latini propter errorem grecorum. Quinto exprimitur doctrina ibi qui locutus est per prophetas contra errorem quorundam qui dixerunt q prophete locuti sunt sicut phanatici vt montanus et quidem alij Cum predicto articulo concordat machometus in alkorano vbi dicitur misit deus spiritumsanctum suum super nuncios suos et super credentes in eum discordat tamen in hoc q non credit spiritumsanctum esse deum nec terciam in trinitate personam sed flatum dei vt dicetur in quinta consideratione.

¶ De nono articulo et proprietatibus topasij.

Nonus articulus fidei est. Credo sanctam ecclesiam catholicam et est sensus. Credo in spiritum sanctum facientem sanctam siue sanctificantem ecclesiam catholicam idest vniuersalem. Hunc apposuit in simbolo beatus mathe⁹. Et hic articulus est nonum fundamentum ciuitatis iherusalem superne figuratus per nonum lapidem preciosum qui dicitur topasius. Hic lapis valet contra iram et contra lunaticam passionem que frequenter per demones iratos excitantur vel augmentantur. Expertum est etiam de eo quod si mittatur in aquam bullientem ita eam defluere facit quod statim manu in missa extrahitur. Sic fides predicti articuli ardorem furie demonum et tirannorum hereticorum et quorumcunque peccatorum subito extinguit. Ideo dixit cristus petro Mathe. xvi. Et porte inferni non preualebunt aduersus eam. Portas inferi vocat fumos demonum hereticorum tirannorum et quorumcunque peccatorum que preualere non possunt contra fidem ecclesie catholice. Fides huius articuli facit oleum ardens defluere in tantum quod iohannes euangelista missus in dolium ardentis olei non adustus sed illesus exiuit. Item hic lapis secundum ysidorum est omni colore resplendens. et secundum glosam supra capitulo. iij. exo. quis sit omnium colorum maxime tamen est aurei et dicitur topasium quasi topacium idest omnium colorum a pan quod est totum secundum glo. Hic duos maxime habet colores scilicet aureum ethereum cum splendore solis tangitur omnium gemmarum claritates superat et in aspectum suum singulariter prouocat aspicientes quem si polis obscuras si vero relinquis nature sue clarior est et nihil clarius est regibus inter diuitias qui quo clarior est eo preciosior est. Etiam omnium gemmarum amplissima est per hanc ergo significatur nona virtus sanctorum que est vita contemplatiua hec ex caritate est aurea et ex dulcedine etherea vbi deus limpidius videtur quantum homo singularius trahitur et qui tales sunt se honoribus seculi poliunt obscurantur quia turbantur erga plurima sicut Martha. cum vnum non teneant quod necessarium est sicut maria Luce. x. quod autem hic lapis omnium colore resplendit hoc est quod qui tales sunt omnium virtutum lucem gerunt ad exemplum tabernaculi quod eis monstratum est in monte Exo. xxv omnia fac secundum exemplum quod tibi monstratum est in monte. Hec est gemmarum latissima quia maxime cor dilatant et bene nono loco ponitur quia qui tales sunt angelis qui sunt nouem ordines pro modulo suo in dei contemplatione assimilantur de quibus dicitur. Mathe. xix. Angeli eorum semper vident faciem patris. loco predicti articuli sanctam ecclesiam simbolum maius. Et vnam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam vbi ponuntur duo effectus generales spiritussancti. Primus est vnitas intellectuum in fide. Secundus est affectuum vnitas in caritate que due vnitates notantur cum dicitur Et vnam sanctam catholicam. vnam in fide et caritate. catholica enim grece idem est quod vniuersalis. apostolicam dicitur i. super apostolorum fidem fundatam. Huic articulo machometus non concordat quia cum neget fidem catholicam negabit et vnitatem fidelium in fide et caritate que est ecclesia catholica et apostolica cuius signum est quia affirmauit suis sequacibus principatum tenere non expolsse nisi a xpianorum fide omnino diuerterent vt patuit supra consideratione secunda in secundo puncto:

¶ De decimo articulo et de proprietatibus crisopassi.

Decimus articulus est. Credo sanctorum communionem peccatorum remissionem. et est sensus Credo in spiritumsanctum facientem sanctam siue sanctificantem ecclesiam in qua est communio sanctorum et remissio peccatorum. Hunc apposuit in simbolo beatus symon chananeus. Et hic articulus est decimum fundamentum ciuitatis iherusalem superne figuratus per decimum lapidem preciosum qui dicitur crisopassus cuius virtus est quod valet contra lepram quod non solum peccata carnis sed etiam anime designant sic et fides huius articuli valet contra lepram peccatorum carnis et anime que precipue in sacramentis baptismi et penitentie aufertur. Hic lapis secundum ysidorum. xvi. ethymolo. est in colore quasi sit ex succo porri coagulatus habens auri guttas intermicantes propter quas tale nomen accepit quia crisos aurum sonat in greco et multam similitudinem habet cum crisolito. et significatur per eam decima virtus sanctorum que est desiderium celestis patrie et hoc per colorem. propter hoc

vero tribulacionum per annum et quanto plus sancti paciuntur propter deum plus accenditur et inflamatur eorum desyderium quia vt dicit gregorius quod flatus carbonum hec tribulacio caritati. Et bene decimo loco ponitur propter obseruantiam decalogi. vel quia isti festiuant venire ad decimum ordinem angelorum qui est ex hominibus reparandus et dicitur decimus ordo cecidisse non quia fuerunt vnquam decem ordines sed quia tot de diuersis agminibus ceciderunt quod possunt facere vnum ordinem loco predicti articuli dicit symbolum maius Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum. Johannis iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritusancto non potest introire in regnum dei. Nota quod baptismus dari potest ab omnibus in necessitate. Ideo fit magis mentio dico quam de alio sacramento in symbolo fidei quod pertinet ad omnes. nec fit hic mencio de communione sanctorum quia intelligitur per hoc quod ibi dicitur vnam. Una enim ecclesia non tantum fide et charitate sed etiam sacramentorum participatione que est communio sanctorum. Unde ad hunc articulum reducitur fides de sacramentis quia in eas communicant fideles et sunt instrumenta sanctificandi et et consequendi peccata remittendi. Item notanter dicitur vnum baptisma propter hereticos qui dicunt quotiens homo peccat baptismum debere repeti contra quos apostolus ad ephe. iiij. vna fides vnum baptisma Huic articulo non concordat machometus quod remissionem peccatorum non ponit per sacram ecclesie sed per hoc quod quis dicit et confitetur non est deus nisi deus et machometus est eius nuncius. Affirmant etiam sarraceni solam corporis ablutionem per aquam factam sufficere ad peccati remissionem sine contritione et confessione. negant etiam vnum baptisma sed multiplicant baptismata sua vt dicetur infra.

De. xi. articulo et proprietatibus iacincti.

Undecimus articulus est. Credo carnis resurrectionem. Hunc apposuit in simbolo beatus iudas thadeus Et hic articulus est vndecimum fundamentum ciuitatis iherusalem superne figuratus per vndecimum lapidem preciosum qui dicitur iacinctus. cuius virtus est quod dat membris vigorem et salutiferum facit saporem et contra pestiferos regiones prouocat etiam somnum propter suam frigidam complexionem et valet contra toxicum Sic et fides huius articuli dat membris vigorem cum propter fidem future resurrectionis fortissimi facti milites christi vicerant regna et crudelissima tormenta quasi suauissimos sapores gustauerunt quietum somnum accipientes quem deus dat dilectis suis Valet etiam contra omne dyabolicum toxicum hereticorum aliam vitam et resurrectionem negantium. Hic lapis secundum ysidorum ceruleum habet colorem et tunc optimus est qui nec rarus est nec densitate obtusus sed vtroque temperamento luce purpuraque refulgens. Hic autem non lucet equaliter sereno enim perspicuus gratus est nubilo coram oculis euanescit atque marcescat in os missus frigidus est in sculpturis durissimus nec tamen inuictus: Nam adamante scribitur et signatur. et per hoc significatur vndecima virtus sanctorum que est eorum discretio et compassio qua secundum deum omnibus et in omnibus se conformant vt omnes lucrifaciant. Unde paulus predicans fidem resurrectionis dicit prima ad corinth. ix. omnia omnibus factus sum vt omnes lucrifacerem. Et ad romanos. xij. Gaudere cum gaudentibus flere cum flentibus. significat enim circumspectionem predicatorum que attendunt quid et quibus est predicandum vt maioribus maiora et paruulos lacte potent minorum. Hunc articulum explicat simbolum maius cum dicitur Et expecto resurrectionem mortuorum et secundum alexandrum in fine sui tercij est congruus ordo. Nam remissio peccatorum est resurrectio anime que est resurrectio prima. Ad istam vero sequitur resurrectio corporis gloriosa in bonis qua est resurrectio secunda sicut dicitur ad romanos viij. Scimus quoniam si spiritus eius qui suscitauit ihesum inhabitat corpora nostra resuscitabit et nos propter inhabitantem spiritum etc. tene tamen quod dicit apostolus prima corint. xv. omnes quidem resurgemus etc. Huic articulo concordat machometus Unde dicit in alchorano deus viuificabit mortuos et consurgent existentes in sepulcris sine dubio. Secunda hora qua venerit qui autem his contradixerint in die iudicij punitione ignea eos puniet. Hoc est vnum quod in sua fide magis roborat vt patet azoara. xiiij. quod qui impugnauerit dicta sua in die iudicij deus iudicabit eum. similiter dicitur azoara. xxi. qui aliquo dicta sua disputare voluerit quod dicat

deus nouit facta vestra qui in die iudicij iudicatur⁹ est vos. Dicitur etiā azoara.xxiiij. q̄ in die iudicij damabūt mali dicentes q̄s huius ꝓphete notitiā habuerat in via et iā qui nunq̄ fuisset nominat⁹ nec nat⁹ et etiaȝ q̄ demones acriter punient eos et q̄ dicet machmet deo iaȝ domine popul⁹ iste me⁹ recta facie alchoranū recipere ꝑperauit.

¶ De.xij.articulo et ꝓprietatibus ametisti

Uo.decim⁹ et vltimus articulus est vitā eternā amē. Et est sēsus. Credo q̄ deus resuscitabit nos et dabit bonis vitā eternam. Hunc apposuit simbolo beatus Mathias. Et hic articulus est.xij.fundamentū et vltimū ciuitatis iherusalem supne figuratus per.xij.lapidē preciosū qui dicit̄ ametistus. Cuius virtutes mirabiles sunt q̄ facit hominē vigilem et repellit malā cogitationeȝ et vt dicit aaron q̄ valet contra ebrietatē. Sic et fides hui⁹ articuli facit hominem vigilem vt intremendo iudicio finali de factis dictis et cogitatōnibus suis possit reddere rationem et sic vita ꝑfrui eterna. Predict⁹ lapis scd̄ȝ ysidoꝝ inter purpureas gemmas principatū tenet purpureus est ꝑmixto violato colore et quasi rose nitore et leuiter quasdā flāmulas fundens nō ex toto igneū ſȝ vini colorē habens et est sculturę facilis per hunc significatur duodecima virtus sanctoꝝ que est humilitas et ɔtemptus mundi.cū desiderio tñ martyrij.sicut fuit in cōfessoribus quoꝝ multi nō defuerūt martyrio sed martyriū defuit eis sicut legitur de beato martino q̄ȝ si martir nō fuit palmā tñ martyrij nō amisit.et de beato francisco canit ecclesia O martyr desiderio.etc̄. Uñ sancti infundūt flāmulas consolationis et visitationis infirmoꝝ viduaꝝ et pupilloꝝ et largitionis elemosinaꝝ quibus inflāmant alios ad amorē xp̄i de primo Esaie.lxi. vt consolarer omnes lugentes et ponerem ɔsolationē lugētib⁹ syō. de scd̄o Jacobi primo religio mūda et immaculata hec est visitare pupillos et viduas in tribulatione eaꝝ et immaculatū se custodire ab hoc seculo. De.iij. Luce.xi. Date elemosinā et omnia munda sunt vobis. Uel scd̄m glo. flāmule significant virtutē illā qua pro inimicis oratur que est virt⁹ virtutuȝ celoꝝ varietas virtutū multiplicitas. Math.vi. Orate pro ꝑsequētibus et calūniantibus vos. et bene vltimo loco ponitur q̄ȝ humilitas est custodia oīm virtutū. Dicit eñ gregorius q̄ qui ceteras virtutes sine humilitate cōgregat quasi pulverem in ventū portat Unde et paulus qui interp̄tatur modicus.s. humilis. thronum xij. meruit possidere.s. in vita eterna. loco dicti articuli dicit simbolū maius. Et vitā venturi seculi. Ex quo deus tanq̄ iust⁹ iudex remunerabit bonos vita eterna consequens est q̄ etiā reprobos puniet pena eterna. Et ideo nō ponit specialem articulū de punitōe maloꝝ. Hec eñ est natura oppositorum vt vno dicto intelligatur reliquū. Huic articulo ɔcordat machomet⁹ et discordat in hoc q̄ȝ ꝑfitetur bonos ibidem corporales delitias optinere. dicit.n.i alchorano q̄ in me credid ⁊ rint in ortos eos pulcherrimos mittā vbi aq̄ decurrūt placide et vbi absq̄ȝ labore requiescent. nubent etiā limpidissima nuptie. Et iterū dicit q̄ dabit eis riuos lacteos sine saporis alteratione et darū mel vinūq̄ȝ sapidissimū alibi etiaȝ dicit in alchorano q̄ ibi pānis sericis in duantur ornati monilibus aureis atq̄ȝ armillis p̄ciosis Dicit etiā ibi q̄ habebūt sedes ꝑpetuas et q̄ ꝓteget eos arboꝝ vmbra nec frigore affligentur nec calore. oīm fructuū omniū aboꝝ vescent̄ generibus quicquid appetit⁹ cuiq̄ȝ suggesserit coram se cōtestim inueniet. accubabūt in delitijs et angeli pincernaꝝ ministerio inter cos cū vasis aureis et argenteis decambulabūt in aureis lac. in argenteis vinū afferentes et dicentes comedite et bibite in omni leticia et q̄ vobis deus ꝓmisit ecce cōpletū est iungentur virginibus quas nec humanus nec dyabolicus violauit ɔtractus iacincti corallique splendore formaq̄ȝ ꝑstantiorib⁹. Hec bona repromittit machometus suis credentibus pro vita eterna. Quomō aūt finalis beatitudo vite eterne nō consistit in cibo tali nec etiam alijs corporalibus ostendet̄ infra consideratione octaua articulo.v. Et notandum hic finaliter est causa q̄ quare machometus cōcessit aliquos articulos fidei xp̄iane et aliquos negauit cum iudeis cautela fuit vt quomodo in aliquibus loq̄retur contra cristianos hebreoꝝ rationibus iuuaret̄ similiter cum loqueret̄ ɔtra iudeos iuuaretur argumentis fidei orthodoxe.

De discordia machometi in preceptis

Non solum in articulis fidei discrepat machometus a xpianis sed etiam in preceptis et cerimonijs. Libet ergo in presenti libro annotare precepta machometi et eorum naturam vt habita eorum clara noticia euidenter pateat cuilibet intelligenti quod irrationaliter se obligant sarraceni obedientie talis legis

De discordia in orationibus

Primum preceptum machometi est quod quinquies tantum in die sarraceni orent. Vnde autem habuit hunc numerum orandi quinarium patuit supra consideratione quarta. In illa fatua visione sed tamen vt veritatem dicam hoc vtique machometus ideo precepit quia cum alio doctorum suorum mediatricem inter iudeorum et xpianorum legem efficere voluit suam non prohibitans sine neque adiutorio dei. Iudei enim secundum legem ter in die orant. xpiani vero septies. sed iste nec ter nec septies sed quinquies orando terminum inter vtrumque posuit.

De precepto machometi in locutionibus suis antequam orent.

Secundum preceptum machometi est quod antequam orant vt perfectam mundiciam habent culum veretrum manus brachia os aures nares oculos capillos decentissime ad vltimum pedes lauant quod precipit fieri post coitum et egestionem nisi fuerint egroti vel in itinere. Et si forte sit eis impossibile aquam reperire tunc precipit eos mundare puluere terre munde quasi aqua tergendo quam ablutionem precipit etiam fieri modo verso sed talis ablutio membrorum non pertinet ad orationem. Ad orationem quidem pertinet mundari intrinsecus non extrinsecus. Mundicia autem de ablutione membrorum pertinebat cultoribus stelle veneris qui volentes eam orare ad modum femine se aptabant ora et oculos tingentes quia vero punctus stelle veneris rex effectus est ideo precipit hoc. Discordat autem hec ablutio a baptismate xpianorum multipliciter. Primo quia baptisma xpianorum solum semel fit. Vna est enim fides et vnum baptisma secundum apostolum. Baptisma vero sarracenorum multiplicatur. Secundo quia baptisma xpianorum non solum mundat corpus sed etiam animam cum sit aqua spiritussancti. Baptisma vero sarracenorum solum se extendit ad ablutionem membrorum propter immundiciam eorum ex coitu vel egestione. vt patet in alchorano.

De tercio precepto machometi in preconisatione alte vocis.

Tercium preceptum machometi est quod facta predicta ablutione publica voce preconizentur vnum confitentes deum qui nullum vel similem habeat vel equalem eiusque machometum esse prophetam talem. preconizationem precepit non ideo quia conueniebat orationi. sed quia aliud nouum nec quiuit imponere signum.

De precepto machometi in ieiunijs.

Quartum preceptum machometi est quod sarraceni in quolibet anno mensem integrum et amadem ieiunent in quo alchoranum datum celitus asserit machometus ieiunantes autem tempore nocturno comedant diurno abstineant ita vt ab ea diei hora qua nigrum ab albo distinguere per visum poterunt filum vsque ad solis occasum nemo comedere bibere aut vxoris commixtione se presumat fedare. Post solis autem occasum donec ad sequentis diei crepusculum sic eis cibo et potu proprijsque vxoribus prout cuilibet licebat vti. Si autem infirmitatis quis fuerit pergrauatus aut in via erit quandiu aut languoris aut itineris durauerit tempus conceditur eis quibuscunque voluerint et vescendi simul et vti. Sic tamen vt quod vel egritudinis vel vie vel necessitate minus impleuerint postea emendum quomodo liceant et dicunt sarraceni quod istud ieiunium est ad restringendum vicia carnis preceptum quod est initium penitencie. Sed quid prodest per diem ieiunare et nocte ter vel quater comedere et bonis carnibus optimisque frui et mulieribus vti hec non debilitant sed potius corroborant carnem et incendunt ad illicitos motus et actus.

De precepto machometi in obseruatione pasce

Quintum preceptum machometi est quod obseruent pasca. Notandum vero quod sicut hebrei ita et isti menses secundum lunam computant Vnde et pasca eorum quod ipsi post ieiunium faciunt non semper vno tempore contingit pasca autem suum quod dicunt nihil aliud

est ꝙ quedā memoria vel celebratio noctis cuiusdā que est in ipso mense in qua alcho ranū descendisse dicūt In ea quippe nocte vigilantes per ecclesias suas quas vocant mesquitas garriūt saliunt bibūt et insaniūt disiordant aūt a xpianis et iudeis quia in lege moysi pceptū est obseruari pasca in me moriam exitus de egypto. In lege aūt xpi peceptum est obseruare pasca in memoriam resurrectionis xpi Machometus aūt pasca celebrari iniunxit in memoria arietis osten si abrahe in sacrificiū celebrādi loco filij sui et cum eoꝝ rex celebrat istud pasca pcinctus lintheo mittit gladiū per guttur arietis et sta tim sup aliquod iumentū deducit ad regi nam. et si regina eum videt anteꝙ moriatur asserunt se bonā fortunā ꝯsecuturos anno illo qui presens fuit et pprijs oculis vidit mihi narrauit. Sed et p expeditione pasche eorū faciūt aliā superstitionē qm milites cū rege equitantes veniunt in cāpū magnū et ibi facta quadā fouea currentes pcutiūt cū lanceis suis intra illā foueā et sic expediūt suum pasca.

De precepto machometi in pegrinatione ad mecham

Sextū preceptū machōeti est ꝙ oēs sarraceni p singulos annos semel vadūt ad domū dei que est in mequa vidē da ppter solā recognitionē et ibi pcipiūt adorare eā que in cōsutilibus tegumentis induciari circuire et lapides put lex pcipit p media scꝫ fimbria iacere retro pro lapidan do diabolo hanc domū dicūt adā cum de paradiso expulsus fuisset domū extruxisse et om nib⁹ filijs eius donec abrahā aduenit locū orōis fuisse abrahā aūt dei seruus eā robo rauit et instaurauit et in ea dn̄o vota vouit et sacrificia obtulit filioqꝫ suo nomine hys mabeli post mortem reliquit eiqꝫ et omib⁹ filijs eius per multa annoꝝ curricula donec machometus natus est orandi domus per mansit. quo nato candem deus sibi cunctis qꝫ generatiōibus suis hereditariā vt ipi pi het pmisit. sꝫ hec sarraceni nō ex auctoritate hn̄t. Sꝫ quasi cōmentū aliqd fingunt anꝫ ꝙ .n. legem pdicasset dom⁹ hec ydolis ple na erat. et volenti scire qualis erat dom⁹ il la et ꝙ ibi secretū inesset. et cur illuc macho metus ire et que in lege inueniunt iussit fa cere venerabilis petr⁹ alfonsi in suo dyalo go titulo quinto declarat dicens. Duo filij loth. s. amon et moab hanc domū honora bant et duo ydola ab eisdem ibi colebant alterū ex albo alterū ex nigro lapide patra tum nomē quidē illius qd est in nigro lapi de erat merqulicius. dicebat nomē vero al terius chamos. Alterū ꝙ ex nigro erat lapi pide in honore saturni alterū ex albo in ho nore martis erat edificatū his in āno culto res eoꝝ ad ipsa ascendebant adoranda ad martem quidē qn̄ sol in primū gradū arie tis intrat. qꝛ aries honor est martis in cui⁹ discessione put mos erat lapides iaciebant Ad saturnū vero quō sol primū gradum li bre intrat qꝛ libra honor saturni est ꝙ thuri ficabāt nudi tonsisqꝫ capitibus que vsqꝫ in hodiernū diem in iudea celebrantur vt dixi Arabes vero cū amō et moab ydola ado rabant. Machometus aūt post longū tem pus veniens pristinā ꝯsuetudinē nequiuit afferre. Sed quasi quodāmodo more inusi tato in cōsutilibus tegumentis coopertos domū circuire pmisit. Sed ne videret preci pere ydolis sacrificare simulacrū saturni cō struxit in pariete in āgulo dom⁹ et ne facies appareret dorsum erat tm̄ exterius positū al terū martis. scꝫ ydolū. quia sculptū vndiqꝫ erat subt⁹ terrā et lapidē suprapositū misit hominib⁹ vero q ad adorādū ibi cōueniūt lapides istos osculari pcipit et humiliatis tonsisqꝫ capitibus inter crura lapides retro iactare qui humiliantes dorsa denudāt qd est signū legis pristine Ecce qua intentione pcepit supdicta machōet⁹. In libris quoqꝫ illoꝝ scriptū ē ꝙ homar qdē ex. x. socijs ma chometi more solito lapides deosculās sic exorsus est vobis inquit lapidibus, dico ꝙ nec adiuuare nec nocere potestis syon. Sed quia machomet⁹ fecit illi⁹ morem exequor. ꝙ aūt dicūt lapidibus iacidis demones ef fugare nō ꝯsequens ratio videt esse qa qd non aliquo pcipit sensu, corporeo effugare leuiter nequa ꝙ pōt nomine vero dn̄i fugan tur demones. Et si dicant sarraceni audiuis se aliquos dicentes demonia se vidisse et ea audisse et colloqut⁹ fuisse et sic pn̄t sensu pcipi corpali Dicendū ꝙ lꝫ angeli corporeo sensu nō possint pcipi illis tm̄ qui scōꝫ man data dei incedūt visibiles fiūt similiter dia

bolus amicis suis visibilis apparet.

De precepto machometi in predationibus captiuationibus et occasionibus contrariorum

Eptimum preceptum machometi est quod aduersarios eius et eorum prophetas predentur captiuent interficiant et omnibus modis persequantur atque deleant nisi resipiscant et ad eorum fidem conuerti voluerint aut seruituti iudicium sensum persoluerint. et patet manifeste quod hoc preceptum non est ex dei operibus neque prophetarum quibus nunquam iussit cogere aliquem credere. Sed machometus hoc cupiditate precepit pecunie. vt inimicos suos destrueret. et talis coactio non debet fieri. ymmo si quis aliquem conuertere velit non per violentiam sed diligenter et dulciter hoc facere debet sicut ipse machometus in suo testatur alchorano sub persona domini ita ad ipsum dicentis. Si vellet dominus deus tuus et totius seculi gentes crederent. cur ergo vt credant cogis quia nullus nisi voluntate dei credit et in alio loco. vobis inquit gentibus veritas dei iam venit qui crediderit pro semetipso fecerit qui vero errauerit pro semet ipso et ego non sum supra vos baiulus sequere vero deus inquit quod reuelatur tibi et expecta donec iudicet deus qui super omnes iudex est. Item in eodem dominus inquit deus tuus sub vna lege si vellet cunctos sine discordia poneret fungit. Item in alio loco tanquam sibi deus loquitur non inquit violentia in lege debet esse iam iusticia et veritas apparet quod voluerit sponte sua credat. item in alchorano vos increduli. si quod oro oratis. nec quem oratis oro et quem adoratis non adoro mihi lex vobis quod discors: et in alio loco ait. non altercetis cum alterius legis gentibus nisi mollibus verbis quare ergo predicari captiuari et gentes vi cogere ad credendum iussit hec omnia firmitas dei esse fatetur. Cum ergo hec lex sibipsi contradicat nullius est firmitatis vel momenti Sed ideo machometus predari captiuare et gentes interficere iussit vt arabes qui deum ignorantes in deserto manebunt in predicationibus delectarentur et vt maxime illi crederent.

De precepto machometi in licentia comestibilium

Ctauum preceptum machometi est quod sarraceni edant absolute de omnibus carnibus preter carnem porci et sanguinem nec non morticinum. Vnde dicit in alchorano vos credentes edatis quicquid vestre fuerit voluntatis ex bona parte sequitur. a morticinis vero et porco et sanguine et ab animali quolibet perempto non in creatoris nomine vos abstinete de suffocatis et combustis et interfectis per lupos nisi vos mandaueritis vel vt domini fuerint iugulate minime comedatis quod fecit machometus vt in hoc a lege sua non solum iudei sed et nos christiani differremus quod iudeis carnes suille ac leporine aliorumque animalium non ruminantium sunt prohibite et similiter pisces absque squamis lex vero christi christianis in esum humanum omnia concedit absolute.

De precepto machometi circa pluralitatem vxorum

Onum preceptum machometi est circa vxores. Unde concessit sarracenis quod eodem tempore iiij legitimas possunt habere vxores et qualibet repudiata aliam semper accipere ita tamen quod nunquam quaternarium numerum transcendat. In repudio quoque precepit obseruari vt vsque tres et quamlibet repudiare eandem rursus recipere liceat sed taliter tertio relicte sponte nequaquam quod vsquequo maritis aliis nupserint et ab illis relicte fuerint recipe mandat. tunc autem ipse volentes prioribus maritis ante bene reconcilientur et sic recipiantur. De emptitiis vero atque captiuis quotcunque voluerint habere dicit eis licitum esse et easdem vendendi denuoque emendi liberam potestatem habeant sic tamen vt postquam grauidam semel fecerit nequaquam eam alterius seruitutis iugo constringere possint Sed quod liceat capere iiij vxores et quamlibet repudiatam aliam ducere hoc nulla quidem paritur ratione. neque enim nisi causa filios procreandi preceptum est vxorem recipere quod autem emptitias et captiuas quodlibet possunt habere hoc quidam contra ad sarracenos adulterium quia multotiens emit aliquam stupratam a filio et econtra filius vel frater a patre corruptam vel a fratre et sic patet discutio inter precepta machometi: quare autem machometus talia immunda fieri iussit causa fuit quia ipse valde feminas diligebat et plurimum luxuriosus erat et sicut ipsemet professus est vis luxurie hominis .xl. in eo manebat et maxime quia arabes valde luxuriosi erant voluntati eorum satisficit vt crederent. in hoc precepto voluit machometus ponere differentiam inter legem suam et legem moysi quia lex mosaica mandauit viros posse libellum repudii dare mulieribus suis

quo recepto si ipsa nupsisset alteri viro quod primus maritus iam non posset eam ducere in vxorem. Oppositum mandauit machometus vt patuit. Discordat etiam a lege christi que prohibet vxore viuente marito alteri nubere quia qui ipsam duxerit mechatur oppositum dicit machometus vt visum est.

De precepto machometi circa prohibitionem aliquarum mulierum de propria cognatione.



Decimum preceptum machometi est quod sarraceni non recipiant in vxores consobrinas nec nutrices lacte nec germanas lactis. Unde dicit in alchorano omnes he mulieres vobis interdicte sunt et illicite vestre. s. matres et filie sorores et neptes atque matertere nutrices atque germanas collectanee matres et filie mulierum vestrarum si a vobis tacte fuerint sin autem licite sunt hoc autem fecit machometus vt a lege sua differret lex moysi in qua iniungitur non accedere ad certas feminas et posse nubi cum cōsobrinis feminis germani vel germane filijs et vt etiā a lege sua differret lex christi in qua vsque ad quartum gradum prohibitio facta est Sed ex quo tantā voluntatē voluit ostēdere in hoc precepto bonum fuisse non vti alterutrum sodomia nec iniungere per mandatum sicut ipse facit in alchorano in capitulo de vacca Alibi tamen mandat de propria cognatione habere vxores vt sanguis pleps accrescat et fortius inter eos amicitie vinculum vigeat secundum quod mos erant omnibus tunc temporis.

De precepto machometi circa obseruationem diei veneris.



Undecimum preceptum machometi est quod sarraceni obseruent inquietē diem veneris quod ipse fecit propter duo Primū est quia ipse puncto stelle veneris rex effectus fuit vt supra patuit precepto secundo. Secundū vero est vt a lege sua differret lex moysi que precepit sabbatū obseruari et lex christi que precepit diem dominicam.

De precepto machometi in orādo versus meridiem.



Duodecimū preceptū machometi ē quod sarraceni faciāt orōes versus meridiē vbi est mecha. Unde dicit in alchorano in persona dei sibi alloquentis et suis credentibus tibi tamen. Nunc huc illuc aspicienti tuisque ad meorum priorum nonciā que sue sunt mediatores gentium testes suū prophetam proprium testem habentes orōnis locū veracem et ydoneū deo testificante videlicet versus mecquā templumque sui medium quod abrahā primo fundauit firmabo quod semper vbicunque fuerit faciem tuā orando vertas talē locū orandi instituit machometus vt differret a iudeis qui orant versus occidētem. et a nobis christianis qui oramus versus orientem. quia ad orientē crucifixus est christus et ad orientē ascendit in celū. Et tamen voluit esse discordes a christianis quod in nullo penitus vellet conformari. vnde nos sedētes honorifice super mensas māducamus ipsi vero super terrā iacētes nos cū mappis ipsi sine mappis. nos sarracinas per caudā accipientes mittimus in ignē ipsi vero per caput eas accipiunt et caudas aducens ignē mittūt et sic de alijs innumeris que secum cōuersantes experimento cognoscunt

De precepto machometi circa iudicialia.

Terciūdecimū preceptū machometi ē quod in possessionibus reperēdis petitur testibus approbetur et negator iuramēto se inter expurget. testes aūt nullos nisi valde ydoneos probatasque personas et quibus sine iuramēto credere possint producant. In quibusdā etiam alijs mosaice legis morē custodiūt vt qui hominis sanguinē fuderit eadē pena plectatur et quisquis in adulterio deprehensus fuerit cum adultera pariter lapidetur. Qui aūt cū qualibet alia fornicatus fuerit octingēta flagellis subiacebit sur talis indicta ē pena vt prima et scōa vice octoginta flagella sustineat Tercia manū. Quarta pedē amittet et qui cuilibet hominū membrū abstulerit digno precio redimat. Et sic patet quod in iudicijs faciēdis quo ad aliqua moysi consentiunt legi. In quibusdam vero dissentiunt quod et machometus fecit vt in hoc etiam aliquantulū diuersa esset lex sua a lege moysi.

De precepto machometi et abstinētia a vino



Quartūdecimum preceptum machometi est quod sarraceni abstineant a vino quoniam vomex est et seminarium

hominis peccati et illud bibere dicat maxi-
mum peccatum esse vnas tamen comedere et multum
potare etiam in apparatu licet. Et licet sarra-
cenis vinum sit prohibitum ipsi tamen in occulto im-
moderate bibunt et inebriantur. Causa autem
propter quam a vino semper abstinere iube-
tur est ne forte socij inebriati patefacerent
ruinam populi. Et si tamen peccatum est vsus vini
cur ergo in suo paradiso promittitur vinum
sicut supra patuit consideratione. iiij. et. v.
articulo. xij. Alia causa fuit superius assigna-
ta consideratione tercia in tercio passu vide ibi

¶ De precepto machometi circa modum here-
dandi.

Quintumdecimum preceptum machometi est
quod in hereditate due filie vnico filio
coequentur quod fecit vt poneret differenciam
legis sue a lege Moysi et christi quia lex moysi
iniungit quod filie cum filijs non sint heredes
christus autem in hereditate eos equales fecit.

¶ De precepto machometi circa testimonia:

Decimumsextum preceptum machome-
ti est circa testimonia. Unde precipit
in alchorano quod duarum mulierum testimonium
equaleat testimonio vnius viri in quo differt
a lege moysi in qua iniunctum est quod nullo modo
mulierum testimonia acceptentur. et a lege cri-
stianorum in qua in certis casibus earum testimo-
nia capiuntur.

¶ De precepto machometi circa prohibitionem
disputationis cum quocumque extraneo a lege sua

Decimumseptimum preceptum macho-
meti est quod nullus sarracenus presumat
in lege sua cum aliquo disputare vel discute-
re quod fecit machometus ne falsitas sue legis
in publicum veniret similis noctue fugienti lu-
cem. et oculis egris quibus odiosa est lux. In quo
ostensa nebulosa cecitate sue legis excellentiam
claritatis legis christi manifestauit quam prece-
pit christus super tecta predicari qui ipse palam locutus est
mundo et in occulto nihil sicut supra patuit
libro primo. consideratione. iij. articulo primo

¶ De precepto machometi circa circumcisionem.

Decimumoctauum preceptum sarraceno-
rum est quod circumcidunt pueros Istud
autem non habent ex precepto machometi cum nulli-
bi repiatur in alchorano sicut infra declara-
bitur octaua consideratione articulo primo
Discordat etiam in circumcisione a iudeis quia
ipsi circumciduntur die octauo sarraceni vero
omni tempore. Judei vero etiam faciunt reuersi-
onem in templum et fugiunt caput veretri sarrace-
ni vero non. Quomodo autem celauerat sacramen-
tum circumcisionis dictum est supra li. i. conside-
ratione tercia. arti. vi. puncto primo. Hec sunt
precipua legis machometi mandata ab omni
sarracenorum gente maxima celebratione ha-
bita. Alia vero plurima sunt que enumera-
re longum requireret sermonem et in tantam deme-
tiam hic dyabolicus machometus venit vt
ausus fuit affirmare quod quantumcumque peccatis
quisque obligatus fuerit et in die mortis sue
deo et sibi crediderit. dicat quod in die iudicij ip-
so interueniente saluus erit vsque tunc ergo ma-
neant sui credentes in inferno expectantes re-
demptionem vbi nulla est redemptio.

¶ Tractat de vilissima morte machometi.

Sexta consideratio huius libri est de
morte machometi dignum enim erat
vt finis eius ostenderet qualis ipse fuerat
in vita et doctrina. Unde cum implerentur. x.
anni regni sui ab illo. s. anno quo fuit eleua-
tus in regem in damasco computando. quidam
discipulus eius cuius nomen albunor voluit
experiri si resurgeret machometus die tercia
a morte ad vitam sicut ipse predixerat Dixerat enim
quod post quod decem anni sui regni essent impleti quod
debebat mori et resurgere tercia die corpus
quod suum ea die deferendum ad celum. Et ideo quod
non crederet sepulture quare predictus discipu-
lus eius distemperato quodam veneno madi-
dit ei ad bibendum occultissime Machome-
tus autem statim vt bibit mutatus est omnis color
eius. et ideo intellexit quod mors sua appropinque
rat: et dicit illis sarracenis qui ibi erant cum eo quod
per aquam saluarentur et veniam inuenirent quo di-
cto subito dedit animam diabolo magistro suo
discipuli autem sui diligenter seruauerunt cor-
pus expectando quod resurgeret die tercia vt dic-
tum est Sed postquam ipsi viderent quod non resur-
gebat vt predixerat et fetorem eius tolerare
non possent relicto corpore inhumato ma-
xima pars decessit et post. xi. dies mortis
eius venit predictus discipulus eius albunor

ut videret quomodo iacebat et secundum quod narrat lucas tudensis in cronica sua inuenit corpus a canibus comestum corrosis ossibus. Tunc albunor collectis ossibus sepeliuit in ciuitate quadam que dicitur arabice meduiarazel Sic ergo qui inter eos prudentiores fuerunt deprehensa seductoris falsitate omnia quecunque dixerat falsa et irrita estimantes considerantes etiam quod indignam vitam digna morte terminasset ab eius lege discesserunt.

De successoribus machometi.

Septima consideratio est de successoribus machometi licet enim turpissima eius mors et falsitas sue prophetie clarissime iudicauerunt falsitatem sue doctrine et immunditiam sue doctrine verumtamen occulto dei iudicio et diabolo parante incrementum accepit Quatuor ergo puncta in presenti consideratione occurrunt pertractanda. Primus punctus est de astutia diaboli post mortem machometi ne eius doctrina periret Secundus vero erit de successoribus eius Caliphis egyptio orientali et miramomolino occidentali. Tercius de diuersitate gentium qui sectam machometi suscipere noluerunt Quartus de diuersitate paganorum qui in aliquibus imitantur sarracenos et in alijs differunt.

De astutia diaboli ne periret secta machometi.

Primus punctus huius considerationis est de astutia dyaboli post mortem machometi ne periret eius doctrina. unde cum ad exemplum predictorum virorum prudentum discederent a lege machometi quia ipsum mendacem et immundum in vita cognouerant vt dictum est in precedenti consideratione omnes fere alij vellent discedere tunc cognati machometi et socij qui prius in honore et reuerentia apud populum habebantur occasione legis multa lucrabantur mesti et confusi cum multis blanditijs et promissionibus ceperunt omnibus modis simplices attrahere et a secta predicta eorum animos inclinare specialiter autem diabolus astutia sua vsus est quasi quodam instrumento. s. quodam sarraceno pessimo qui dicebatur balij. Hic erat filius habitan vnus ex decem machometi socijs qui post mortem ipsius regnum adeptus est qui blande predicauit et callide ammonuit ad credendum gentes et dixit illos non bene intelligere machometi sermonem machometus inquit non dixit quod ante sepulturam vel videntibus hominibus subleuaretur in celum. Dixit quippe quod post sepulturam corporis angeli eum nescientibus cunctis delaturi essent in celum Unde quia statim cum non sepelierunt. Idcirco fetere cepit vt statim sepeliretur. hac igitur causa gentem in errore pristino paruum detinuit duo vero fratres scriptorum machometi filij nomine basan et bozam ieiunijs et vigilijs fortiter corpora macerantes pene ad mortem deuenerunt pater vero eorum sepe filios ammonebat ne per tam longam macerationem sua fatigarent corpora. Ipse autem videns illos stultos esse et ad mortis hostium pre nimio labore iam deuenisse de machometo vt erat resipuit. Cognita autem nequitia illius a pre ceperunt comedere et bibere vinum. et sicut in sua lege fortiter antea perstabant ita denique legem eius non ex toto dimittere ceperunt sed et quedam pars gentis istos in consuetudine insecute sunt.

De successoribus machometi in oriente et occidente.

Secundus punctus est de successoribus machometi secundum quod narrat Acon. episcopus in libro de rebus et statu terre orientalium post mortem machometi Sarraceni quendam ex discipulis machometi loco eius elegerunt quem vocauerunt calepham quasi successorem siue heredem eo quod dignitatis et principatus machometi successor existeret qui dignitatem et potestatem adeptus cepit per blanditijs plus comminatione et metu populos ad se reuocare et multitudinem hominum congregare Sed quidam Asca li nomine contra predictum calepham inuidia concitatus et idignatione permotus concupiscentia lucri et ambitione secularis dignitatis tractus modis quibus potuit per se et suos eidem se opposuit et multiplicater expugnans non cessauit donec ipsum a principatu remouit. Post hunc ergo quidam patruelis machometi nomine balij cum obtinuisset principatum vehementer commoueri cepit et indignari quod successor machometi vocaretur cum se digniorem ipso machometo reputaret et prophetam eximium cuius dominus familiarius quam machometus fuisset locutus se vellet ab omnibus existimari hic ergo et complices eius legi machometi maxime

detrahebãt et in ipsum multa maledicta ꝑ/
ferebãt. Alios ritus et alias institutõnes et
aliũ orandi modũ quã tradidisset macho
metus predicantes. Illi aũt qui legem ma
chometi tenere voluerũt in partib⁹ oriẽtis
Calephum baldesensem statuerunt qui in
tanto honore et reuerentia a suis habetur ꝙ
nisi mãdato auctoritate eius nullus quan/
tumcũq3 potens aut nobilis appellaretur
soldanus. et oẽs eius subditi tam reges ꝙ
alij. pedes eius ad terrã vsq3 ꝓstrati reuerẽ/
terosaulantur. Successores aũt balij de quo
supra fecimus mentionem cõtra singulare3
orientis calephã. sedem suã erexerunt in ter
ra egypti innumeris diuitijs et delicijs af/
fluentes. Unde inter egyptios et oriẽtales
populos magna sp extunc fuit dissensio et
odiũ implacabile. et in lege discordia et cõ/
tradictio sarracenorũ populis in duas ptes
diuisis. quadã pte balij et ei⁹ successorib⁹
adherente. maiori tñ parte consentiente ma
chomete et successoribus eius. post ꝙ vero
soldanus tpalem administratione3 egypti
sub dño suo calepha egyptio adeptus est. ti
mens sibi eo ꝙ calephe non in merito mul/
tis accusantibus erat suspect⁹ vt ipse saladi
nus ad vllum superiorem haberet respectu3
sed ipsi sibi et soldanus esset. ac calephã ac/
cessit ad dñm suum calephã egyptiũ tan ꝙ
ei debitã et solutam vellet exhibere reueren/
tiam. et claua ferrea quã gestabat in mani/
bus ex impromisso ipsum ad terram ꝓstra/
tum eiecit. et per ꝓditionem occidit. omnes
aũt filios eius et cognatos et speciales ami
cos vel interficere iussit. vl' carceri in ꝑpetuo
mancipari. extunc soldanus baldan. solus
monarchiã et dignitatẽ ta3 super egyptios
ꝙ super omnes alios orientales obtinuit
saladino compellẽte egyptios vt ei concor/
diter obedirent et nullũ calephã alium insti
tuere ꝓsumerent. nec ritus alios ꝙ alij oriẽ
tales obseruarent. Princeps aũt orientaliũ
sarracenorũ omniũ qui legem machometi
obseruãt potissimus qui caput impij sui ei
dignitatem et regni sui solium in ciuitatem
marchque quõdã carthago dicebatur collo
cauit. et nõ solum ethyopie et affrice s3 etiã
hyspanie in magna pte dominatur. orienta
li calephe cũ vniuerso populo suo subiect⁹
esse recusauit. Sed et ipm regem et calephã
reputans miramamolim idest regẽ gentiu3
se et omnes successores ꝑcepit appellari. lin
gua eñi eoꝝ mira idem est ꝙ rex mamolim
aũt gentium interptatur. Unde inter orien/
tales et occidentales sarracenos magnum
est scisma. et dissensionis ꝙplurimũ vales
xpianis. eo ꝙ isti illis in ꝓlijs et expeditio/
nibus ꝯtra nos renuũt ꝓstare subsidiũ reg/
no ipsoꝝ in seipso diuiso et ex magna parte
dissoluto.

De diuersitate gentiũ que legem machο/
meti suscipere noluerunt.

Tertius punct⁹ est de diuersitate gen
tiũ qui legẽ machometi suscipere
noluerũt Narrat supdict⁹ doctor libro quo
supra ꝙ multitudo gentiliũ et idolatraꝝ cõ
piosa et maxime hij q septẽtrionalẽ inhabi
tant regionẽ circa paludes methidas et inp
tib⁹ vulganie et comanie vsq3 ad fines bo/
garie et q in cõfinio regni dacie et alijs pti/
b⁹ adiacẽtib⁹ cõmorant machometi legem
recipe noluerũt et qr ab alijs sarracenis ori
entalib⁹ et occidẽtalib⁹ valde remoti sunt p
metũ vel violentiã nõ potuerũt ꝯpelli vñ vs
q3 hodie q̃dã eoꝝ errorẽ vetustũ retinentes
ydola colũt venerant adorãt. Alij ãt more
pecudis nec legẽ nec scripturã nec lr̃as vllas
habẽtes arbores et arbusta et pecudes et ge
neraliter q̃cq̃d in mane casu aliquo primu3
eis occurrit illud ꝓ deo reputãtes p totum
diẽ colũt et adorãt Quidã aũt ex eis se ve3
et summũ deũ ignorare cõfitentes. putãtes
deũ tñ ignotum aliquo placare sacrificio et
obsequio venerari carnes vel panẽ seu aliã
huiusmõi oblationẽ in altũ piciũt in hono
rẽ illiusq̃ de⁹ ẽ et habitat in excelsis clamã
tes et dicẽtes ei⁹ sit oblatio hecq̃ sup oẽs ẽ
et sũme diuitatis int alios obtinet pricipatũ

De diuersitate paganoꝝ in pte sarracenos
imitantium.

Quart⁹ pũct⁹ est de diuersitate gen/
tium q in aliquo imitant sarrace/
noꝝ legẽ differunt et in alijs. et primi dicũt
torcomani qui in terra turcoꝝ inhabitant
hij traxisse credunt originẽ septẽtrionalib⁹
sarracenis supradictis. Unde nomine ꝯpo
sito a thurcis et comanis appellant turco/
mani De turcis siq̃dem ex antiquis orienta
liũ historijs certũ habemus ꝙ ex septentri/
onali regione exeũtes ꝑsaꝝ fines ingressi nõ
solũ regionẽ illã s3 vniuersas fere oriẽtales
ꝓuincias armato manu occupauerũt violẽt

extunc aūt gens illa prius rudis et inculta: nec habent certam mansionem sed passim cum vxoribus et filijs et pecoribus vagās et pascuarū cōmoditatē sectans regem sibi prefecat ciuitates et opida possidere incipiēs agriculture dans operā; que prius depec ... tamen viuebat ac iura sibi ciuilia constituens hi autem qui sua raditate permanentes priorem viuendi modum deserere noluerūt appellati sunt turcomani. In multis autem imitantur illos saracenos qui bedui dicūtur. Isti bedui ex arabum gente principaliter ceperunt originem de quorum stirpe dicunt descendisse machometum. Hi autē dogmatizantes q̄ diem mortis a deo sibi cōstitutū nec punire possunt nec preterire. nun q̄ ad pugnam armati procedunt sed solūmodo camisiati populis more feminarū capita involuentes lanceis et ensibus tantummodo vtentes et lz leuiter et de facili conuertantur in fugā alios tātū sarracenos timidos et ignauos reputant qui spicula et sagittas alonge iaculantur sunt aūt non solum xpianorū sed et etiam sarracenorū et proditores mendaces et cōstantes et amici fortune et duplici via gradientes his quos cernunt preualere libenter adherentes. Portant etiā in capitulo pilleos rubeos cū pepulis in tentoris de pellib9 animalū habitantes. omnis etiam pellibus et caprinis plerūq3 vestiunt nullā aūt habentē certā mansionē in campestrib9 et pascuis turmatim ptibus incedentes va et habitant pascunt vbertatē sectātes diuersa regiones circuūt lacte viuentes et animalium copiosā multitudinē secū trahentes. Ipsi aūt penitus ociosi tam equorū q̄ pecorum vxoribus suis procurationē relinquunt. Sunt et alie gentes ex orientalibus ptibus q̄ legē machometi custodiūt excepto q̄ more xpianorū ad ortū solis adorant eo q̄ patres eorū qui xpiani fuerūt hunc modū orādi eis relinquerunt ab alijs sarracenis heretici et pphani reputant ex quib9 nōnulli ipsum solū deū summum reputant eo q̄ inter omnes creaturas visibiles pcellentē habet pulcritudinē. Sunt aūt quidā alij miserabiles homines in mōtanis circa iuga libani in ptib9 tripolitanis cōmorātes qui lz ex pte legem machometi obseruēt. dicūt tn̄ se legē alterā occultā habere quā nō licet alicui reuelare nisi filijs eorū cum iā adulte sint etatis vt secreta puerliter nō reuelēt vel mortis articulo imminente cū patres in extremis laborantes spē euadendi nō habent. Vxores aūt eorū et filie in lege maritorū et parentū suorū ignorantes legē illā dicūt se credere q̄ si forte filius leuitate illā legē quā vocant occultā matri sue reuelant. vxor a marito et filius a patre absq3 vlla retractione necarentur. Hi aūt pter morem aliorū paganorū vinū bibunt et carnes porcinas edūt: ab oib9 alijs tan q̄ heretici legis reprobant. Ipsi etiā pessima et abbominabilia et sexui feminee contraria in occulto turpiter operant sicut illis narrantibus qui ab illis recesserūt cognitū est tamen ne vxores eorū eos relinquerēt vel contemptui haberent si execrabiles nr9 eorū et immūdicias secte puerilissime cognoscerent. Est etiā in prouincia fenicis circa fines ciuitatis Antharadesis qui hodie vulganter appellat tortaza quidā populus scopulis et montib9 vndiq3 circūdatus inhabitans habēs castella. x. fortissima. et pp̄ter viarū angustias et rupes inaccessibiles. inexpugnabilia cum suburbanis et valib9 oim fructuū et frugū fertilitate fecūdissimis etamenitate iocūdis. hōrū aūt hōis q assisini nūcupāt multitudo numerum. xl. M. excedere dicat. Prefitiunt autem sibi capitanium non successione hereditaria sed prerogatiua meritorum quem ipsi veterem seu senem appellāt non tam prouecte etatis ratione. q̄ prudentia dignitatis preeminentia. Primus autē et summus in fauste religionis eorum abbas et locus vnde principium habuerūt in partibus est orientaliū valde remotus versus ciuitatem baldorensem et partes persidis prouincie. Hi autem vogula nō findētes neq3 sanctum a prophano discernentes omnem indifferēter obedienciam superiori suo exhibitam sibi credūt esse vite eterne meritoriam. Unde tante subiectionis et obediencie vinculo magistro suo quem senem nominant astringunt q̄ nil ita periculosum est aut difficile q̄ ad mandatum domini sui hilari animo et ardētī volūtate amplecti et pficere vereant. Senex autē dn̄s eorum pueros de populo suo in locis secretis et delectatiōib9 facit nutriri et diuersis ideomatū generib9 diligenter imbutos et institutos ad varias prouincias mittit cum cultellis vt potentes homines tam ex xpianis q̄ ex sarracenis vl quia

et aliqua causa habet eos odio vel ad preces amicorum suorum seu etiam propter inmense pecunie precium sibi datum mandat occidi promittens propter huiusmodi mandati executiones longe maiores delicias habituros in paradyso sine fine post mortem quam fuerint ille in quibus fuerant nutriti quod si propter huiusmodi obedientiam eos mori contigerit martyres a suis iudicantur et inter sanctos ab illo populo deputati in summa habentur reuerentia Parentes vero eorum a magistro qui senex dicitur multis muneribus ditantur. et si serui erant decetero liberi dimittuntur. Unde miseri adolescentes seducti de conuento predictorum fratrum ad varias partes mundi transmissi cum tanto gaudio et desiderio legationem mortiferam suscipiunt et cum tanta diligentia et sollicitudine perficiunt sese variis modis transfigurantes et aliarum nationum ritus et habitum sibi assumentes. aliquando in specie mercatorum quandoque in specie deuotorum seu monachorum et infinitis alijs modis sese occultantes quod vix aliquis in vniuerso mundo a deo cautus est quod sibi possit ab eorum insidijs precauere contra inferiores personas aliquid machinari dedignantur Potentes autem quibus ipsi aduersantur vel precio magno se redimunt vel armati incedentes cum caterua satellitum cum suspitione et metu mortis semper incedunt. Hi autem super omnes alios sarracenos legem machometi et eius instituta diligenter et artissime seruauerunt vsque ad tempora cuiusdam magistri sui qui naturali preditus ingenio diuersarum scripturarum exercitatus studio christianorum legem et christi euangelia cepit cum omni diligentia legere et perscrutari admirans cristi miraculorum virtutem et doctrine sanctitatem ex quorum compassione et irrationabilem cepit abhominari machometi doctrinam. et tandem cognita veritate subditos suos artes maledicte legis studuit paulatim reuocare Unde exortatus est eos et mandauit quod vinum cum modestia biberent et carnes porcinas manducarent. Tandem vero post multas amonitiones et varias doctoris sue predicationes in hoc omnes concorditer consenserunt quod relicta machometi perfidia percepta baptismatis gratia efficerentur cristiani. Ita tamen quod eiusdem conditionis essent et libertatis vt alij christianorum lege subiecti isti erant tunc temporis fratribus milicie templi tributarij duo milia bisanciorum eisdem annuatim persoluentes pro securitate cuiusdam terre sue que in confinio terre predictorum fratrum sita erat qui multas eis molestias occasione ciuitatis inferre consueuerant. Prefatus autem azisinorum magister vnum de familiaribus suis virum eloquentem prudentem et strenuum de quo plurimum confidebat misit ad regem iherosolomitanum Rex autem intellecta causa legationis pro tanti populi visitatione et animarum a laqueis diaboli liberatione deo gratias agens. Nuncium senis cum summo honore et gaudio magnifico recepit et ipsum ad propria reuertentem vt domino suo bonam regis et christianorum voluntatem et magnum desiderium denunciaret et vsque ad fines terre sue deduci precepit que dum fines suos iam fere ingressurus tripolum pertransisset quidam ex nostris vir belial et iniquus dei timorem ante oculos suos non apponens hominem de regio ducatu et fidei christianorum sinceritate confidentem improuisum nil ante sibi metuentem in detrimentum christiani nominis et maxime ecclesie orientalis occidit Unde populus ille qui tanquam planta nouella nondum radicatus erat in fide cum ira magna et indignatione fidem nostram respuens et nostrorum consortium suspectum habens a tam sancto et honesto proposito resiliuit et vsque ad tempus presens christianos et dei ecclesiam persequi et infestare non pretermisit. In vno igitur corporali homicidio predictus ille proditor animas innumeras interfecit. His igitur et alijs innumeris monstruosis hominibus miserabilis regio orientalis corrupta est et alie quam plures eius pernicioso exemplo sunt coinquinate contagio.

De bello sarracenorum per argumenta contra fidei fortalicium.

Octaua consideratio huius libri est de bello sarracenorum per rationes contra nostrum fidei fortalicium suo ceco iudicio nimium efficaces non atendentes quod est turris fortitudinis a facie inimici et vt colligere potui ex diuersis libris .x. sunt argumenta quibus insultant contra nos. Primum contra nomen christianum. Secundum contra christi preceptiones Tercium contra christi diuinitatem Quartum contra christi mortem Quintum contra trinitatem personarum Sextum contra beatitudinem eternam in visione dei Septimum contra matrimonium vnius vxoris tamen. Octauum contra baptismum quo ad ablutionem interiorem

nonum ɔtra adorationem ymaginũ. Deci
mũ cõtra veritatẽ vtriusq; legis quas dicũt
esse corruptas p iudeos et xpianos et nihil
esse veritatis nisi quantũ in alchorano con
tinetur.

¶ Contẽdit ostẽdere xpianos nõ eẽ xpianos

PRimum argumentũ sarracenoꝝ
est ɔtra nomen cristianum. Dicunt
enĩ q illi qui vocant̃ xpiani ñ sunt cristiani
nec debẽt vocari xpiani quia sunt ɔtrarij oĩ
bus dictis et factis que opabatur et dicebat
ihesus xps quia xps erat iudeus et seruauit
sabbatũ Et ipe dicit in euãgelio mat. xv. nõ
suz missus nisi ad oues que perierũt dom⁹
israhel. Item erat circũcisus sequitur ergo
q nihil habent facere cum eo in pauco vl' in
multo ymmo sunt sui cõtrarij totaliter. Ad
hanc veniferã oppositionẽ dupliciter respõ
deo. Primo eius oppositũ ex operibus ostẽ
dendo. Secundo q sarraceni sic dicẽtes sũt
contra legem suaz. Primũ sic ostenditur qr
experiencia teste possunt videre sarraceni q
habitant inter xpianos q̃tam gloriaz et ho
norem et q̃to corde xpiani faciũt et offerũt
ihesu xpo edificatis taz solẽnissimis et mag
nificẽtissimis ecclesijs in suo nomine et sue
beatissime matris et suoꝝ sanctoꝝ ditatis
in crucibus et calicibus patenis cãdelabris
lampadibus et ymaginibus ex auro et ar-
gento deaurato possunt iterũ videre q xpi-
ani ieiunãt. xl. obseruanciã. xl. dieꝝ quos
ihesus xps in deserto ieiunauit. et sicut dicit
lex sarracenoꝝ de mense romadã quia in eo
descendit q ipsum ieiunent sarraceni data
ratione q qui mensem ɔfitetur ipm ieiunet
quis ergo potest dicere de fidelibus q non
sunt xpiani ex quo. xl. ieiunant et sic cõfiten-
tes vitam ihesu xpi sequuntur suũ exemplũ
ieiunant similiter. iiij. tempora anni et vi-
gilias festiuitatũ ihesu xpi sue matris aplo
rum et multoꝝ aliorum sanctoꝝ quoꝝ festa
solemnisant non solum cantando in multa
gloria laudes deo et illis sed et etiam dieb⁹
illis cessando a corporalibus laborib⁹ lu-
cratiuis. Possunt etiã videre q̃tã deuotõez
et honorem deferunt nomini suo cum multi
ex xpianis cum audiunt ipsum nominare in
dinauit sua capita et aliqui flectẽdo genua
et qualiter etiam eundez blasphemantes cũ
in iudicio accusantur publice puniunt: no-
facio mencionem de secretis actibus cordis
in contemplationib⁹ nec de lacrimis que de
coꝝ oculis sepe emanant in magna habun
dancia memorando suam doctrinã suas p
dicationes suos nobilissimos actus et vir-
tuosissimos suam vitã suã mortem suũ ad
inferos descensum suã resurrectionez a mor
tuis multis ex eis secum resuscitatis. Item
memorando etiam post suã resurrectionem
suam familiarem cũ aplis conuersationez
per dies. xl. ante q ascenderet ad celos. In
quibus super omnes angelos sedet ad dex
terã patris semper orando p suis fidelib⁹
memorando etiã quõ in mundi fine veniet
in maiestate sua et sui patris et angeloꝝ iu-
dicare viuos et mortuos et q dabit existẽti
bus ad dexterã suam vitã eternam et existẽ-
tibus ad sinistrã tormenta sine fine. Quis
ergo sarracenus viuens, inter xpianos põt
dicere nõ esse xpianos nec taliter debere vo
care illos quos cum tanta fide cũ tanta de
uotione cum tanta reuerentia et cum tanta
gloria constat adorare ihesum xpm. Scdo
declaro q sarraceni hoc dicentes sunt cõtra
suam legem non dico soluz illi qui habitãt
inter xpianos et nouerũt supra predicta. s;
etiam existẽtes in nequã loco secuto eis p̃m
alchoranũ. cum ipmmet alchoranũ in mul
tis locis vocet eos xpianos littere arabice
nominauit eos nazarenos. quod in idẽ red
dit. s. discipuli nazareni sicut xpiani discipu
li xpi qui est magister omniũ fideliũ et qñ
apparuit paulo sic se vocauit nazarenũ. Di
cens ego sum ihesus nazarenus quẽ tu p̃se
queris. Sic ergo sarraceni bene possunt im-
ponere fingere negare vel affirmare de xpia
nis quicquid eis placuerit qñ lex coꝝ vo-
cat eos xpianos ipi dicunt q nec sunt cristia
ni nec dñt ita nominari Vñ bñ p̃ncõsiderare
sarraceni de xpianis sic dicẽres cu⁹ alteri⁹ le
gis volũt eẽ qñ nolũt affirmare eẽ xpianos
q tamen publice dicit lex eorum Et ideo ex
quo suam voluntatem superponũt legi sue
negando q ipa affirmãt. non est mirandũ
si similia faciunt de sancta scriptura cristia-
noꝝ negando tam irrationabiliter ihesum
filium marie esse filium dei. quẽ sacra scrip-
tura in pluribus locis veteris et noui testa-
menti pro tali nominat q sit filius dei su⁹
filius primogenitus suus, pprius filius ve
rus suus filius vnigenit⁹ sic q vnus solus

est filius ꝓprius dei genitus de sua substã
cia ꝓpria et natura et non multi. de quo vt
nemo dubitaret dicendo iste est vel ille. de⁹
pater suum esse de nube esse loquendo dixit
eum ostendendo hic est filius meus dilect⁹
et si sarraceni negant sacram scripturã quã
habent xp̄iani negant legem suã in multis
passibus qui affirmant ꝙ eã debẽt credere
quia facit mentionem de scriptura moysi et
psalmista. dauid de multis etiam ꝓphetis
et euangelijs affirmat. n. alchoranum ꝙ illi
sunt credentes in deũ qui credũt ea que de⁹
iussit anteꝙ̄ machometus esset in mundo
Ad ea autem que dicunt ꝙ ideo nõ sumus
xp̄iani quia nõ obseruamus sabbatũ nec cir
cuncisionẽ que et ꝙ̄ manifeste sunt rationes
quare lex moysi non debuit obseruari post
publicatõem legis gratie. et excepto quod
moralia precepta mãserũt cessauit impletis
per ihesum mysterijs in ipsa contẽtis ad ple
num in primo libro fuit declaratũ et reduco
hic ad memoriam saltem vnum dictum qđ
multum debent attendere iudei et sarracenĩ
vtentes circũcisione ꝙ quando rex impleuit
suum ꝓmissum si post aliquis ducat pro dĩ
misso illud ꝙ ip̄e ordinauit bene põt intelli
gere ꝙ ei facit iniuriam q2 ducendo tale pro
dimisso dat intelligere non esse impletũ qđ
promisit in tempore iam p̄terito p eum assi/
gnato sic est de circuncisiõe quam de⁹ dedit
abrahe pro signo confederatõis inter deum
et eum quousq3 de suo semine nasceret̃ ille
qui habebat esse omniũ gentiũ3 benedictio
messias ꝓmissus deus et homo quia ergo
sarraceni vtuntur circuncisione continuo sunt
in ira dei sicut iudei facientes deum menda
cem et periurum nõ implentẽ quod promi
sit et iurauit tempore determinato. Respon
dent ad hoc sarraceni ex vno falsissimo fun/
damento presupposito ꝙ cõtempta lege scri
pture et gratie debẽt seruare solummodo le
gem nature quam abraham obseruauit et
quo ip̄i non legem moysi nec xp̄i sed datã3
abrahe solum tenent ꝓ vera ꝙ debent esse si
cut et ip̄e circuncisi ita ꝙ post ꝙ̄ habita ẽ lex
ꝑfectionis redeant ad legem nature in qua
vixerant ab initio mũdi quoniã homines
non erãt capaces maioris legis sicut si post
ꝙ̄ homo creuit in etate et est factus homo
intelligens dicat ꝙ ei conuenit loqui. sicut
quãdo erat puer sine sensu sare potest sicut
puer cogitare sicut puer ludere p̄t sicut puer
cum hoc sit certum omnibus hominibus cu3
veniunt ad etatem perfectam debere facere
illud quod ꝑtinet ad talem etatem et dimit
tere ea que faciebant cum ꝑuuli erant. Sed
querendum est a sarracenis quare circũcidũ
tur vt cum nesciuerunt respondere remaneãt
confusi in circuncisiõe sua non enim inueni
tur expresse dictum in alchorano per magi/
strum machometi ꝙ circũciderunt se et sui
credẽtes. sed isti sui credentes addiderunt se
dicendo ꝙ ex quo fuit data lex abrahe et ip̄e
fuit circuncisus ꝙ necessaria est eis circũcisio
cum dicantur ꝓfessores et obseruatores le/
gis abrahe. ꝙ machometus fuit circũcisus
non legitur in alchorano sed in libro sue ge/
nerationis et vite narrat̃ ꝙ ipso nato circun
cidit eum Gabriel quando balneauit cor ei⁹
ꝗ aperuit et post hec verba statim sequitur.
Et dicunt ꝙ natus est circuncisus. Ex quo
ergo de sua circuncisione dicunt duas opini
ones nullã earũ affirmando apparet ꝙ de
eius circuncisione nõ sũt certi nec talis circũ
cisio sicut ipsi dicũt fuit circũcisio Abrahe q̃
fuit nõ per angelũ sed manu hominis facta
ꝙ Machometus natus sit circuncisus hoc
dicere est ad beneplacitũ potuit machome/
tus de facto si rex fuit arabũ vel princeps vł
subditi sui inter se vel ex ꝑte sua nõ dei. dare
suis dimissam. qđ tñ in libro suo nõ cõtinet̃
sic accidisse. S3 quod mysteriũ circũcisiõis
datum abrahe quõ iam totaliter cessauerat
et fuit annullatum potuerit iuste ordinari et
cõtinuari clarum est ꝙ non. qm̄ iudei sicut
dictum est qñ ea vtuntur sunt incõtinua ira
dei et odio. de quibus sic datur itelligi in eo
ꝙ narrat̃ de vita machometi nõ fuit filius
inter eos patre eo2 non expectãte ꝙ angel⁹
circumcidat puerum qñ. die octaua facit eum
statim circuncidi. ergo machomet⁹ fuit fili⁹
gentilis vel xp̄iani si gentilis. videat qui ta
le affirmat in qua reputatione teneret eum
mater sua videndo eũ dissimilẽ patri et suo
generi toto. si primo non habuerat de ea re/
uelationem de qua tamen nihil narratur. et
quomõ põt dici per angelũ circũcisus statim3
sicut natus fuit. si natus fuit circũcisus hoc
nulli est dicere quoniam est contradictio in
terminis. Si iam forte dicat ꝙ circũcidit eũ
angelus in ventre matris sicut si a sua con/
ceptione fuisset sanctificatus et in gratia dei

cui non concordant verba psalmi claritatis
Unde magister machometi quē dyabolū
intelligo iurando per claritatem noctis quā
do colligit̄ seu occidit. dī sic. an nō te iuenit
dominus tuus orphanū et appropinqua/
bit. inuenit te cecū et direxit. iuenit te pau
perem et ditauit. ecce sanctitas tam per sarra
cenos laudati religiosi machometi quē sm̄
ꝙ ipsi intelligunt dicis inuenit cecū et di/
rexit. et ad quid direxit statim declarat ꝙ de
paupere eum ditauit et quid dicat̄ in libro
suo ꝯtra diuitias, cū illas et luxurias ꝑmit
tat dyabolus suis non dicitur. Sed hoc est
certum ꝙ difficile est ꝙ diuitias habentes
ingrediantur paradysum dimittendo ergo
hoc exquo illud qđ dicitur de circūcisiōe ma
chometi nō legitur in libro suo per eos repu
tato pro autentico illud est magis apparēs
ꝙ ipse et sui primi credentes pro maiori vel
multo magna parte fuerunt cristiani nō cir
cuncisi sed baptizati. Ueruntamen cum in
alchorano dicat̄ de magna instantia per eū
ad iudeos vt essent sui credentes existēti ma
iori labore et principaliori intētione sua fa/
ciendi semper suū principatū maiorē ꝑ eū
tm̄ desideratū pro concordia eorū que sibi
adherebant forte fuerit introducta circunci/
sio que leuiter potuit introduci cum in illis
ꝑtibus esset multitudo iudeoꝝ et est verisi/
mile ꝙ multi eoꝝ erāt neophiti et cū in mul
tis istorū magno tempore duret affectio ad
legē moysi sicut vera per eos habita et suos
patres habendo fiduciā domini temꝑalis.
multi illoꝝ non contradicunt circuncisioni.
dicunt iterū aliqui ꝙ durauit adhuc in illis
partibus heresis phariseoꝝ ꝙ ad saluatio/
nem requirebatur cum euangelio obseruare
legem moysi et nō minus pensandū est. ex
quo labor machometi et suoꝝ successorum
erat adiūgere principatui sic cristianos sicut
iudeos et gentiles per ipsum et suos fuisse
ordinatum ꝙ sui credentes loco baptismi
acciperent elataber quo vtunt̄ quādo ingre
diuntur suas mesquitas. potest ergo alpha/
quini sarracenoꝝ per seipos intelligere quā
te efficacie est ꝙ arguūt cōtra xp̄ianos ꝙ cir
cuncidunt se sicut fuit xp̄s qn̄ ipsi seipsos re
putātes et tenētes se pro magnis zelatorib⁹
et imitatoribus eius non nascuntur circun/
cisi nec expectant ꝙ angelus circuncidat eos
sicut dicunt de machometo. Forte responde
bunt ꝙ alia est ratio in machometo et alia
in eis: sed ex quo in eis nō verificatur ꝙ in
sua ꝓphetia nō est mirū si imponēt xp̄ianis
debere circuncidi exquo xp̄s fuit circuncisus
sicut homines ceci vel debiles visus loquē
tes in eo ꝙ non vel paucū vident qui sequū
tur ea que pedibus calcant vel manib⁹ pal/
pant. sed de eo ꝙ dicunt non vident quod
est ante vel retro ad dexteram vel sinistram
supra vel infra volo dicere ꝙ non cōsiderāt
causam quare fuit ihesus xp̄s circuncis⁹ nō
habens locū in suis fidelibus postꝙ cessa/
uit lex moysi et fuit euacuata a virtute q̄ pri/
mo in eo erat quando fuit puer. nec adhuc
in nocte ante mortem suam. quia fuit per eū
obseruata lex moysi faciendo pascha agni
Unde exquo fuit mutata sustantia et natu/
ra illaꝝ rerum in quibus principaliter sta/
bat veritas legis moysi licȝ inueniant̄ scrip
ta et ꝙ iudei teneant eam cum multa diligē
tia in suis synagogis exquo deficiat eis vir/
tus non obligat vt seruet̄. immo poti⁹ obli
gat vt nō obseruetur. Quoniaȝ hoc est certū
et notoriuȝ omnibus hominibus mūdi ꝙ
nō existente virtute rei significate per signuȝ
si ille q̄ signū habebat vult ea vti sicut prius
ꝙ ipse factor reputat̄ falsus et mendax vel
stultus sine sensu vt cum sit specialis diuisa
militibus a non militibus quomō aliquis
eoꝝ suis demeritis priuat̄ a militia si ducat
eandem diuisam quā primo ex quo substā
tia veritatis habuit mutationem est reputa/
tus mendax et dat̄ ei pena ꝑ eo non minus
est de illis dignitatibus taȝ ecclesiasticis ꝙ̄
secularibus quibus possunt priuari possi/
dentes vel si nunꝙ̄ habuerunt. et vocantur
tales. eadem ratio concurrit circa mulieres
existentibus alijs signis virginū et vxorata
rum corruptaruȝ. quia iste facerent iniuriaȝ
suis maritis si ambularēt in habitu in quo
primo ambulabant sic facerent iniuriā regi
milites si facta pace in se ducerent signū qđ
primo erat guerre vel ecōtra signo ipo facto
existente falso quoniam non est cōforme rei
per illud significate ꝓprium ¶ Exemplum
circa materiam de qua loquimur est de mu/
liere que alio habitu vtitur quando ē virgo
desponsata et alio quando iam peperit. qꝫ
si postꝙ̄ peperit filium vult ducere se sicut
prius anteꝙ̄ pareret omnes videntes deri/
derent eam reputantes eam mulierē insen/

satam specialiter si ipsamet occidit suū ꝓpri
um filium et se vellet ostendere ac si nūq̃
peperisset quia iam non solum mulier infe-
sata sed etiam reputata sicut veraciter falsa
et sine aliqua excusatione plena omni mali
cia. hic est ꝓprie casus synagoge societatis
descendentis ex semine abrahe qua alijs
omnibus dimissis generationibus deus ac
cepit in fide ꝓ sponsa sua quando abrahā
credidit et fuit ei reputatū ad iustitiam. Un
de ex illo tempore semper vixit in fide et spe
quod ex illa debebat nasci messias ꝙ non
erat in aliqua alia generatione et in signum
predicte fidei abraham sicut dictum fuit ac-
cepit circuncisionem nato ergo messia ex se-
mine iudeorum et impletis per ipsum om-
nibus mysterijs sic est ꝙ vt maneret insta-
tu quē primo tenebat occidit filium ex ea na
tum quis poterit iudicare nisi ꝙ sit totaliter
sine sensu et plena omni malicia postea po-
suit vti circūcisiōe ꝓ diuisa ei data quousq̃
ex ipsa nasceretur filius ei ꝓmissus hec ratio
non minus culpat sarracenos confitētes na
tiuitatem ihesu xp̄i ex maria virgine descen-
dente ex genere iudeorum. Unde impleto
mysterio circuncisionis statim cessauit que
primo erat diuisa et signum specialis amo
ris illius populi. Item circuncisio tenebat
locum et conditionē vnius supplicationis
continue ad deum vt recordaretur sue mise-
ricordie secundum ꝙ locutus fuit abrahe et
alijs patribus iudeorum ꝙ veniret ad re-
dendum contritos corde et ad predicandum
captiuis indulgentiam et clausis daret ap-
peritionē et consolationem lachrymantibꝰ
impleto ergo et de ea habita ꝑfecta noticia
circuncisio que iudeis erat sicut quedā sup
plicatio primo redit in abbominatiōnem et
odium quanto plus ducunt eā tanto se fa
ciunt magis indignos diuina cōsolatione
de quo tempus preteritū. M.cccclx annorū
est eis plus q̄ satis testimonium existendi
cōtinue in ira dei et vt nunq̄ habeant mise
ricordiā sicut circūcisio dabat eis spē quā to
taliter ꝑdiderūt qn̄ mutata substācia et noti
ficata veritatē mysterij circūcisione que erat
signū voluerunt vti sicut prius bene pōt hic
dici illō brocardicū istiꝰ regni castelle sabi
lo digo nuera entiendolo tu suegra. Supra
dictis racionibus conprehēdentibus sarra
cenos plus q̄ iudeos quando ipsi post q̄
cessauit suum mysteriū ea ratione qua fuit
data abrahe vtuntur circūcisione qui si atten
te voluerunt cogitare in secretis sacre scriptu
re possunt sane intelligere ꝙ inquantū vtūr
circuncisione sicut moyses continue accusat
iudeos ante deū. quia nō crediderūt dictis
eius sic abrahā accusat sarracenos falsē suā
diuisā deducētes post impletionem ꝓmissi
onis sibi facte et alijs patribus cuius im-
pletionis ipsimet sunt testes positi in para-
dyso post mortem ihesu christi. accusat eos
iterum non minus abraham quia cōfitētes
se venire de hysmael contradicūt eis diuina
verba et mendacia dicunt. quia non in hys-
mael sed in ysaac semine est benedictio oīm
gentium. et dicunt seipsos esse illos de bene
dictione ysaac ꝓmissa vix sufficeret tempus
si scriberēt rationes et causas occurrentes ad
intellectū iniusticie totaliter irrationabilis
quam sarraceni cōmitunt in vsu circuncisio
nis non habendo autenticū et expressum te
stimoniū quod suo magistro. s. machome-
to fuerit mandatum. Uerumtamē si tale pre
ceptum fingam nō potest esse dei quia deus
non potest dare falsum testimoniū sicut est
circuncisio mutata veritate et substātia illiꝰ
qd̄ significabat totali veritate existente prin
cipaliter in hoc ꝙ sit ꝯformitas intellectus
cognoscentis rei que cognoscitur potest ali-
quis dicere ꝙ intelligit ꝙ sol sic relucet no-
bis et illuminat de nocte sicut de die. Sꝫ qr
natura rei nō est cōformis sua cognitio nō
est vera similiter et eius dictū. et si illud qd̄
dicit ponat in scripturis eadem ratione illā
scriptura erit falsa vt notat dn̄s Cesarien̄.
in tractatu suo ꝯtra sarracenos.

Contra xp̄i conceptionē per spm̄ sanctū.

Secūdū argumētū sarracenorū est ꝯ
christi conceptionē quam nos xp̄ia
ni affirmamꝰ de spiritusancto qui est tercia
in trinitate ꝑsona quod ipsi non intelligen-
tes licet asserent xp̄ū de virgine natū et ma
riam virginem ꝑmansisse non tamen intel-
ligunt spiritum dei terciam in trinitate per-
sonam sed potius materialem flatū qualē
reperimus in homine et alio animāte. Di-
cunt. n. deo insufflante beatam virginem de
illo flatu virginem concepisse. ꝙ volunt au
ctoritate et ratiōe ꝓbare. s. ꝙ flatꝰ sit in deo

et q̄ de tali flatu ↄcepit virgo. vñ dr̄ in psa. Flauit spiritus eius et fluent aque. spm̄ istuꝫ intelligūt materialem dei flatuꝫ. Itē Gen. i. inspirauit in faciem eius spiraculum vite q̄ sic intelligūt deus suo flatu insufflauit in corpus ade et ita creatus est spirit⁹ in corpe ade illo flatu diuino de eodem flatu intelligunt quod legitur in euangelio Insufflauit xp̄s in discipulos suos et ait. Accipite spm̄ sanctum et cetera. Sic etiam intelligunt qd̄ gabriel dixit ad mariam. Spiritussanctus superueniet inte. et illud quod de xp̄o dicit conceptus de spūsancto ex maria virgine. Ratione etiam idē volunt astruere sic. Virgo maria xp̄ꝫ genuit per se non alio mediāte sed nec de virili semine cum concepit nec de diuina substātia. ergo de quodā medio inter rationalem creaturam et deū. Sed qd est medium super hominem et infra deum nisi flatus diuin⁹ quo insufflata peperit virgo maria. Si flatus materialis impregnat terram et germinare eam facit quid mirum si flatus diuinus infecundauit mariā. Ad hec respondet alanus in suo quadripertito libro. iiij. capitulo primo q̄ illi qui hoc conant asserere indigent pena et sensu quia in deo materialis flatus non est cum sit substantia incorporea nec habet instrumēta flādi vt fauces et huiusmodi. Si. n. de⁹ corporeus esset variabilis esset nec in omni loco incircumscriptibiliter esset. q̄ autem deus incorporeus sit ratione non indiget cum ois ratio tam humana q̄ diuina hoc irrefragabiliter affirmat. flatus enim dei siue spiritus dei dicitur spūssanctus qui procedit a patre et filio de quo dicit spūs domini ferebatur super aquas Gen. i. et xp̄s dicit spūs vbi vult spirat. Si spiritussanct⁹ aliqua volūtas est rationalis est et ita materialis flatus non est: Item apostolus dicit q̄ spiritussanctus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. xp̄s etiam ait. Ite predicate euangelium omni creature baptizantes eos in nomie patris et filij et spūssancti Hic spūssanctus connumerat patri et filio et ita vna est in trinitate persona de hoc spū dicitur flauit spūs eius et fluēt aque. cū em̄ spūs. s. per gratiam inspiratur peccatorib⁹ qui dicuntur aque propter fluxū peccatorꝫ aque fluūt. i. peccatores conuertuntur fluūt propter fluxum lachrymarū per penitentie lamentum. q̄ autem dicatur dominus inspirasse spiraculum vite in corpus ade. sic intelligendum est spm̄ hominis creando cū corpori hominis infundit. per hoc auteꝫ q̄ xp̄s insufflauit in apostolos significatū est q̄ gratiam spūssanctus infundebat in eos Superuenit aūt spūssanctus in virginem gloriosam quia ei infudit gratiā suam. Eadē ratiōe dicitur cōcepisse de spūsctō. i. ope spiritussancti non de substancia ipsi⁹: ipsa em̄ virgo sola dei auctoritate de carne sua xp̄m concepit sine alterius rei pmixtione. nec aliquis debet intelligi flatus materialis vt iā dictum est a deo procedens racionalem creaturaꝫ excedens quia si aliquis materialis flatus ꝓcederet a deo aut esset eiusdem nature cum deo aut nō. Si esset eiusdeꝫ nature cum deo ergo esset deus et ita de diuina natura concepit virgo q̄ dictu et intellectu est hornbile asserere. Si vero ille flatus non est diuine nature queritur ergo cui⁹ nature sit. si icorporee nature ē et nō diuine erit angel⁹ vel anima cū spūs sit. et ita beata virgo de angelo vel anima concepit. Si aūt corporalis est nihil aliud q̄ aer esse videtur et ita absurdissimū est q̄ sequitur vt dicamus virginem ex aere ↄcepisse hominē. Queritur iteꝫ a sarracenis vtruꝫ ex solo flatu facta sit illa conceptio. si ex solo flatu conceptus est xp̄s quomō ex solo flatu flat⁹ est hō vel ipe flat⁹ factus est homo. fuit ille flatus anima xp̄i vl' vnitus anime xp̄i. si fuit vnit⁹ anime xp̄i spūs sophisticus esse videtur. corpus etiaꝫ qd̄ xp̄s habuit fuit de carne virginis aut ñ si non fuit de carne virginis filius virginis non fuit. Unde ergo carnē habuit si de virgine habuit fuit flatus ille vnitus carni vt ex illis duobus fieret conceptio et illo flatu animaretur caro ad hoc vt xp̄s fieret homo Sed obijcit sarracen⁹ veritatis inimicus si xp̄s non fuit de substantia diuina vel de flatu dei conceptus quō ergo fuit dei filius. Ad quod respōdetur q̄ xp̄s scd̄m humanā naturam fuit filius virginis et scd̄m diuinā filius dei ab eterno a patre natus scd̄m diuinitatem. In tempore vero de virgine secundum humanitatē. q̄ aūt xp̄s fuerit deus et hō supra libro primo latissime ꝓbatum est

Q̄ christus non sit deus.

Tercium argumentum sarracenorū est contra xpi diuinitatē. Arguunt .n. contra nos si xp̄s eēt deus ipse de se hoc in euangelio declarasset sꝫ hoc est falsum qꝛ nūq̄ p̄ hoc de se asseruit nec dixisse legit̄ se eē deum. quicq̄d sit de argumēti sequela addit ꝙ insipienter dicunt. s. ꝙ nunq̄ de se xp̄s asseruit se esse deū. R̄ndet̄ multiplici testimonio ipsius xp̄i oppositum esse verum. Unde Mar. xiiij. habetur ꝙ cum sacerdos interrogaret ihesum dicens tu es xp̄s filius dei benedicti Rn̄dit ihesus et dixit illi Ego sum. est manifesta confessio ꝙ xp̄s est deus ppter ꝙ summus sacerdos scidit vestimēta sua et cetera Item iohānis vi. Ego sum panis vite qui de celo descendi si quis manducauerit ex hoc pane viuet ineternum. Item iohannis viij Ego sum lux mundi qui sequitur me nō ambulat in tenebris sꝫ habebit lumē vite. Item ex pluribus alijs locis. Ego sum resurrectio et vita Ego sum via veritas et vita. Ego sum ostium per me si quis introierit saluabitur. Ego principiū qui et loquor vobis Ego sum alpha et o. principiū et finis que omnia non possunt competere nisi deo vero vt patet cuilibet intuenti. In cōfirmationē huius iudei allegantes causam coram pylato quare deberet mori xp̄s dixerūt qꝛ filium dei se fecit. Et sic patet q̄ insipienter et stulte locuti sūt sarraceni in pallegato argumento

Contra xp̄i mortem.

Quartum argumentum sarracenorū est contra xp̄i mortem. Ipsi enim asserunt xp̄m immortalem et impassibilem fuisse qui conceptus de dei flamine et ideo dicunt ip̄m non fuisse passū vel mortuum nec a mortuis suscitatum. sed asserūt loco illius hominem posuisse cum iudei vellent ip̄m in cruce affigere ꝙ ita nituntur pbare. si xp̄s de flato diuino conceptus est sicut flatus diuin⁹ incorruptibilis est ita xp̄s impassibilis. Preterea indecens esset xp̄m de flatu diuino conceptum et quodāmodo dei filium crucis subire patibulum. Rn̄detur ꝙ xp̄s secundum ꝙ dei filius est nec pass⁹ nec mortuus nec suscitatus est sed secūdum infirmitatem humane nature quā assumpsit de virgine. quia christ⁹ si carnem assumpsit aut passibilem habuit aut impassibilē. Si impassibilem vnde eam assumpsit Si passibilē et pati et mori potuit et ex diuinitatis virtute a mortuis resurgere. Sed si de carne virginis passibilem carnem assumpsit et sic passibilis fuit, ꝙ aūt xp̄s filius dei fuerit, et secundum hoc immortalis et filius virginis et secundum hoc mortalis diligenter superius libro primo pbatum est. et etiam ꝙ xp̄s passus mortuus et suscitatus fuerit ibidem latissime probatum est in questione. xij. thesaurorum. Et si dicat sarracenus miserū esse xp̄m subijsse mortem secundum infirmitatem Respondetur ꝙ hoc non reputamus christi miseriā sed dignationē quia ex summa misericordia fuit et dignatiōne ꝙ christ⁹ carnem assumpsit et mortem subijt non ꝙ meruisset hoc cum peccatum non fecerit vt et ipsi sarraceni fatentur sed vt a morte nos per mortem redimeret Si .n. rex aliquis misertus serui sui iacentis in luto lutum intraret vt seruum liberaret non hoc ascriberetur miserie regis sed dignationi. Ex verbis etiā ipsius alchorani elicitur predictus error. Unde ait in capitulo. xxviij. in persona xp̄i dum inter homines conuersaret iniunxit mihi. s. deus nec me virum difficilem sed malorū expertem creauit et super me ē diuina salus in die mee natiuitatis et mortis et a qua iterum viuus accedam hec ibi.

Contra trinitatem personarum.

Quintum argumentum sarracenorū est contra trinitatem psonarū. Cum enim audiuit machometus ꝙ christiani ponebāt in deo tres psonas nō valens intelligere sine pluralitate diuine essentie. cogitauit ꝙ ponebant tres deos. et ideo negauit trinitatem in deo. et ideo dixit in alchorano in capitulo elenesa non dicatis tres qꝛ de⁹ est deus vnus. licet pluralitas personarum in deo possit ostendi ex sacra scriptura et rationibus sicut supra probatum est cōtra iudeos libro. iij. consideratione. iij. articulo. xxiij. quia tamen primū vt infra dicetur dicunt esse corruptum. Secundum vero audire nolunt cum noluit credere nisi his que tradita sunt eis a suo magistro in alchorano. Ideo ad eorum confusionem ex eodem alchorano volo ostendere pluralitatem personarum in diuinis ad quod cum non potuit

respondere compellantur intrare continuitatem veritatis. ¶ Queramus ergo a sarracenis quid sibi voluit alchoranum, quia totiens induxit deum de pluralitate loquentem. Dicitur etiam in capitulo elbalkara in persona dei diximus angelis adorate adam etc. Ex hoc continuauit postea vsqꝫ ad finem libri aliquo modo loquendo de deo in singulari aliquando in plurali et certissimum est omnibus xpianis iudeis et sarracenis ꝙ deus est vnus et solus et simplex et non habet nec potest habere consortem. quare igitur de se loquitur pluraliter non possunt dicere ꝙ deus loquitur de se et angelis. dicitur enim ibi diximus angelis. hec ergo locutio dei est non angelorum sed ad angelos. Item secundo in capitulo sad dicitur ꝙ omnes angeli adorauerunt adam nisi dyabolus ergo omnibꝰ angelis dixit deus. Tertio capitulo in multis locis in alchorano induxit tales locutiones de deo in plurali in talibus actionibus in quibus angeli nullomodo communicant sicut in creatione mundi in iustificatione impij dicitur in alchorano in pluribus locis in persona dei nos nunquam creauimus celum et terram et intermedia pro ludo. et nos iustificamꝰ hominem etc. et nos misimus christum filium marie et dedimus ei spiritum et euangelium et miracula et talia in quibus angeli nullo modo communicare possunt cum deo. angeli enim creati sunt a deo et non creatores cum deo creante celum et terram et intermedia. nec possunt dicere sarraceni ꝙ vox illa pluraliter sit excellentissimi creati per quod deus omnia fecit vt dicunt. Constat enim ꝙ quicquid est preter deum est creatura a deo creata et nulla creatura potest esse cocreatrix cum deo. Item .iiij. capitulo: Non potest etiam dici ꝙ deus pluraliter de se loquitur propter diuersas quidditates que sunt in eo sicut potentia iusticia et huiusmodi quas arabes appellant saphat. Ista enim sunt in deo non accidentia sed sunt ipsa diuina essentia Unde in deo nullam compositionem nec pluralitatem faciunt vt per illa deꝰ de se loquatur pluraliter cum tamen in angelo et homine illa accidentia aliquam compositionem faciant et certe talis modus loquendi scilicet ꝙ deus de se cum sit vnus pluraliter loquatur inuenitur semel a Moyse introductus in Gen. nam in formatione hominis deus locutus est dicens faciamus hominem etc. Et dicunt iudei ꝙ est vox dei ad angelos quod est contra sacram scripturam que nunquam dicit hominem creatum ad ymaginem angeli sed ad ymaginem dei et hoc est ꝙ statim subiungit Moyses post ista verba, dicens. Et creauit deus hominem ad ymaginem et similitudinem suam ad ymaginem dei creauit illum. Est igitur vox dei patris ad filium vel totius trinitatis adinuicem. nam deus qui est vnus et simplex in essentia est trinus in personis. et alchoranum illud simpliciter dixisset nisi quia tenuit ꝙ non posset esse distinctio personarum sine distinctione essentie Ideo dicit in capitulo elneza. O familia libri nolite vacillare in lege vestra et non dicatis de deo nisi veritatem quia christꝰ ihesꝰ marie filius est nuncius dei et verbum dei quod in ea posuit per spiritumsanctum suum Ecce hic nominat deum verbum dei et spiritumsanctum suum. Sed timens ne per hoc diuina essentia diuideretur vel multiplicaretur vel determinaretur statim subiunxit et non dicatis tres quia deus est deus vnus. Ecce quantum appropinquauit ad illud quod maxime arduum est in fide vt quasi cum iohanne diceret pater verbum et spiritussanctꝰ hi tres vnum sunt. Induxit igitur in alchorano machometus deum loquentem pluraliter et nescit causam. teneamus igitur cum eis communiter ꝙ deus est vnus et solus simplex et ipsi habent in alchorano ꝙ deus est deus vnus et ꝙ habet verbum suum et spiritumsanctum. et sic tenemus ꝙ ipse qui est vere deus vnus et simplex proprie de se loquitur singulariter. et quia est trinus in personis aliquando loquitur de se pluraliter. Sed quia late dictum est de patre et filio dicamus aliquid in speciali de spiritusancto contra sarracenos et queramus ab eis quia alchoranum frequentissime facit mentionem de spiritusancto quis est iste spiritussanctus. Nam in capitulo elbakara in persona dei dicit diuisimus et dedimus ihesu filio marie ꝙ faceret prodigia et miracula manifesta et perfecimus eis per spiritumsanctum et idem repetit per omnia infra in eodem capitulo. Item dicit in capitulo elembra de maria insufflamꝰ in ea de spiritusancto et in pluribus alijs locis loquitur similia de spiritusancto Queritur ergo quis est iste spiritussanctꝰ et non possunt dicere sarraceni

q̄ sit aliqua creatura pura vel aliquis ange lus bon⁹ q2 loquit᷑ de eo singulariter vt de vno sancto nostro. Angeli vero sancti sunt multi et oēs sunt dei. que esset igit᷑ causa vt de eo singulariter diceret nostro et sācto. Et preterea nō esset magna ꝯmendatio de xp̄o quem alchoranū intelligit singulariter com mendare q̄ de⁹ dedisset ei angelū custodem q2 quilibet homo h3 angelū custodem. na3 deus facit spūs angelos et nūcios nostros sicut dicit᷑ in alchorano in capitulo elmedaize Et preterea angeli nō sanctificant hominē. s3 deus immediate et solus. sicut solus de⁹ potest dimittere peccata vt dicit᷑ in alchora no. Si aūt predictus spūssanct⁹ sit vere de⁹ sed ver⁹ deus qui de spūsancto loquitur di cens. dedimus spm̄sanctū et insufflauimus de spū nostro. cū igit᷑ diuina essentia sit vna et simplex et non posset diuidi nec distingui et ibi sit dans et datū. dans qui dicit dedi mus. et datus spūssanctus qui dicitur dat⁹ et insufflatus et inter dantē et datū requira tur distinctio. oportet q̄ deus dans et insuf flans et spūssanctus insufflatus et datus di stinguant᷑ et differant hec est distinctio sola quam nos christiani ponimus in diuinis personis et quā vocam⁹ distinctionē realē per relationes originis stante vnitate indi uisibili diuine essentie Patet ergo declarata trinitas psonaꝝ in diuinis ꝯmunitate essen tialiter ex alchorano machometi quā sarra ceni non intelligunt percussi cecitate.

Contra beatitudinē eternam que in dei visione et non corporali refectione cōsistit

Extum argumentū sarracenorū est ꝯtra beatitudinē eternā. et nos chri stiani intelligimus et firmiter credim⁹. scl3 q̄ cōsistit in dei beatifica visione et illa ē spi ritual' refectio finalis beatoꝝ. Sarraceni ve ro tenēt in eterna beatitudine homines refi ciendos materiali cibo et potu qd̄ sic aucto ritatib⁹ nitunt᷑ probare. Deus enī promisit iudeis si bene agerent terram lacte et melle manantem s3 hoc intelligi nō pōt de materi ali terra ꝓmissionis q2 illa nō manat lacte et melle. ergo in alia vite eterne. Item chri stus promittens suis credentibus eternā re fectionē dicit vt bibatis et edatis sup men sam meā in regno patris mei. Item post re surrectionē legitur xp̄m de fauo mellis co medisse vt per hoc insinuaret q̄ post resurre ctionem oēs reficientur melle. Ad hoc dicē du3 est istis bestijs q̄ in eterna beatitudine nō erit aliqua materialis refectio sed spiritu alis. q2 tūc homines spiritualia corpora ha bebunt non potu vel cibo indigētia quia si cut attestat᷑ xp̄s hoīes in padyso neq3 nubēt neq3 nubent᷑ s3 erūt sicut angeli dei in celo ci bo et potu non indigentes et apostolus ait quod esca et potus non sunt regnum celorū caro etiam et sanguis regnum dei non possi debunt id est alimenta carnis et sanguinis in regno dei locu3 non habebunt ad litterā de terra ꝓmissionis intelligi non potest qđ dictum est de terra lacte et melle manante ter ra enim illa sterilissima est sed per terrā ma nantem lacte et melle paradysus celestis in telligitur qui manare melle et lacte dicitur ꝓ pter eterne et interne refectionis dulcedinem mensam aute3 christi que est in regno patris sui vocat spiritualium bonoꝝ refectionem q̄ spiritualis refectio nihil aliud est q̄ diuina fruitio. Unde in psal. torrente voluptatis tue potabis eos. Que autem maior insania potest esse q̄ asserere hec est bonorum pmia scilicet esum mellis et potum lactis nun q̄ sustinuerunt martires tot persecutiones vt ad has deuenirent refectiones voluit lauren ti⁹ vri in craticula vt ad hec perueniret gau dia suspēsus est vincentius in eculeo vt hoc frueretur cibo certe si deus daturus esset sua materialia fercula credo q̄ elegātiora daret eis cibaria xp̄c autem post resurrectionē nō ideo comedit vt per hoc insinuaret refusata tis necessaria esse sed vt probaretur ei⁹ resur rectio vera eiusdem in numero non solū per auditum cum dixit eis pax vobis: Luce. vl timo quia xp̄s habebat talem modu3 salu tandi spiritus enim malignus nō consueuit annūciare pacem sed discordiam nec solum per visum. cum dicat discipulis videte ma nus meas et pedes meos quia ego ipse su3 Luce vltimo. Nec solum per tactum cu3 di xit palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet sicut me videtis habere. Lu ce vltimo. Sed etiam probauit suam resur rectionem esse veram ex gustu. quia corpus fantasticum et sine anima comedere nō po test. Hac ergo ex causa dixit discipulis suis habentis hic aliquid ad manducandum illi

tulerunt partem piscis assi et fauum mellis Unde cibus ille non fuit conuersus in carnem sed resolutus in piacente materiã. Sʒ nec hec causa comedẽdi erit in resurrectione genera li. ea ergo que in sacra scriptura de vita eter na repeniũtur vt cibus et mensa per similitu dinẽ vel exemplũ posita sunt. Nõ sic aũt de secta machometi quia ipse de vera beatitu dine et de visione dei nullam omnino facit mentionem. q2 nec desiderauit nec apphen dit ea sola que desiderauit promisit in quo apertissime fuit cõtrarius nõ solum christo sed omnib⁹ prophetis et omnibus philoso phis et oibus ratiõe vtẽtibus qui oms cõ muniter concordãt q vltima hominis feli citas sit in cognitione solum dei iuxta illud quod dicit Johãnis. Hec est vita eterna vt cognoscãt te solum deum verũ et quẽ misi sti ihesum xpm et Aristotiles in quarto ethi corũ et. xij. metaphisice dicit q vita que est scdm intellectuʒ est optima igitur gulosa et luxuriosa est pessima vita que impedit intel lectum hominis. Sed obmissis auctoritati bus sacraꝝ scripturarũ quã nõ recipiũt sarra ceni lʒ recipere deberẽt cũ ipse valde laudet et commendet legem dei pphetarũ sanctoꝝ doctrinã ac euangelium xpi fiat ratio cõtra eos qua ostendatur q in illa felicitate eter na nõ erunt act⁹ gule et luxurie Et arguit sic Ad hoc sumum⁹ cibos vt corruptio que pos set accidere ex cõsumptiõe naturalis humi di nõ sequat vt etiam cibos sumim⁹ et aug mentum. sed ista duo nõ erũt ibi Nam oẽs in debita quãtitate resurgẽt nec ampli⁹ po terũt mori nec aliquo modo deficere. Nam sicut dicit machomet⁹ in sua doctrina vt pa tuit supra ꝯsideratiõe. iiij. postq omia mor tua fuerint deus occidet mortẽ et postea re surgẽt immortales et integri. ergo cibi sum ptio nõ est necessaria aliquomõ et eodem modo nec vsus venereoꝝ q nec tũc est neces sariuʒ q cõseruetur in spẽ quod nõ põt con seruari in indiuiduo. Item homĩes resurgẽ tes imperpetuum viuẽt. ergo si cibo semper vterentur in infinitum augebũtur. coꝝ cor pora. aut erunt ibi digestiones aut alie fedi tates vt tantum resoluatur quantum con uertitur quorum vtrũq est inconueniens. Ad hec respondet machomet⁹ in libro de doctrina sua dicens q non erit ibi egestio sordium sed purgatio per sudorẽ. Et ponit exemplum de puero in vtero matris qui vt dicit nutritur et non egerit. Sed exemplum et ratio eius nihil soluit sicut patʒ inspicienti Nam quedã sunt de pfectione impfecti que in re pfecta essent imperfectio magna. Item ista euasio machometi nihil valet qm cor pora resurgentiũ ita erunt incorruptibilia q nihil poterit resolui ex eis et sic nõ est simile de vno et de altero de pfecto et imperfecto. Itẽ si in istis actibus esset vltima hominis pfectio vt videt machomet⁹ expresse dicere: quid igitur nũc oportet abstinere ab istis et nõ magis die ac nocte luxuriare et comedere vt hic etiaʒ felices sumus. sed apud omnes homines etiam apud sarracenos reputatur virtuosius abstinere ab his et etiã ipsi sarra ceni habent viros cõtemplationis et cõtinẽ tes quos maxime laudant. Item si in istis actibus est vltima hominis felicitas quid faciet anima separata ante resurrectiõeʒ que nec comedere nec luxuriare põt. nec angeli etiã vnq potuerũt esse felices quia istis om nino carent Preterea si habẽdo mltas vxo res et infinitas cõcubinas et adolescẽtulas est vltima viroꝝ felicitas vt patuit supra cõ sideratione. iiij. Quomõ ergo mulieres po terunt vnq esse felices nisi habeãt multos viros. Erit igitur aut mulier felix aut vir fe lix et mulieres adolescentule infelices et mi sere. Rationabiliter ergo cõcluditur q oms tam viri q mulieres eoruʒ infelices erunt et miseri sequentes id quod debetur porcis et asinis. s. gulam et coitum.

Contra matrimoniũ vnius vxoris tãtũ

Septimũ argumentũ sarracenorum est cõtra matrimoniũ vnius vxoris tm. Cum enĩ sit illicitum in lege xpi plures vxores simul vno tempore habere. Sarrace ni oppositũ asserentes dicunt licitũ esse plu res vxores simul habere sicut supra patuit consideratiõe. v. pcepto. ix. hoc nituntur pro bare auctoritate patrum veteris testamenti qui duas vxores simul habuisse leguntur vt Jacob et dauid et alij multi. ergo qua ra tione licitum fuit eis habere plures vxores eadem ratione et modernis Sed hoc non af firmant sarraceni nisi vt luxurie sue satisfaci ant. tota enim eorum vita in fetore luxurieẽ vt supra patuit. Dicendũ ergo q vita debet

esse vnius. Unde et de⁹ vnā dedit ade vxo-
rem et non plures. que etiā sacramento de-
seruit q2 per hoc significatur ꝙ vna est spon-
sa xpi. s. ecclesia. Unde et lamech mortaliter
peccauit qui primus plures vxores habuit.
In veteri aūt testamento licitum erat alicui
plures vxores habere ad multiplicandū ge
nus humanū ad cultum diuinū tunc terrā
replebat fecunditas. nunc aūt celum replet
castitas. a tempore enim iohannis baptiste
regnū celoꝝ vim patitur et violenti capiūt
illud. In veteri aūt testamento a matrimo-
nio non excipiebant nisi. xi. psone. in nouo
excipiuntur infinite. et vbi apostolus ait. i.
Corint. vij. q̄diu viuit mulier alligata est
viro vt nō possit alij nubere similiter vir mu
lieri vt non possit aliam ducere. Unde vir si
plures vxores habeat adulter ē. et sicut vna
mulier nō potest simul habere plures viros
sic nec vnus vir plures mulieres simul. Itē
dicit apostolus ꝙ vir nō habet potestatem
corporis sui sʒ mulier. sic et vir vxore sua vi-
uente non potest accedere ad aliā. Cū ergo
sarraceni dicant xp̄m magnum prophetam
fuisse quomodo autem de eius verbis con
tradicere que dixit mulierem non esse relin
quendam nisi causa fornicationis. Ipsi āt
multis de causis relinquunt vxores sūt etiā
inter eos qui dicunt mulierem relictā a ma
rito non debere ad eū egredi donec alter eā
ea conueniat: sicut patuit supra cōsideratōe
quīta. precepto. ix. Et sic puaricatores legis
et euangelij facti sunt. In lege enim scriptū
est vt si quis vxorem suā qualibet ex causa
dimiserit et voluerit ad eum quoqꝫ regredi
ipsius est. sine dubio si tamen eam alter nō
sordidauerit. si alter eā tetigerit ab illo in-
perpetuum ꝓhibita est. in euangelio tamen
non est licitū homini vxorem suam sine cau
sa fornicationis dimittere. et qui dimissam
alterius in vxorē receperit adulter et mech⁹
iudicetur. Item si christum credunt tantum
fuisse prophetam et de virgine natum et de
flatu diuino conceptum vt supradictum est
cur non celebrant eius conceptū vel ei⁹ ortū

Contra baptismum quo ad ablutionem interiorem.

Octauum argumētū sarracenoꝝ ē contra baptismū quo ad ablutōēʒ
interiorem. nos enim solam ablutiōem cor
poris dicimus et fideliter confitemur nō suf
ficere ad remissionem peccatoꝝ sed exterior
et interior per aquā spūs sancti. Sarraceni
vero affirmant solam corpoꝝ ablutionē ꝑ
aquam factā sufficere ad peccati remissiōne
quod volūt multiplici auctoritate probare.
Ait enim Ezechi. xxxvi. Effundā super vos
aquam mundam et mundabimini ab omni
bus inquinamētis vestris. et iohānes bap
tista fuit baptizans in aqua tm̄. Mathe. iij.
Mar. i. Jo. i. Naaman etiam ablut⁹ septies
in iordane liberatus fuit a morbo lepre iiij.
Reg. v. per quod significat ꝙ aliquis per
solam ablutionem liberatur a peccatis ade.
His ergo auctoritatibus dicti sarraceni asse
runt quodlibet peccatum mortale homini
remitti per solam aque ablutionem sine cō-
fessione et contritione. Dicendum ergo ꝙ
nō sufficit ablutio discreto et adulto sine cō
tritōe et cōfessione nec puero sine trinitatis
inuocatiōe. Ezechiel vero aquā illā vocat
mundā que sanctificatur per verbum. iuxta
illud Augustini. Accedit verbū ad elemētū
et fit sacramentum. Iohannes aūt nō bap
tizauit in peccati remissionem et sanctificati
onem sed in assuefactionem vel significati
onem nec peccata baptismo eius remittebā
tur. Ablutio aūt aque qua naaman purgā
tus erat a lepra significabat baptismū xpi
quo quis liberatur a culpa. Ab vno autem
aq̄ qua fit peccati remissio in baptismo ite-
rari non potest vel debet quia significat pas
sionem xpi et mortem que iteranda non est
nec sacramento baptismi debet fieri iniuria
Semel ergo valet aque ablutio. i. baptism⁹
puero vel adulto iterata nō prodest. Errant
ergo pagani qui singulis ablutionibus cor
poris suoꝝ credunt sibi remitti mortale pec
catum q2 si tale esset videret esse peccati ince
tiuū. Isti etiā multa de lege veteri obseruāt
et ita quodāmō iudaizāt q2 vt supra patuit
porcū nō comedūt plures vxores simul du
cūt etc. Et iā in primo libro ostēsū fuit legē
moysi abolitā fuisse q2 veniēte veritate cessa
uit vmbra et figura. christ⁹ etiā eam ostēdit
cōsummatam et in se impletā cum pendēs
in cruce dixit consummatum est vt patuit
ibi supra.

Contra venerationem imaginum.

Nonũ argumẽtũ sarracenoꝝ est ꝯtra ymagines que habẽtur in ecclesijs ipi enim cum iudeis insultantes ꝯtra nos dicunt hec nobis non licere qꝛ facimus cõtra diuinũ preceptũ Exo.xx. Deut.xxvij. et Leuiti.xxvi.sc; nõ facies tibi sculptile nec oẽm similitudinẽ etc. Derident etiã christianos qꝛ effigiant deũ sublimi sedentẽ solio et circa eũ magno dignitatis fastigio aquilã hominẽ vitulũ et leonẽ Ad hoc dicẽdũ est ꝙ si lex mosaica ꝓhibuit nullo modo sculptile fieri peccauit moyses qui fecit imagines cherubi. Exo.xxv. et.xxxvij.et posuit in tẽplo. quotienscũq; etiã thurificabãt ante archam et adorabãt similiter faciebãt ante cherubin Salomõ fecit etiã vt dicit. iij. Regum.vi. duo alia cherubin maiora et oẽs cortine q̃ erant in tabernaculo erant intexte multitudine cherubin Et si dicas illud p̃cepit deus et erunt imagines angeloꝝ non hoim dico ꝙ verũ est qꝛ tunc nõ erãt homines tales vt mererent adorari et imagines eoꝝ qꝛ erant increduli et rebelles nec erat honestũ ꝙ sue anime essent in inferno et ꝙ eoꝝ imagines adorarent in terra.sed post ꝙ de⁹ assumpsit carnẽ humanã factus figurabilis et anime sanctoꝝ sunt in paradiso nõ est incõueniẽs ꝙ eoꝝ imagines sint in ecclesijs et venerẽt ab hominib⁹. ꝙ aũt dicit nõ facies sculptile etc. Legislator declarat dicens non adorabis ea neq; coles nõ enim prohibet in illo p̃cepto facere quãcunq; sculpturã vel similitudinem sed facere ad adorandũ. Ideo subditur non adorabis ea neq; coles eo sc; mõ quo gentiles faciebant in veneratione deoꝝ suorum.i.demonũ qui erãt dij alieni quos prohibet colendos esse dicens. Non habebis deos alienos coram me. quali aũt spẽ adorationis deus adoratur et quali xp̃i crux et imago virginis ac sanctorum et de institutione imaginũ omnium errore excluso latissime dictum est supra libro.iij.consideratõe iiij.argumento.xxiij.vide ibi. ꝙ autẽ de⁹ pingitur a christianis in throno cũ.iiij. animalibus non est irrationabile quia cum ezechiel propheta vidit illam similitudinem et scripsit possunt christiani ad memoriam pingere.

¶ ꝙ lex mosaica et lex euangelica sunt corrupta per iudeos et christianos.

Decimum argumentum sarracenorum est contra veritatem vtriusq; legis sc; christi et moysi quas dicunt esse corruptas per iudeos et christianos.

Ad quod declarandum. Notandum est ꝙ inter cetera ex quibus potest manifeste videri ꝙ alchoranum non est lex dei eo ꝙ ei non attestatur lex vetus nec euangeliũ que ãbo alchoranum testatur ꝙ sint vere lex dei. Sz ipse machometus seipsum commendat ipe de se testimonium perhibet.nos autem inuenimus legem dei esse quandam catenã continuam ad eodem artifice fabricataꝫ vt vnus aut nullus alteri coherêat et correspõdeat. Et vnus propheta de altero ꝓphetat et mentionem faciat et omnes alij ꝓphetauerunt de christo sicut patuit in libro.i. Si igitur lex sarracenorum esset lex dei et vocatio ad legem illam non esset peruersio sz cõuersio vt ipsi dicũt quomodo omnes alios prophetas latuisset ꝙ nullus de eo dixisset aliquid.nos autem nõ inuenimus ꝙ moyses vel aliquis prophetarũ vel ipse christ⁹ aliquid dixerit de machometo vel de sua lege nisi quando dixit de pseudo prophetis cauendis.dixit etiam christus ꝙ lex et prophete vsq; ad iohanneꝫ prophetauerunt vt mũdus sciret ꝙ generalis propheta nõ esset venturus vlterius. machometus autem se dixit generalem prophetam. ꝙ autem ipse non sit propheta vtiq; scimus. Ad hoc aũt respõdent sarraceni dicentes ꝙ Moyses et alij prophete prophetauerunt de machometo et ꝙ etiam christus prophetauit expressi⁹ omnibus quia dixit etiaꝫ nomen eius. Aũ dixit filijs israel euangelizo vobis de legato dei et nomen eius machometus. Sed cum talis scriptura non inueniatur in euangelio christi dicunt sarraceni ꝙ iudei corrupuerunt legem moysi et ꝓphetarum et christiani corrupuerũt euãgelium et nõ remãsit nisi quantum est in alchorano de veritate legis euangelij. Sed ꝙ hoc non possit stare

¶ Primo probo per alchoranum eorum. Nam dicitur in capitulo de iona.si fueritis in dubio de hoc quod reuelauimus vobis petatis ab illis qui legerũt librũ pri⁹ ꝙ̃ nos Illi aũt qui prius legerint librum ꝙ̃ sarraceni sunt iudei et christiani qui receperũt p̃hetaciam et euangelium sicut exponit machometus ergo machometus dicit sarrace-

nis vt petant a iudeis et xp̄ianis de dubijs sed si vt ipsi dicunt propheta veridic⁹ esset machometus quomodo eos ad mendacia testimonij mitteret non igitur erant viciati libri iudeorum et christianorum tempore machometi nec possunt dicere q̄ postea fuerūt viciati. naȝ dicitur in capitulo belgagar qđ interpretatur recordatio. Nos inquit in persona dei descendere fecimus recordationeȝ dei et nos eandem custodiemus. lex moysi et euangelium apud eos dicitur recordatio. igitur deus semper apud suos fideles testimoniū sue creature seruauit ante machometum et cōseruabit etiaȝ Post primo in capi. belmaij de quod interpretatur mensa. Dicit q̄ iudex quidam dixit machometo quomō iudei querebant iusticiam et iudiciuȝ ab eo si venerunt ad te iudica inter eos iuste quia deus diligit iusticiam facientes. et quomodo ab ipso peterēt iusticiam cū sit apud eos vetus testamentum in quo est dei iusticia.

Preterea talis corruptio scripturarum non potuit esse generalis seu manifesta quia sic alienationes sciuissent nec particulares et occulta quia sic aliqui codices integri et incorrupti remansissent sed in omni lingua et in omni prouincia inuenitur lex et euangeliuȝ eodemmodo scripta. Preterea quatuor euāgelia non sunt scripta nec eodē tempore nec eodem loco nec eodem idiomate nec ab eodem scriptore. Sȝ matheus in hebreo in iudea. Johannes in greco in asia. Lucas in greco in abya. Marcus in latino in italia euangelium scripsit. et eorum translatio facta est in latino per hieronymuȝ et per alios ante tempora machometi et remanserunt exemplaria in omnibus linguis ergo non potuerunt per aliquos falsarios viciari quin manifeste sciretur. Preterea nihil est in fide xp̄iana ita maxime arduuȝ sicut incarnatio dei scȝ q̄ homo ille sit de⁹ Et istud fuit maxime difficile suadere mūdo. Unde et romani et alij pagani ꝓpter hoc ꝑsecuti sunt christianos trecentis annis continuis generaliter et distulerūt recipere fidē et euāgeliū q̄r dicebāt q̄ hō ille erat de⁹ nō q̄r nō recepissent hoīes et mulieres plures deos et deas sȝ q̄r xp̄s fuit dictus deus absq̄ licētia romanoꝝ q̄m ipi ꝓhibuerant q̄ null⁹ diceret de⁹ sine auctoritate senatus et etiam q̄r iste deus nō patiebat cōsortem. Naȝ si istum deū recipe-rent cogebant offices alios relinquere quod etiam erat contra pacta ꝓuinciaꝝ et leges et consuetudines romanoꝝ sicut supra patuit libro .i. consideratione .iij. articulo .i. in carmine .iij: Quō igitur christiani in damnationē suam et detrimentū fidei et ꝓuocatiōeȝ romanoꝝ principum mundanoꝝ hoc maxime arduū et minus suasibile in suis scripturis et euangelijs addidissent omnes cū cōsentiebant hāc legē esse sanctissimā et rationabilissimā hoc solo excepto q̄ rationē humanū excedit scȝ q̄ ille hō sit verus de⁹ et verus hō. magis igit christiani si aliquid de euangelio mutassent quod, erat arduum et minus suasibile a principio subtraxissent vt plures ad fidē accederent et addidissent aliquid suasibile q̄ econtrario. Preterea quō christiani cum iudeis potuerūt conuenire a quibus odio tam antico disconueniunt nec cū iudei dicāt xp̄ȝ esse deū nec bonū hoīeȝ Unde q̄tum ad hoc magis conueniūt christiani cum sarracenis qui dicunt ad minus xp̄m fuisse sanctissimū hominem. Preterea christiani ante aduentū machometi fuerunt diuisi in diuersas sectas et precipue orientalis in iacobinos et nestorinos nestorini aūt maxime conueniūt cuȝ sarracenis et machometus mādauit eos singulariter honorari. et quomodo cōuenissent nestorini cuȝ iacobinis qui tāto odio diuidunt ad viciādum euāgeliū q̄ adinuicē occidunt et tū inuenit apud vtrosq̄ euāgeliū omnino idē sicut et apud nos. Preterea nomē machometi q̄re christiani subtraxissent de euangelio cū ipe tū cōmandauerit xp̄m et matrē suaȝ et euāgeliū vt dič i alchorano q̄ i euāgelio xp̄i ē directio et ꝑfectio et nō subtraxerūt inde nomen pylati qui flagellauit eū et nomē iude qui ꝓdidit eū et nomē dyaboli et quare xp̄iani posuissēt in euāgelio q̄ xp̄s sit vere mortuus et crucifixus que nec videnē ei cōuenire cū sit vere de⁹ vt in euāgelio habet et quō videt ꝯnīs q̄ duo tamdiuersa posuissent de christo scȝ q̄ sit vere de⁹ et vere mortu⁹: Preterea dato q̄ potuissēt in oīb⁹ libris ponere ꝯ quis potuit oībus suadere et in cordibus gentium scribere q̄ hunc occiderunt et tamē hoc suasum est toti mundo vt susciperent illud principes et tyranni philosophi et sapiētissimi hoīes et etiā indocti et pauperes ita vt etiā calipha de baldaco moriret xp̄ianus

et fuit inuenta crux ad collum eius vt testa/
retur facto ꝙ ipse dominus sarracenoꝝ mor/
tuus est vere christianus. Et ideo iudicaue
runt eum sarraceni ꝙ sequestratus sepeliret
ab alijs caliphis qui vidit sepulchrum testi
monium phibuit et scimus quia verum est
testimonium eius Omnibus igitur modis
constat ex auctoritate alchorani et ratōnib⁹
validis et apertis ꝙ euangeliū est inuaria/
bile et non viciatum nec corruptum Cū igit
machometus super omnes alios libros cō
mandat euangelium et post illud vetus te/
stamentum. coguntur sarraceni recipere au/
ctoritatem euāgelij et veteris testamēti. Pre
terea in alchorano in capi. helmeide quod
interpretatur mensa dicitur ꝙ familia liberi
nihil omnino sunt nisi compleant legem et
euangelium. Familia vero liberi sunt sarra
ceni sicut ibidem ostenditur. Unde dicit ni/
si compleant legem et euangelium et quod
reuelatum est sibi. Istud autem quod reue/
latum est accipitur alchoranum quod reue/
latum est solis sarracenis vt ipsi dicunt. hoc
idem ostenditur in multis locis in alchora/
no scilicet ꝙ familia liberi sunt sarraceni se/
cundū intentionē machometi dicitur cū
sarracenus in capitulo elnesa quod interp/
tatur mulieres circa finem ꝙ non vacillent
in lege sua. Unde ibi scribitur. O familia
liberi nolite vacillare in lege vestra et non
dicatis de deo nisi veritatē et cetera hoc idē
scilicet ꝙ familia liberi sunt sarraceni osten/
dit expresse in capitulo loz. in fine libri. Si
aūt omnino voluerint dicere ꝙ est lex vetus
et euangelium corruptum ostendāt integrū
et corruptum et maxime si vniforme osten/
derint et in omnib⁹ linguis sicut et nos ostē
dimus eis et recipiemus. quod tamen eis
impossibile est ostendere. Patet igitur dictū
sarracenorum insipiens et falsum esse scilicet
ꝙ testamentum vetus et nouum sunt cor/
rupta. Queramus iterū a sarracenis quare
non legunt nec habent libros istos per maxi
me cum machometus in alchorano freque/
tissime commendet legem Moysi et iob et
dauid et dicat psalterium librū luminosū
et super omnes alios libros cōmendat euā
gelium in quo dicit ꝙ est salus et directio vt
dictum est quia cū xps cōmendauit moysē
et alios pphetas et xpiani eos nō habebāt
acceperunt eos a iudeis et fecerunt trāsferri
de diuersis linguis et habēt eos autenticos
et legunt in suis scolis. Non habent aliud
quod respondeant sarraceni nisi sicut dictū
est dicere ꝙ illa sunt corrupta. Sed quomō
tantus ppheta qualem reputant machome
tum tantum cōmendasset exemplaria corru
pta et dixisset ꝙ in eis esset salus et directio
vel quomodo nō predixisset imposterū cor/
rumpenda. sed potius dixit contrarium ꝙ si
sarraceni erant in dubio de alchorano ꝙ pe
terent ab illis qui ante receperant libros scz
a christianis et iudeis sicut supra dictum est
in capitulo de Jona potius aūt dixisset nō
credatis eis quia habent libros corruptos;
Non est alia causa quare non legunt sarrace
ni predictos libros nisi quia sciunt sapien/
tes ꝙ de facili deprehenderetur falsitas al/
chorani. Si libros sanctos et veraces lege/
rent. Unde et alchoran⁹ sibi maliciose puī
dit et posuit quatuor remedia ne deserēret a
suis et ne falsitas eius deprehēderetur Pri
mū est. qr mandauit eos occidi qui contra
riū alchorano aliquid dicerent. Secūdum
ꝙ cum alterius secte hominibus non dispu
tarent. Tercium ꝙ phibuit ne eis crederent
dicit cū in capitulo vetra non credetis nisi
illi qui sequitur legem vestram cum tamen
dicat ꝙ in euangelio est salus et directio.
Quartum est ꝙ ab eis totaliter separentur
et dicāt mihi lex mea et vobis vestra et c̄.
Et post. vos ab eo liberi ꝙ operor. et ego
ab eo liber ꝙ opamini. et hec dicit in capitu
lo Jone. Si igitur sarraceni bene acciperēt
consilium alchorani procul dubio dirigeren
tur habereut enim euangelium et legē moy
si et alias scripturas sanctas maxime cum
ipsum alchoranum commendando moysē
dauid salomonem et alios prophetas fre/
quentissime dicat ꝙ non preferet vnū alteri.

De bellis et triumphis sarracenoꝝ et chri
stianoꝝ per arma corporalia a tempore ma
chometi vsqꝫ ad presens.

Ona cōsideratio huius libri est de
bellis et triumphis sarracenorū et
christianorum per arma corpora/
lia a tempore machometi discurrendo vs/
qꝫ ad presens tempus. Sicut enim ante
incarnatiōē pplus electus et peculiaris dei

erat ppl'us iudeoꝝ et ꝓpterea eis ꝓuidit tāꝙ filijs de flagello correctionis scꝫ populum gentilium a quo sepe captiuabantur et occidebantur cum diuina precepta transgrediebantur sicut dicitur Amos.iij. tantūmodo vos elegi ex omnibus cognationibus terre Idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras et apoc.iij. Ego quos diligo arguo et castigo.sic et post christi incarnationem populus electus et pecularis dei est populus christianorum Reprobato ergo populo iudeorum propter xpi mortem et in captiuitatem perpetuo ducto prouidit de' electo suo populo xpianorum de flagello correctionis scꝫ populum sarracenorum per quē sepe captiuant' et occiduntur cum dei p̄cepta transgrediuntur et veritatem sue legis relinquunt.pijssimus tamen pater eterni' sic a paganis permittit flagellari filios suos ꝙ eos nō sinit omnino deleri vt in tāparuo populo respectu innumerabilis multitudinis sarracenoꝝ qui sunt velud arena maris sicci et infructuosi.reluceret euidenter ei' potentia et clementia infinita et sicut gentiles non semper vincebant iudeos sꝫ sepe ab eis vincebantur mirabiliter cum precepta altissimi custodiebant sic et sarraceni non semꝑ facti sunt victores sed sepe mirabiliter victi sunt a populo electo xpianorum cum scꝫ diuinam voluntatem deuotissime conabant' implorare.zelo sue sacratissime fidei succēsi: et vt ex diuersis scripturis et cronicis colligere potui.dviij. bellis famosis:presens consideratio explicabit: vt habeant in quo contemplentur principes christiani.quia videntes gloriosissima facta aliorum principum. rationabiliter debēt animari propter honorem sacratissime fidei ad similia operanda. presertim his temporibus in quibus experimentaliter videm' ꝙ plurimū feruet rabies infideliū vt deleant de terra nomē xpianū

¶ Vincūt sarraceni fugato theodoro et aufertur tributum romanorum.

Primum belluꝫ inter sarracenos et christianos factum fuit in affrica circa annū domini septingentesimum.lix. tpe eradij imperatoris et bonifacij pape.iiij: Causa autem predicti belli fuit quia cum machometus astutijs suis peruenisset gentes illius terre et plurimum aliarum elatus non modicum in superbiam suam cogitauit quomodo posset contrariari romanorū imperatori et gentes extrahere ab eius dominio in seruitute et accidit ꝙ predictus imperator eradius misit nuncios suos ad predictos affricanos partes pro colligendis tributis vt moris erat ꝙ cum machometus sciuit venit ad eos in manu forti et negato tributo eos occidit ꝓpter quod eradius imperator congregauit magnū exercitum et p̄fecit ei ducem fratrem suum theodoruꝫ qui imperium orientis de manu eius tenebat Veniens ergo in affricam pugnauit cū machometo et deo permittente victus est theodorus et fugit regressusq; est ad imperatorē eradium sine honore

¶ Vincunt sarraceni et aufertur obedientia imperatorum romanoꝝ in affrica.

Secundum bellum sarracenorum contra christianos factum fuit circa idem tempus in affrica cum enim predictus theodorus fugiens in primo bello ad imperatorem fratrem suuꝫ rediret et omnia vt acciderant narrasset. Imperator cogitans predictum machometum rebellantem subiugare maiorem exercitū cum predicto fratre suo destinauit.¶ Sed licet romani multi essent cum venirent in terram et viderent potestatē machometi pauore concussi voluerunt se retrahere ad quoddam castrum quod dicebatur gabatin. ꝙ cum machometus intellexit venit post eos plures eorum occidendo et vulnerando et licet resumptis viribus xpiani contra eos facies ostenderent finaliter tamen occisus est theodorus frater imperatoris et romani victi sunt omnesq; ibi perierunt paucis exceptis qui in montibus se absconderunt nam centum quinquaginta milia de exercitu imperatoris domino sic permittente prostrati sunt et extunc sublatū fuit romanum dominium in affrica et iuguꝫ seruitutis affricanorum cessauit. De his duobus bellis latius dictum est supra consideratione.ij.in scdo puncto cum de ambitiōe machometi ageretur. Et si queras cur deus permisit sic xpianū populum dilectum suuꝫ per sarracenos flagellari. Respondetur ꝙ sepe deus iuste flagellat populum suum.

ppter peccatū principis sicut patet. ij. Reg. de flagello quem misit deus in populū suū propter peccatum regis dauid sic in pposito Nam vt aliqui hystorie tradunt predictus imperator autem predictū conflictum enti-cis errore fuit maculatus et cū filia sororis sue martina nomine matrimonio cōiunctus alie autem hystorie dicunt quod erat auersus a fide catholica et corruptus ab anastasio patriarcha iacobitarum et ita est opinandum Nam quādiu tenuit veram fidem omnia sibi psperè successerunt. sicut pz de victoria quā habuit contra cosdroe regē persarum et de portatione ligni sancte crucis in hierusalem sicut plene habetur in hystoria exaltationis sancte crucis. Nihil enī est quod ita nequiat oc-casui subiacere quā vera religio nihil quoque lumine clariore pfulget quā recta fides in principe.

Vincunt christiani et rex sarracenorū captiuatur.

Tercium bellum sarracenorū et christianorū tempore eiusdem eraclij imperatoris accidit. Causa autem quare illud bellum accidit vt ferunt quedā hystorie sarracenorum fuit hec quia dum quidā miles eraclij imperatoris distribuerat togas siue quitationes militibus et inter alios etiam sarraceni sub imperatore militātes venissēt ad accipiendū togas predictus miles sine spada illis sarracenis indignanter dixit vix sufficit imperator dare togas militibus christianis quātomagis istis canibus. Illi dolore et pudore incitati recesserunt sine vale. et cum venerunt vltra mare narrauerunt omia sarracenis et siccos imouerūt quod omnes venerunt vno corde vt pugnarent cōtra christianos. Post quā ergo maria trāsiuerūt cōmissū est terribile preliū et multi ceciderūt ex vtraque parte. Veruntamen victoria concessa est christianis et rex sarracenorū captus est in p̄lio et multi alij sarraceni milites cū eo. Circa idem tempus fuit terremotus magnus in terra et apparuit in celo signū ad modū ensis triginta diebus quod ostendebat dominium quod sarraceni debebant habere.

Vincunt sarraceni et transfertur lignum sancte crucis a hierusalem in cōstantinopolim.

Quartū bellum sarracenorum et christianorū accidit post predictū bellum paucis elapsis diebus tempore predicti eraclij imperatoris et sedente in cathedra petri honorio primo. In quo bello mortui sunt multi ex vtraque parte et sarraceni acceperunt terrā sine et damasa et egypti. Eo tempore eraclius imperator cum esset astronimus vidit regnum vastandum a gente circumcisa quare mandauit dagaberto regi francorū vt omnes iudeos in regno suo preciperet baptizari quod et factum est sed in hoc deceptus fuit quia gens circumcisa fuit gens sarracena non iudaica vtraque enim circumcisione obseruat siquidem sarracenus vt dictum est romano imperio rebellantibus et vastata syria damasco atque egypto compulsi sunt christiani crucem domini a hierusalem Constantinopolim apportare cuius maior pars post multa tēpora ad instantiam Ludouici regis francorum christianissimi anno domini millesimoducentesimosexagesimoseptimo parisius est translata. Predictus ergo eraclius imperator propter infidelitatem destitutus a deo. xxx. imperij sui anno diem clausit extremū.

Vincunt sarraceni et capiuntur syracusse

Quintum bellum sarracenorum et christianorum accidit circa annū domini sexcentesimum sexagesimum Imperante constāte eraclij nepote et sedēte in cathedra Petri theodorico primo. Predicto enī tempore audientes sarraceni christianorum discordiam capta alexandria subito cum multis nauibus ceciliam inuaserunt et syracusas ciuitatem celebrem cecilie violenter ceperunt stragem magnam per totam ceciliam fecerūt populorum vix paucis euadentibus qui per iuga montium et munitissima castra fugerunt. sarraceni quoque facta magna cede hominum recesserunt predam magnam secum apportantes vnacum ornamentis que constans de vrbe secum tulerat. Si autem queratur cur deus permisit populum suum tam aspere flagellari. Rationabiliter respondere pōtquod propter peccatū principis sicut dictū est de eraclio iperatore:

Unde iste impator constans fuit pessimus
in omnibus impius et crudelis cōtra catho
licos. Cū eni acephalitaꝝ heresi lapsus essz
qui cum ceteris vnā solam naturā vnāq; vo
luntatem in christo domino cōtra veritatē ca
tholice fidei assererēt plures catholicos eo
q̄ sue nolebant acquiescere heresi verbera-
uit crudeliter exulauitq; iniuste et per diuer
sa loca carceribus mācipauit qui cum oib⁹
esset exosus vtpote quia erat reprobatus a
domino cogitauit ytaliā de manibus et po
testatibus longobardorū eripere et ibidem
dominiū suū dilatare suamq; sedez impia
lem constituere in eadem. Et licet quod con
ceperat execucione demandauerit cum ꝓfi-
ceret cōtra longobardos recedētes de nea
poli versus romā et cuz per .xij. dies in vrbe
resedisset inuidens et dolens romam tam-
pulcris tamq; mirabilibus edificijs adorna
ri contra ciues et vrbem iniquitatis sue ve-
nena diffundens maiorem ꝑtem eorū que
ad ornamentū et decorez vrbis cōstructa fu
erant ab antiquo ornamenta scꝫ marmoria
erea et multa alia bona impie deponi mā-
dauit adeoq; processit sacrilega eius et ꝓ-
phana impietas vt etiam ecclesiā beate dei
genitricis marie et omniū martyrū quepā-
theon vocabaꝛ antiquit⁹ discooperiri ereis
tegulis fecit et dicta ornamēta inuexit in ty
berim fecitq; constantinopolim apportari.
iniquitas ergo huius impatoris causa fuit
flagelli populi christiani. sꝫ tātarū iniquita
tum merito penam luit. Nam cum impius
impator secreto in balneo lauaret̄ suiq; mi-
lites eius seuiciā ferre nō volentes occide-
runt eum. Diligenter est ergo hic attēdendū
qualia sunt p̄mia impiorū q̄diu eni bon⁹
fuit et sancte ecclesie debitā reuerentiā exhi
buit sibi ꝓspera successerunt. Sꝫ cum se auer
tit a fide catholica mox infeliciter vixit et fi
ne infelicissimo diem clausit extremū.

¶ Vincunt sarraceni et fugit imperator ro-
manorum.

Sextum bellum inter arabes et xp̄ia
nos vt narrat general' hystoria hys-
panie accidit circa annū domini septingente
simū sexagesimūo ctauū. Imperante cōstā-
tino predicti constantis filio. Hic ꝯgregauit
plus q̄ mille naues et transiuit maria vt bel
laret cum moabia rege arabum. ¶ Ille vero
cognito eius aduentu misit contra ipꝫ quē
dam militem strenuū nomine andalla et
commisso duro certamine victus est impa
tor et relicto campo fugit ad naues et regres
sus est constantinopolim cum paucis quia
multi de suo exercitu perierant et captiuati
sunt in hoc imperatore non minus admirā
dum est iudiciū dei q̄ in p̄cedentibus. qꝛ il
li suo peccato puniti hic vero nō quia mal⁹
victus est ab infidelibus sed vt in dei timo-
re conseruaretur et malis p̄beret exemplum
ne desperent in tribulationibus qui bonos
permittit tribulari vt de iob et thobia sacra
scriptura exemplariter ostendit vel forte qꝛ
indiscrete se commisit p̄dicto certamini non
tantum de deo quantū de sua potentia ꝯfi-
dens: Unde predictus imperator bon⁹ ca-
tholicus fuit et modestus. Primum quoq;
quod fecit iusta et debita vindicatio patris
sui quoniaz omnes quos in mortez patris
conspirasse comperit crudeliter interfecit. et
ecclesias que a tempore eraclij ꝓaui sui im-
perio ab hereticis destructe fuerāt reparauit
contra omēs clericos et laicos principes et
prelatos acephaloꝝ et monachilataruz he
resi maculatos tanq̄ verus catholic⁹ et ze-
lator fidei catholice sue sine repromissione
processit et per istum secundum omnes hy-
storias reparata est fides in grecia que tem-
pore patris sui tota corrupta fuerat et inte-
grata est etiā pax et fides inter latinos et gre
cos exstirpatis hereticoruz zyzanijs per prin
cipem memoratum. In quo est mature ac
prouide attēdendum quantum faciat boni-
tas principis ad soliditatem fidei et bonuz
et quietem statum ecclesie et econtra malicia
et infidelitas principis q̄tum nocet. quod
ostendunt isti duo principes pater et filius
pater enim quia malus et infidelis fuit et
vilis hereticus fidem in oriente corrupit sta
tumq; ecclesie annihilauit Filius vero quia
bonus iustus verusq; catholic⁹ erexit eccle-
siam et fidem catholicam reparauit.

¶ Vincūt sarraceni et ꝑdit totaliter nomē
christianorum in affrica.

Septimū bellum inter arabes et chri
stianos circa idem tempus accidit
in affrica in qua licet sarraceni nimiū essent

multiplicati xpiani tñ nondũ erant totaliter deleti. Unde supradictus abdalla de quo in precedẽti bello fecimus mẽtionẽ veniẽs in affricam vt eã subiugaret impio moabite regis sui. exiuit in occursum ei⁹ comes Gregorius qui tunc ibidem morabatur et bellauerũt simul ambo sed finaliter vict⁹ fuit comes pdiditq3 ibi multos de suis ac relicto campo fugit et extunc pdiderunt xpiani honorem suũ qui in affrica habitabant et tota illa terra fuit posita sub infideli potestate

Uincunt cristiani et sarraceni efficiuntur tributarij

Octauũ prelium inter sarracenos et xpianos accidit circa ãnũ dñi septingẽtesimũ septuagesimũ septimũ tpe pdicti iperatoris Tunc enĩ sarraceni et romani vt in generali hystoria hyspanie ptinetur magnũ prelium habuerũt et cesa sunt de sarracenis tria milia pugnatoꝝ quo anno mortu⁹ est papa deo datus. Sarraceni aũt eo tempore posuerunt treugas cũ romanis p. xxx. annos sub hac tamen conditione q sarraceni darent romanis tria milia libras auri. et quinquaginta equos bonos.

Uincunt xpiani et cremãtur naues sarracenorum sub rege bambla.

Nonuz prelium inter sarracenos et xpianos accidit circa annũ domini septingentesimũ octuagesimũ quartũ Imperãte iustiniano pdicti imperatoris filio et regnante in hyspania virtuosissimo rege bãba tunc enĩ applicuerũt ad litora hyspanie cclxx. naues sarracenoꝝ et pcurrentes terrã illam maritimã fecerunt magna damna et plurimos xpianos occiderũt. Sed statim vt cognouit pdictus rex bamba misit velocissime suos exercitus et ceperũt naues. et ignibus cõcremauerunt ac maiorẽ partez arabũ occiderunt ense. Aliosq3 captiuos duxerũt et sic regressi sũt cũ honore ad predictũ regẽ bambam.

Uincunt xpiani multis militibus sarracenorum occisis in syria.

Decimuz bellum inter sarracenos et xpianos accidit circa annũ dñi octingentesimũ tricesimũ. Impante supradicto iustiniano et sedente in cathedra petri sysinnio. tũc enĩ romani syriam puagantes bello terribili multa milia sarracenorũ occiderunt vt in cronicis impatorũ cõtinetur.

Uincunt sarraceni in hyspania et occidit consobrinus regis roderici.

Undecimũ bellum inter sarracenos et xpianos accidit in hyspania imperãte leone. iij. et sedẽte in cathedra Petri Constantino primo et regnante in regno castelle rege Roderico tunc muca rex affrice pcepit Canph cuidam capitaneo suo q auxiliũ et fauorẽ proditori comiti iuliano daret ptra xpianos q̃ xij. milia electoꝝ ad pugnã ei tradidit. et ipse secrete in nauibus mercatorum hyspanie transduxit. postq ergo oẽs fuerunt in hyspania congregati sunt in quodam mõte qui ab illo sarraceno arabice dicitur gibla canph et lingua nostra nominatur gybraltar q cũ rex roderic⁹ sciuit misit illuc quendã cõsobrinũ suũ qui dicebatur inigo cum magno exercitu qui sepe bellauit cum supradictis sarracenis sed semper fuit vict⁹ et finaliter interfectus est a sarracenis q̃ discurrentes per beticam puinciam que est terra hyspalen. ciuitatis multa damna fecerũt et non potentib⁹ gothis bella sustinere terga sunt coacti ostendere inimicis suis nec ex fuga liberati sunt sed fere ibi oẽs perierunt

Uincũt sarraceni et pditur hyspania sub rege roderico vltimo rege gothoꝝ.

Duodecimũ bellũ inter sarracenos et cristianos fuit in hyspania circa pdictum tempus scz post supradictũ belluz Cum enĩ supradictus muca videret strenuitatem comitis iuliani in victoria precedentis belli certificatus de ei⁹ fidelitate iterum cum maiori exercitu ipsum comitem vnacũ canph misit in hyspaniam qui cũ applicuissent inceperunt statim destruere puinciam beticam que est guadalquiuir et puinciam lucene. Cum ergo rex rodericus predicta cognouit omnez exercitũ gothoꝝ qui cuz ipso erant congregauit quoꝝ numerus vltra centuz milia armatoꝝ se extẽdebat et intrepide

fuit contra eos inuenit prope flumen quod dicitur guadalete quod est prope ciuitatem assidonie que nunc dicitur xericium et christiani erant ante. Sarraceni vero vltra flumen. Aliqui tamen dicunt quod istud bellum fuit in campo qui dicitur de sangonera que est inter murciam et lorcam. Rex vero Rodericus insedebat in curru siue in lecto eburneo indutus pannis ponderis auri et corona aurea coronatus sicut mos tunc erat regum gotthorum commissum est ergo bellum et durauit diebus octo scilicet a die dominica vsque ad diem dominicam sine intermissione mortuique sunt de exercitu sarracenorum vbi precedebat caripb sedecim milia hominum. Comes tamen iulianus et qui cum eo erant bellauerunt tam fortiter quod confregerunt acies christianorum cadentibus ergo plurimis ex vtraque parte et dispersis christianis ac rege roderico qui magni cordis erat aliquando fugiente aliquando furibundo impetu contra inimicos reuertente finaliter christiani non potentes sufferre prelium terga verterunt inimicis suis fugientes de morte autem predicti regis in eodem bello dubitatur Veruntamen corona et indumenta eius ac calciamenta aurea equusque eius qui dicebatur orella inuenta sunt in quoddam tremedali apud supradictum flumen guadalete absque corpore nec postmodum de eo aliquid scitum est nisi quod in regno portigalie in quadam ciuitate que dicitur visio inuentus fuit lapis vnius sepulchri in quo talis erat scriptura. Hic iacet rex rodericus vltimus rex gotthorum defecit in eodem bello tota nobilitas gotthorum. Post hec sarraceni non obstantibus viribus gotthorum totam hyspaniam ferro flamma fame attritam suo dominio mancipanrunt et gentem quam per preterita secula valde timuerant prostrauerunt. Si quis diligenter voluerit inuestigare cur deus permiserit tam graue flagellum in hispania breuiter dici potest quod propter peccata principum Roderici scilicet et sui predecessoris victse. Victsa enim fuit probrosus et flagitiosus multaque flagicia per hispaniam seminauit ad voluptates carnis soluto pudicicie freno et fornicationibus multis coinquinauit plebemque suam ad lasciuiam et luxuriam inclinauit scilicet et episcopi et ecclesie ministri aspernabantur ecclesiastica officia et clausis foribus ecclesiarum despiciebant ecclesiastica sacramenta et ne aduersus eum parens vllis christiani progeniei insurgeret. Episcopis ceterisque ecclesie ministris vxores lasciuus rex habere precepit. Et ne romano obedirent pontifici sub interminatione mortis prohibuit. Hec quidem causa pereundi hyspanie fuit. tota enim gotthorum nobilitas in conuiuijs libidinibus et vicijs immersa altissimum ad iracundiam prouocauit. Itaque victsa datus est in reprobum sensum intantum vt muros ciuitatum vrbium sui regni subuerterit ne possint ei resistere ciues paucis exemptis quas non ausus fuit destruere. precepit etiam quod destructis armis vomeres et falces facerent ad colendum terram quod ipse dolose faciebat sub colore pacis ne contra ipsum possent insurgere licet dicat Rodericus tudensis in cronica sua quod rex rodericus fuerat ille qui precepit arma destruere. Rodericus vero successor victse fuit vir belliger et durus et ad omne negocium expeditus vita tamen et moribus victse non dissimilis quia cum vxore vel filia comitis Juliani peccauit cum ipse suam in affrica faceret legationem. quia ergo christum reliquerant predicti principes cum populo suo et cardinali luxurie fetore se subdiderant. Ideo merito deus permisit eos dari in reprobum sensum et quod predictus comes iulianus proditorie se iungeret sarracenis et totam hispaniam vt predictum est delerent. Hystoria autem predicte destructionis latius habetur in generali hystoria hyspanie.

Vincunt christiani in aquitania et perimitur abdramannus cum ccc.lxxv. milibus sarracenorum

Tredecimum bellum inter sarracenos et christianos accidit in aquitania galliarum prouincia. Cum enim sarraceni hyspaniam subiugassent accidit circa idem tempus regnante in francorum regno theoderico rege quo virtuosus princeps karolus martellus militabat quod ipse karolus ligerim fluuium transiens eudonem ducem aquitanie bellando victum fugaret. Eudo ergo dux per omnia se videns karolo inferiorem sarracenos ab hyspania contra karolum inuitauit Sarraceni autem de tali inuitatione non modicum gaudentes cum omnibus eorum familijs galeas habitatum fluuium garonam transierunt omniaque in ore gladij deuastantes ecclesias dei cremauerunt et omnia sine delectu etatis vel

E

sexus sanguine impleuit quibus karol⁹ prin-
ceps strennu⁹ dei fretus auxilio qui sperantes in ip̄z non deserit animose ac potenter occurrit et ex ipsis sarracenis .ccclxxv. milia vna cum ipsoꝝ rege aldramao victoriose pimit de suis vero non nisi mille quingentos amisit. Tunc eudo dux ad cor rediens karolo reconciliatus castra sarracenoꝝ dirupit eorū q̄z reliquias toto posse destruxit.

Vincūt christiani et capit̄ ciuitas auinionensis de potestate sarracenoꝝ.

Quartūdecimū bellum inter sarracenos et christianos accidit post p̄dictū bellū Auinione intantū cū̄ sarraceni p̄ualuerunt in occidentali plaga capta hyspania q̄ ciuitatem ceperant Auinionē. contra quos p̄dictus princeps karolus marcellus veniens bellū maximū cum eis habuit et ciuitatē Auinionēn. aggredit̄ animose. Et sicut de hiericho legitur cum strepitu et sonitu tubarū vrbē munitissimā cepit et hostes fidei nostre vsq̄ ad interfectionē cōtriuit vt latius continetur in hystoria regum frācie.

Vincūt x̄piani peremptis duobus regib⁹ sarracenoꝝ et capit̄ narbona et plures alie ciuitates et loca a karolo marcello.

Quintūdecimum bellū inter sarracenos et x̄pianos accidit post p̄dictum bellū in vrbe nerbona in qua presidebat athimunaz rex sarracenoꝝ ꝯtra quē veniens p̄dictus princeps karolus marcellus p̄dictum regem obsidet In cuius obsessi regis subsidiū amorrea rex ex hyspania cū sarracenoꝝ graui multitudine venit cum quib⁹ karolus strennuissimus animoso bello congreditur et ambob⁹ regibus bello peremptis captoq̄z viribus ciuitate reliquias sarracenorum vltimo cōtriuit exterminio. Hi enim qui euaserant karolo insequente fugientes in profundum maris dimersi sunt. Deniq̄z karolus victoriosus princeps Nemeansium agothen. Aliasq̄z gothie regionis vrbes a sarracenis inuasas triūphādo cepit et in totum destruxit. Igitur arelaten̄. vrbe que a sarracenis capta erat et omnibus alijs in circuitu captis sarracenos exterminauit in totū et sic sarracenis qui pene totam asyam totā libiam maioremq̄z partē europe inuaserāt karolus strennuissimus princeps dei fret⁹ auxilio et romana ecclesia sibi fauente oēm spem sibi abstulit galeas inuadendi p̄dict⁹ etiam karolus marentinū prouintie ducem qui sarracenos inuitauerant ad galeā inuadendum bellando deuicit totāq̄z prouinciā sue subdit ditioni.

Vincunt x̄piani et incipitur recuperatio hyspanie cū mirabilibus dei occasis plus q̄ lxx. milibus sarracenoꝝ prope ouetum.

Sextumdecimū bellum inter sarracenos et x̄pianos accidit in hyspania prope ciuitatem ouetē. Licet enim de⁹ p̄miserit tam aspere hyspaniā flagellari q̄z tamen diuina pietas quos percutit tandē sanat surrexit quidam mollis exantabria nomine pelagius filius ducis familie quez rex egit a baculo percussum in capite occiderat in ciuitate que dicitur Tup predictum pelagium deus sibi reseruauerat pro eleuatione populi sui qui eleuatus in astucijs cū illis paucis x̄pianis qui ibidē remanserāt fact⁹ ē eoꝝ rex et in secūdo āno regni sui qui fuit anno ab incarnatione domini septingentesimo vigintasex imperante leone .iij. et sedente in cathedra Petri constantino .viij. multitudo quasi innumerabilis sarracenoꝝ venit ꝯtra eum quod cum rex pelagius sciuit in quandam speluncam circa predictā ciuitatē ouetēn. que dicitur lingua nostra cueua donga cum mille viris se reclusit cum plures capere non posset Est aūt predicta spelunca vndique ex rupa sasa naturaliter cōstructa taliter q̄d nullo ingenio hominū potest debellari. Est eciā locus ita securus sicut si deus fecerit ip̄z sacienter pro illo casu. Predictus ergo rex cū omni animositate de saluatione p̄rie et spō se x̄pi agere festinauit credēs facile esse deo multos concludi in manu paucoꝝ. cū ergo circunderetur vndiq̄z a sarracenis in predicta spelunca et vellent ipsi sarraceni violenter speluncā intrare, x̄pianosq̄z p̄imere oēs lapides omnes sagitte et quecūq̄z alia iaculabantur valde flamine vēti retorta mox reuersa iacientes sarracenos aliosq̄z existentes vulnerabant sic q̄ breui spacio vltra .xx. milia sarracenorum vnacū eoꝝ duce opa p̄prijs armis pro magna parte perierunt.

Alij vero fuerunt ita excecati vt nescirent q̄d facere deberent. Videns autē predictus rex pelagius miraculum tā manifestum exiuit confidenter a predicta spelunca cum suis et interfecit aldaman capitaneum sarracenorū et plures alios milites eiusdē. sed nec septuaginta milia que remāserant fugientes a bello vindictam diuinam euaserunt. Nam cum secus vnum flumen quod ibi ꝓpe est graderentur quoddā supercaliū montis a fundamento corruens totam illam multitudinem sub aquarum vndis et sub rupibus oppressit. Post hec predictus rex pelagius fecit prelia multa et cepit ciuitatem legionem. que a flurijs nimium est propinqua predictus rex pelagius regnauit. xiij. annis et mortuus ē in loco qui dicitur cangas et successit ei in regno sulla filius eius qui solū regnauit duobus annis interfectus a quadā vrsa cū qua voluit solus pugnare. et successit ei in regno alfōsus primus gener regis pelagij qui fuit dictus catholicus vt infra dicetur loco suo

¶ Vincunt christiani in aquitania et perimuntur. ccclxxv milia sarracenorum.

Decimumseptimuȝ bellum inter sarracenos et christianos accidit sub ꝑdicto leone imperatore et sedēte in cathedra petri Gregorio. iij. Tunc innumerabilis multitudo sarracenorum cum vxoribus et filijs aquitaniam intrauerunt vt ibi dem habitarent quibus occurrit karol⁹ marcellus et ex eis. ccclxxv. milia interfecit nec fuerunt isti illi sarraceni quos alias in aquitania debellauerat de quo dictum est supra bello. xiij.

¶ Vincunt christiani ꝑempta innumerabili multitudine sarracenorum et destructis tribus milibus nauibus quinqȝ solum exceptis. liberatur constantinopolitana ciuitas.

Decimūoctauum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa idem tempus supra ciuitatē Cōstātinopolitanam tunc enim sarraceni ex egypto venientes cum magno exercitu videlicet cum tribus milibus nauium predictā ciuitatē obsederunt et triennio obsessā tenuere constantinopolitani quoqȝ ad auxilium a satis vulgaribus contra sarracenos congregiuntur orationibus vero sanctis viris in regia ciuitatē. xxxij. milia ex sarracenis sine suorum lesione ꝓstrauerunt. sarraceni quoqȝ residui quorū erat innumerabilis multitudo ꝑ orationem sanctorȝ virorȝ fame frigore bello et pestilētia perierunt. Vnde. iiij. āno cōfusi ab obsidione recesserunt nauib⁹ ꝑtim igne consūptis partim dimersis itaqȝ ex tanta nauium multitudine vix quinqȝ naues ad propria redirent infra ciuitatē iā. xxx. milia hominum pestilētia ꝑierunt quod deus fecit vt suam ꝑtātem et clementiaȝ hominibus ostenderet.

¶ Vincunt christiani in aquitania et perimitur rex sama cordubeñ cum suis.

Decimūnonū bellum inter sarracenos et christianos accidit tempore supradicti imperatoris leonis circa ciuitatem tholosanā. Tunc enim sama rex cordubensis cum magno exercitu aquitaniam intrans terram destruebat et obsedit ciuitatē tholosanā q̄ cū frāgigene cognouerūt venerūt in succursū ciuitatꝭ cū eudone duce eorū. Rex vero sama cōtra eos exiuit et bello letali cōmisso cecidit sama sarracenorum rex mortuiqȝ sunt ibi plurimi sarraceni alij vero fugientes euaserunt.

¶ Vincunt christiani et perimitur abdarrāmen dux sarracenorȝ in aquitania a karolo marcello.

Vicesimuȝ bellum inter sarracenos et christianos accidit duobus ānis post predictuȝ belluȝ. Tunc abdarrāmen dux sarracenoruȝ inuitatus ab eudone duce contra regem karolum marcellum cum multitudine graui transierunt flumen garonā q̄d trāsit iuxta tholosaȝ et ignibus cōbusserūt et destruxerūt magnā terrā karoli regis frācorȝ. Cū aūt ꝑdict⁹ rex karol⁹ fauit de misericordia altissimi cōfisus venit sup eos et bello asperrimo cōmisso victi sūt sarraceni et rex karol⁹ interfecit ꝑdictū abdarramē ducē sarracenorȝ pluresqȝ sarraceni ibi ceciderūt. Alij aūt dare sūt terga coacti. Fuerat aūt numer⁹ sarracenorȝ qui ibi venerant tricētasexagintaocto miliū captiuauit āt mil

le quingetos quos dimisit inter milites suos sicut narrat Sigebertus quod cum vidit predictus endo dux posuit se in potestate predicti regis petendo veniam humiliter de errore quem fecerat. Rex vero karolus qui erat piissimus clementer pepercit et quo facto predictus dux instructus est sarracenos fugientes qui euaserant in prelio et multos ex illis quasi sine numero interfecit.

Vincunt sarraceni fugato endone duce francorum et perempta multitudine christianorum in francia.

Vicesimumprimum belluz inter sarracenos et christianos accidit circa annum domini septingentesimumtricesimum sextum. Tunc enim abdarramen rex sarracenorum collecto magno exercitu proposuit debellare terram regis karoli francorum et fecit fieri pontes in fluminibus in quibus non erant et explanare vias que erant in aliquibus passibus difficiles et magnam partem fluminis rodani per alueos extraxit vt possit leuius ipsum pertransire et veniens super ciuitatem orlienensem eam obsedit contra quem venit endo dux de quo supra dictum est cum magna potestate francorum bellauitque cum eo et ceciderunt multi ex vtraque parte sed finaliter victi fuerunt christiani et fugerunt. Sarraceni vero insequentes eos vsque ad rodanum peruenerunt ibi francij timore mortis cogitantes liberari flumen predictum intrauerunt et mortui sunt ibidem fere omnes excepto duce et paucis cum eo vbi vsque in hodiernum diez apparent sepulchra mortuorum.

Vincunt christiani et fugatur secundo endo dux in francia.

Vicesimumsecundum bellum inter sarracenos et christianos post predictum subsequenter accidit Unde predictus abdarramen cum esset nimium letus propter victoriam supradictam cogitauit vlterius procedere et destruere terram francie et pertransiuit flumina gorgodomam. quod cum sciuit endo comes produxit iterum contra eum exercitum magnum et pugnauit cum eo secundo. Sed iterum deo permittente victus fuit et fugit et mortui ibi fuerunt multi francij fideles:

Vincunt christiani et primitur predictus abdarramen in francia cum multitudine sarracenorum per karolum marcellum.

Vicesimumtercium bellum inter sarracenos et christianos post predictum bellum subsequenter accidit. Cum enim predictus abdarramen elatus in corde suo propter victoriam habitas. quas sue attribuebat industrie et potestati voluit vlterius procedere per terram francorum insequendo predictum endonem ducem vt eum interficeret. et pertransiuit petragoricam destruendo et comburendo quicquid inueniebat. destruxit etiam et combussit ciuitatem que dicitur turres et ecclesiam sancte Marie ac regis palacia. Sed quia deo nunquam placuit superbia et ipse ponit terminos vite humane voluit quod ibi veniret ille maledictus abdarramen. Unde cum supradictus dux endo fugiens a prelio veniret ad regem karolum et omnia que acciderant enarrasset. karolus qui erat vir belliger et sapiens in armis congregauit magnum exercitum germanorum et gepidarum et francorum venitque animose contra abdarramen et pugnauit cum eo septem diebus in quibus neuter alterum vincere potuit sed bellum vltimum durauit per totam diem vsque ad noctem et finaliter mortuus est ibidem abdarramen et multi sarraceni. Alij vero nocte fugientes in galeam gothicam se receperunt mane autem facto viderunt christiani tentoria sarracenorum homines vero non videbant. Euntes ergo quasi ad pugnam dispositi et neminem inuenientes expoliauerunt campum vbi maximas diuitias inuenerunt.

Vincunt christiani et fugatur rex abdemalech cordubensis. per francos perempta multitudine sarracenorum.

Vicesimumquartum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa annum domini septingentesimumquadragesimumprimum. Tunc enim abdemalech rex cordubensis. collecto magno exercitu proposuit debellare francorum regnum et veniens non transiuit montes pyreneos. Franci vero cum audiuerunt quod abdemalech veniebat contra eos circa montes pyreneos preparauerunt se ad pugnandum Uenientes ergo pugnauerunt cum eo et interfecti sunt multi sarraceni et rex ab

bemalech fugit et recollegit se in celtiberijs que ē in littore yberij fluminis.

¶ Vincūt christiani in regno castelle et occiditur theban rex cordubeñ. et omnes sarraceni qui cum eo venerant

Vicesimūquintum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa annū domini septingentesimūquinquagesimum. Tunc enim theban rex corduben. habuit bellum cum christianis regni castelle et finaliter victus fuit et mortuus ibidē et oēs sarraceni qui cum eo venerant ibi perierunt.

¶ Vincunt christiani et daret rex alfonsus catholicus

Vicesimūsextū bellū inter sarracenos et christianos accidit circa annū domini septingentesimū quinquagesimūtercium Imperante supradicto leone et regnāte in regno legionis rege alfōso catholico supra dicto qui ideo dict9 fuit catholicus quia optime custodiuit pcepta dei et ecclesie catholice fuit etiā serenissimus zelator fidei et refector christianoꝝ sancto exemplo et iste fuit prim9 rex qui vocat9 fuit alfōsus et fuit fili9 ducis petri de cātabria et gener regis pelagij. Eo ergo tpe pdictus rex cōgregato magno exercitu intrauit p terram campoꝝ que clauditur quattuor fluminib9 scꝫ de slacamōe. pisonca et doreo et bellans cū sarracenis cōquisiuit illā deuictis sarracenis ingressus est regnū portugalie. et obtinuit viriliter a sarracenis portū et braccharā viseum et flamā. habuitqꝫ post hec plīma bella cum sarracenis semper victorios9 existens. lucratusqꝫ est vltra pdicta a sarracenis ledisimā salmāticā numāciam que nūc dicitur samora et oēs maritimā terrā galechie rediēs in castellum bellāuit cū sarracenis et deuicit eos obtinuitqꝫ senē septē māchas dominas saldanāqꝫ amaijam mirandā segobiā abulā ozomā sepuluedā argautā vianā ocani et rincrendicam carbouerā aluegiā afimerā alcxanāqꝫ transmirenā subuertā tenicā bardulā q nūc dicit castella āntiqua. alana ordimā vicaijā aijcō pōpbanā besoriā q nūc dicit vicoria. nauarrā rucomā pācornū et tarraciū quousqꝫ peruenit ad mōtes pyreneos. Multa alia loca obtinuit et renouauit necessarijsqꝫ muniuit et reduxit ad terrā ppriā mltos christianoꝝ populos qui timore sarracenoꝝ fugerāt per mōtes et deserta vagātes extraxitqꝫ plurimos christianos captiuos de potestate sarracenoꝝ cū quib9 terrā ppsauit ecclas auro et argēto ac lapidib9 pciosis decorauit. In cui9 obitu audite sunt voces in aere dicētes ecce quō iust9 morit et nemo considerat. sublatus est iust9 a facie iniquitatis et aīa sua et memoria est in pace. regnauit. xix. annis et sepultus est in loco qui dicitur cangas et successit ei in regno fruela filius eius.

¶ Vincunt xpiani fugato nicaph rege cordubeñ. et pimūt liij. milia sarracenorū sub rege fruela.

Vicesimūseptimū bellum inter sarracenos et xpianos. accidit circa annū domini septingentesimumquinquagesimūquartū regnante in regno castelle fruela filio regis alfonsi catholici. Tūc enim nicaph rex corduben. cum magno exercitu iuit vt pcurreret regnum galechie et cum ipse totam illam terram vastaret sciuit illud pdictus rex fruela et congregato exercitu suo venit ꝯtra eū et commisso duro certamine victus fuit rex nicaph et fugit a campo cum paucis de suis et perierunt in illo bello. liij. milia sarracenorū. et extunc rex fruela habuit regnū galechie quod ante sibi rebelle fuerat. Predictus rex fruela regnauit. xij. ānis et mortuus est et successit ei in regno aureli9 frater eius qui regnauit sex annis et nihil famosū fecit ꝯtra sarracenos successit ei in regno donus sylo et nihil singulare fecit contra sarracenos regnauit septem annis et mortuus ē successit ei in regno alfonsus secūdus qui fuit filius regis fruela de quo supra patꝫ in hoc bello de cuius factis infra dicetur

¶ Vincunt christiani et capitur galiana ac efficitur christiana per karolum magnum.

Vicesimumoctauum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa annū domini septingentesimumsexagesimumprimum. Imperante constantino sexto Tūc infans karolus quia in aliquib9

contradicebat patri suo francorum regi pipi-no venit in hyspaniam et declinauit ad regem galafrum qui tunc erat rex toleti. Quare autem ad ipsum declinauerat hystoria narrat quod propter eius filiam galianam que mire pulchritudinis erat recepto ergo honorifice predicto karolo a rege paucis elapsis diebus quidam potentissimus sarracenus cuius nomen erat bramante cum multitudine graui venit super dictam ciuitatem toleti et fixis tentoriis in valle somenã obsedit eam. aggredientibus ergo sarracenis a predicta ciuitate cum francigenis illis qui venerant cum infante pugnauerunt cum bramante et intantum fuit vigor francorum accensus quod vicerunt sarracenos bramantis. Illi vero iterum redeuntes contra francos vicerunt eos quod videntes franci timuerunt valde. Sed comes eorum dux qui dicebatur don ibi morante animauit eos dicens. Scriptum est quod cum deus vult pauci vincunt multos quod verbum audientes animati sunt et iterum redeuntes contra sarracenos bellauerunt ita fortiter quod vicerunt eos. Sed resumptis viribus sarraceni pugnauerunt contra francos et durauit pugna magna parte diei sic quod aliquando vincebantur franci aliquando sarraceni nec alteri parti finalis victoria cedebat. Inter hec omnia predictus infans karolus in palatio suo dormiebat et cum euigilasset a somno et neminem in palatio videret miratus est valde et cogitauit quod sui tradidissent eum. Incepitque pre ira ambulans per palatium secum loqui nominabat que nomen suum patris et matris ac totum genus suum vnde ipse veniebat. que omnia audiens galiana de loco alto et secreto. Vnde eum contemplabatur ornauit se festinanter et sola ingressa est ad infantem certificata ex auditis quod hic erat karolus dominus francorum et licet infans karolus vidit eam solam intrantem non ei assurrexit quia non habebat in consuetudine alicui mulieri inclinare nisi solum imagini virginis gloriose et suo nomine. Dixitque galiana karole Si ego scirem vbi merces datur pro dormitione licet sim mulier ego irem illuc et si vultis scire quare hec dico quia videtur mihi quod non est vobis cura sucurrendi gentis vestre que est in magna pressura in prelio sub valle somenẽ bellans contra sarracenum bramantem et si rex pater meus sciueret quod vos non estis ibi non habebitis bonum premium Tunc dixit ei karolus Galiana si ego possum habere vnum equum et arma cum quibus possum ire illuc cito sucurrerem eis. Et ait galiana. karole si dederitis mihi fidem quod me deducetis in franciam vobiscum et me facietis christianam et quod me in vxorem recipietis dabo vobis quecunque petitis. Promisitque karolus omnia predicta quod audiens galiana sciens quod non frangeret sibi fidem nimis gaudens ex promisso deduxit arma et ipsa manu propria armauit infantem tradiditque sibi equum qui dicebatur brankete et ensem qui dicebatur guiosa que in donis miserat sibi supradictus sarracenus bramante et celeri cursu venit in locum pugne et ingressus est bellum animose et primo impetu perimit manu propria. xij. de melioribus militibus bramantis et multos aliorum. Venit autem verbum ad bramantem vbi residebat in tentorio suo de nouo milite ingresso pugnam qui tanta damna fecerat et irato animo exiuit in pugnam querens militem illum cumque eum inuenisset et cognouisset quod ille erat equus quem miserat galiane amplius est iratus et irruens in eum et non minori animo karolus in bramantem lancee eorum confracte sunt per pugnos euaginatis ensibus mirabiles ictus multiplicabant et miratus sarracenus de fortitudine militis christiani quesiuit ab eo quis esset et de quo genere que omnia karolus fideliter sibi aperuit et tunc cepit ipsum timere sarracenus sed resumptis viribus dixit sibi ego faciam quod nunquam redeas ad terram tuam et karolus respondit sibi quod dicis in manibus dei est. et dixit bramante ego te occidam et eleuato gladio qui dicitur durandarte percussit karolum grandi ictu. Et precidit galeam cum magna parte capillorum et cum magna etiam parte armorum corporis sed tamen non tetigit carnem eius De quo ictu karolus miratus eleuato suo ense percussit predictum sarracenum bramantem et amputauit eius brachium dextrum quod in terram cecidit simul cum gladio durandarte. Videns autem se letaliter esse percussum fugit a facie karoli sed et karolus subito descendit de equo et cepit gladium predictum et ascendens equum cum vtroque gladio insequens predictum bramantem plurimos sarracenos ante se reperiens perimit. Cumque attinxisset predictum sarracenum bramantem fugientem eleuato ense quem gniora dicebatur percussit ipsum quodam ictu

terribili sic quod ipsum duas diuisit in partes et cecidit mortuus in terram quo facto descendit de equo et precidit caput eius et accepit vaginam gladij durandante et omnia arma eius que omnia dedurit galiene. Videntes autem sarraceni dominum suum mortuum terga sunt dare coacti christiani vero expoliauerunt campum vbi multum aurum et argentum inuenerunt tētoria multa et plurimas alias diuicias. Post hanc victoriam audiuit karolus mortem patris sui et secrete et recessit. Deductaque est galiana etiam furtum in franciam facta quod est christiana et accepit eam in vxorem vt plenius continetur in historia hyspanie

Vincunt christiani peremptis pluribus regibus sarracenorum ac pluribus ciuib9 captis per karolum francorum regem.

Vicesimumnonū bellum inter sarracenos et christianos accidit circa annum domini septingentesimum septuagesimum septimū. Tunc enim predic9 rex karolus rex francorum pro feliciatatis magnitudine dictus magnus cōgregato exercitu venit super ciuitates pāpilonam et celar augustā quas tunc sarraceni possidebant pugnauit contra reges eorum et occidit eos prostrauit quod muros ciuitatū et cepit plures alias ciuitates sarracenorū ac sub ditione sua constituit quas paucis elapsis diebus sarraceni recuperauerunt. Iste karolus simul cum regno francie tenuit romanū imperium et fuit strenuissimus fidei zelator.

Vincunt christiani et perimuntur. lx. milia sarracenorum per regem alfōsum castum

Tricesimum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa annum domini septingentesimūoctuagesimū septimum regnāte in regno castelle alfōso secundo filio regis fruela qui dictus fuit castus eo quod semper castitatem seruauerit licet habuit vxorem que secundum aliquos fuit soror karoli magni supra dicti. Tunc quidā potens sarracenus cui9 nomē mechaij cum multitudine graui intrauit asturias et incepit destruere totam terram contra quē predictus rex alfōsus castus collecto exercitu christianorū fortiter iuit bellauitque cum eo in quodam loco qui dicitur ledos et deuicit eum ac occidit et perierunt in bello. lx. milia sarracenorum multa alia bella vicit et loca plurima obtinuit sicut infra dicetur et abstulit timorem a cordibus christianorum contra sarracenos et regnauit. li. annis dilectus a deo et hominibus sepultus est apud ouetum in ecclesia sancte marie.

Vincunt sarraceni et portant sarracenorum terram narbona vsque ad ciuitatem cordubē sed. pro mesquita sarracenorū construēda.

Tricesimūprimum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa annum domini septingentesimūnonagesimum primum. Tunc item amiramamolin misit vnum potentem sarracenum cuius nomen erat abdemalich cum exercitu magno vt destrueret terram christianorum. Ille ergo direxit iter suum contra ciuitates gerundā et narbonam quas cum obsedisset post multa certamina obtinuit eas et multa alia loca circūquaque posuitque eas sub ditiōe sui domini ipsē et tot fuerūt spolia que habuit quod quinta pars deputata item amiramamolim fuit xlv. mille duplarum auri et cum his diuitijs perfecit predictus item mesquitam corduben. quem suus pater inchoauerat que nunc est ecclesia maior ibidem. et intantum predictus abdemelech oppressit christianos illius patrie quod fecit memoriā illius facti et dominij quod deduceret in curribus in pdicta ciuitate narbone vsque ad ciuitatem cordubē sem tantam multitudinem terre quod ex ea predictus item fecit fieri vnam mesquitam infra fortalicium predicte ciuitatis cordubensis pluresque alias mesquitas renouauit et de nouo fecit.

Vincunt christiani et capitur narbinona a karolo magno.

Tricesimumsecundum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa annum domini septingētesimūnonagesimumquartum. Tunc karolus magnus rex francorum de quo supra dictum est in bellis xxviij. et. xxix. congregauit magnum exercitum et venit contra ciuitatem barchinonen.

quia sarraceni eam violenter ceperant cum esset sub eius dominio bellauitq; cu; eis et obtinuit ciuitatem sed paucis elapsis diebus perdidit eam.

Vincunt christiani et perimuntur duo duces exercit⁹ sarracenorum sub rege alfonso casto.

Tricesimumtercium bellum inter sarracenos et christianos accidit circa annū dñi octingentesimūdecimū tēpore supradicti regis alfonsi casti. Tunc duo exercitus sarracenorum intrauerunt galeciam dux vnius exercitus dicebat abobales dux vero alterius melchi. Sed sicut ipsi intrauerunt animose sic fuerunt expulsi viriliter qr potestas predicti regis alfonsi casti pugnauit cū eis victiq; sunt sarraceni et multi eorum mortui. Alij vero fugierunt sed christiani insequentes eos occiderunt vnum ducem eorum in loco qui dicitur naron. Alterū vero ducem perimerunt in flumine qui dicitur cepha.

Vincunt christiani et perimitur orces rex mende per regem alfonsum.

Tricesimumquartum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingentesimoyndecimo. Tūc enim rex orces meride congregauit magnu; exercitum et venit vt perambularet terra; regis alfonsi fixitq; sua tentoria super benauentū quod cu; sciuit predictus rex alfonsus cast⁹ venit scelerier cōtra eum bellauitq; cum eo et occidit eum pluribusq; de exercitu sarracenorum ibi perierunt. In quo bello ostensa est fortitudo bernardi filij comitis sanxij didaci quia multos ex sarracenis perimit

Vincunt christiani et occiditur rex badayos per regem alfonsum castum.

Tricesimumquintum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingentesimoduodecimo. Tunc altaman rex pascensis que vulgariter dicitur badayos congregato magno exercitu venit super samorā et obsedit eam. Rex autem alfonsus castus predictus preparauit se potentissime et venit contra eum bellauitq; cum eo et occidit eum ac plurimos sarracenos cū eo et q̄ potuerunt euadere fugierunt sed rex alfonsus insecutus est fugiētes viriliter et multos eoru; interfecit sic q̄ paucissimi fuerunt qui euadere per fugam potuerunt

Vincunt christiani et perimuntur vltra xij milia sarracenorum per regem alfonsu; castum.

Tricesimumsextum bellu; inter sarracenos et christianos accidit anno sequenti scilicet octingētesimotredecimo Tunc intrauit vnus magnus exercitus sarracenorum in terram supradicti regis alfonsi casti. Et cu; sarraceni gloriarentur in multitudine sua diuisi fuerunt in duas partes quarum vna iuit contra locū illum vbi erat predictus rex alfonsus Cum ergo sciuit rex alfonsus castus audacter iuit contra polucezeran. Altera vero contra eos cum exercitu suo et fecit similiter duas partes sui exercit⁹ et cum vna misit bernardum de quo supra diximus contra illos sarracenos qui ibant versus polucezeram. et ipse iuit cum altera pte contra alios venientes ad se. Bernardus vero inuenit se cum parte sua et habuit pliū magnum cum illis sarracenis in loco qui dicitur valdemoro qui est in fontana portugalie et deuicit eos et plurimos ex illis interfecit. Sed rex alfonsus inuenit se cum altera parte que ibat contra eum et pugnauit cum illis prope flumen de orneso et interfecit ibi. xij. milia sarracenorum et deinde insequens eos tot fuerunt occisi q̄ paucissimi euaserunt. et tunc rex alfonsus redijt de illo bello ditissimus ex spolijs sarracenorum

Vincunt christiani et perimitur proditor machometus et castrum sancte cristine capitur per regem alfonsum castum.

Tricesimumseptimum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingentesimodecimooctauo. Tunc sarracenus quidam nomine machometus qui cum multitudine magna sarracenorum venerat de merida ad rege; alfonsu;

vt viueret cum eo predictus rex benigne eum recepit in vasallum et iurauit illi sarracenus ꝙ pro semper esset fidelis regi alfonso propter quod predictus rex precepit ꝙ habitaret cum multitudine sua in galecia. Sed quia predictus sarracenus erat proditor sicut bellauit contra abdarramen filium albarearamoli regis corduben. et videns ꝙ non poterat eum occidere ex timore concepto venit ad predictum regem alfonsum sic transactis duobus annis postquam fuit in galecia assumpsit eum diabolus et eleuatus in superbiam voluit similiter facere proditionem contra regem alfonsum quapropter congregauit magnum exercitum sarracenorum et incepit percurrere et destruere totam terram. ꝙ cum rex alfonsus castus cognouit congregato exercitu suo venit super illum sarracenum et licet ipse nimium confideret in multitudine militie sue quando sciuit ꝙ rex alfonsus veniebat super eum perdidit cor et concepto grandi timore eleuauit se cum suis in quodam castro quod dicitur sancta christiana et rex alfonsus obsedit eum ibidem et fecit fieri multas foueas circumquaque et perforauerunt castrum in multis locis. Cum ergo ille sarracenus vidit ꝙ tantum angustiabatur et ꝙ nihil aliud restabat sibi nisi mors cum multitudine sarracenorum haberet resumpto corde exiuit extra castrum et pugnauit cum rege alfonso sed in fine fuit victus sarracenus ille cum omnibus suis et ipse fuit captus et caput eius abscisum est. Sed et rex statim castrum illum cepit et mortui sunt in bello illo vltra .l. milia sarracenorum et plures eorum deduxit captiuos. Et sic reuersus est rex alfonsus ouctum magnis cum diuitijs et honore. Predictus rex alfonsus castus regnauit .xli. annis et mortuus est Successit ei in regno Ramirus primus filius regis bermudi.

Vincunt christiani et capitur iterum ciuitas barchinone

Tricesimumoctauum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingentesimodecimonono. Tunc multitudo christianorum venit super ciuitatem barchinone quam ceperant sarraceni. Postquam karolus magnus ipsam conquistauit. Cum ergo predicta multitudo christianorum venit obsedit ciuitatem et post multa certamina capta est ciuitas a christianis et tota terra circumquaque. mortuique sunt ibi plurimi sarraceni. Albaca vero amiramamolum cum exiuit congregauit exercitum suum vt veniret ad recuperandam terram perditam et cum se prepararet ad viam percussus est quadam infirmitate de qua mortuus est et sic cessauit tempestas illa.

Vincunt christiani occisis .lx. milibus sarracenorum.

Tricesimumnonum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingentesimovicesimosecundo imperante Ludouico karoli magni filio et sedente in cathedra petri Eugenio papa. Ac regnante in regno legionis ramiro rege filio regis Barremudi. Hic autem rex ramirus successit in regno regi alfonso casto ex eius precepto in morte. Cum ergo audierunt sarraceni ꝙ iste regnabat miserunt sibi nuncios ꝙ si volebat habere pacem et amorem cum eis ꝙ daret eis quolibet anno centum domicellas christianas quibus matrimonio copularentur sicut fecerat olim rex mauregatus et ꝙ quinquaginta illarum essent filie nobilium. Alie vero quinquaginta filie ciuium et burgensium quam ambasiatam cum rex ramirus audiuit non modicum displicuit sibi quia rem tam inhonestam et excomunicatam sibi nunciabant et propterea congregauit statim magnum exercitum et fuit ad percurrendum subito terram sarracenorum peruenitque vsque ad naijaram destruendo et comburendo villas et castra et quicquid inueniebat ꝙ cum peruenit ad noticiam sarracenorum congregati sunt omnes simul in vnum contra eum quasi innumerabiles et habuerunt prelium cum eo in quodam loco qui dicitur alnella et christiani fuerunt in bello illo quasi victi et retro cesserunt paulatim retrahendo se a sarracenis quousque peruenerunt ad collem vnum qui dicitur clanno et nox tenebrosa cepit eos ibi propter quod diuisi fuerunt exercitus abinuicem. Cum ergo christiani essent congregati in colle illo multis lachrimis orationes fundebant ad deum ne eos relinqueret sed succurreret et iuuaret contra illos inimicos suos permanentibus ergo illis in orationibus assiduis vt dictum est. Rex ramirus somno grauatus obdormiuit et in somno illo apparuit ei apostolus iacobus dixitque sibi

Scias rex ramire quod cum dominus noster ihesus christus diuisit omnibus fratribus meis apostolis omnes terre prouincias mihi soli dedit in custodiam totam hyspaniam vt eam custodirem a manibus inimicorum fidei et postquam hec dixit sibi appropinquauit eidem et accepit eum per manum dixitque ei sis fortis animo et bene firmus quia ego sum apostolus christi iacobus et scias quod venio ad te iuuandum contra inimicos tuos et in veritate certitudinaliter scias quod deuinces eos cum adiutorio dei. Dico etiam tibi quod multi de tuis quibus preparata est eterna quies recipient ibi mortem et vt in nullo istorum que tibi dico dubites videbis me tu in bello ambulantem in equo albo magnum vexillum gestantem. tu ergo statim cum omnibus tuis valde mane confitebimini de omnibus peccatis vestris et recipiatis corpus et sanguinem domini nostri ihesu christi que postquam feceritis in nullo dubitetis intrare prelium barbarorum vulnerando illos et inuocando nomen dei et meum quia certitudinaliter scies quod omnes deuinces quibus dictis apostolus dei disparuit ante eum. ¶ Rex autem ramirus excitatus a somno surrexit precepit quod vocarentur episcopi et abbates et omnes alij nobiles sui palacij qui cum eo erant et narrauit eis omnia que viderat et audiuerat que ei dixerat apostolus iacobus perceptis ergo diuinis sacramentis ingressi sunt prelium in dei nomine et apostoli iacobi ante se et statim cum ingrederentur prelium apparuit eis apostolus iacobus sicut promiserat confortans eos ad bellum sed et ipse terribiliter perimebat sarracenos. christiani autem cum viderunt apostolum iacobum eos confortantem et magnam cedem in sarracenos facientem induerunt viribus virilibus in hostes confidentes in adiutorio dei et apostoli iacobi magnis vocibus acclamantes et dicentes deus adiuua et sancte iacobe et statim sarraceni fuerunt victi et mortui sunt ex eis septem milia et qui euadere potuerunt per fugam liberati sunt. Tunc cepit rex ramirus calagurram et plura alia castra et deinde rediit legionem diues et honoratus et ex illo die habuerunt christiani in consuetudine cum ingrediuntur bella cum sarracenis inuocare dicendo deus adiuua et sancte iacobe. et tempore istius regis incepit ordo sancti Jacobi. Unde sarracenis insecuta est insidiatas ex illo etiam tunc nunquam fuerunt ausi petere a christianis redditus neque parias domicellarum cum nimium opprimeret eos predictus rex ramirus in fortitudine dei et apostoli iacobi. Predictus rex ramirus fuit mitis et pius bonis. sed terribilis et fortis malis quia latronibus extrahebat oculos diuinatores et incantatores ignibus comburebat

¶ Uincunt christiani solutis septuaginta nauibus igne.

Quadragesimum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingentesimo uicesimo quarto. imperante predicto Ludouico et sedente in cathedra petri valentino papa. Tunc applicuerunt ad portum galetie normanni qui erant gentes crudelissime et pagane neque vnquam fuerunt visi in terra illa. Et venerunt ibi in multitudine magna non solum hominum sed etiam nauium. quod cum predictus rex ramirus audiuit statim congregato suo exercitu iuit illuc contra eos et pugnauit cum eis in loco qui dicitur delpharo. Sed licet normanni essent gentes aspere et fortes victi tamen fuerunt et multi ibi perierunt et qui euadere potuerunt per mare fugerunt et perdiderunt ibi. lxx. naues quas ignibus concremauit rex ramirus. Lucratique sunt ibi christiani magnas diuitias et reuersus est predictus rex in ciuitatem legionensem cum magnis diuitijs et honore Regnauit autem sex annis et mortuus est feliciter ac sepultus est in ciuitate ouetensi. et successit ei in regno ordonius eius primus filius:

¶ Uincunt christiani occisa plurima sarracenorum multitudine.

Quadragesimumprimum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingentesimo vicesimo sexto imperante supradicto Ludouico et sedente in cathedra petri gregorio. iiij. ac regnante in regno legionis ordoneo supradicti regis ramiri filio. Cum predictus rex rediret de vasconia que ei rebellauerat in principio regni sui et post occasiones plurium illorum illam subiugasset nunciatum est ei quod magnus exercitus

sarracenorum veniebat contra eum quo audito animose venit contra eos pugnauitque cum eis et deuicit eos plurimis eorum truncatis reliqui vero fugierunt et reuersus est cum victoria et honore ac cum plurimis diuitijs et multitudine captiuorum. Iste rex fuit mitis et pius consolator iusticie et populauit multas ciuitates ex quibus rex alfonsus castus expulerat sarracenos et extunc manserunt deserte

¶ Vincunt christiani captis duobus ducibus sarracenorum.

Quadragesimum secundum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno sequenti scilicet octingentesimo vicesimo septimo. Tunc enim dux quidam sarracenus nomine muca ab eucatin cum multitudine magna venit in cathaloniam vbi fecit plurima damna deinde transiuit in prouinciam et franciam percurrens et destruens quicquid inuenire poterat vbi plurimos christianos in bello occidit et cepit duos christianorum duces quorum vnus dicebatur sauacus Alius vero petrem et oneratos ferro carceribus mancipauit.

¶ Vincunt christiani peremptis innumerabilibus sarracenis.

Quadragesimum tercium bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingentesimo vicesimo nono. Tunc predictus muca sarracenus eleuatus in superbiam cum exercitu magno venit vt percurreret terram regis ordonei predicti et cepit vnum locum qui dicebatur albaida et circumdedit eam muro forti et turribus plurimis. quod cum sciuit predictus rex ordoneus congregato exercitu suo venit velociter et obsedit predictum castrum tunc predictus muca non erat ibi sed statim cum audiuit quod venerat rex ordoneus et obsederat castrum albaide venit citius quo potuit vt succurreret castro et cum peruenit ad montem qui dicitur gardusio fixit ibi tentoria sua. Rex autem ordoneus cum cognouit hec diuisit exercitum suum in duas partes quarum vnam dimisit in obsidione castri. et cum altera occurrit predicto muce sarraceno. bellauitque cum eo et perempti sunt ibi gladio christianorum vltra duodecim milia de militibus sarracenorum exceptis peditibus quorum cedes fuit quasi innumerabilis mortuus est etiam ibi quidam gener muce qui dicebatur dan. Sed et ipse muca tribus vulneribus lancearum percussus cum paucis que remanserunt fugit a bello dimisit in bello quecumque habebat collegerunt ergo christiani spolia campi et inuenerunt diuitias vltra modum. et regressi sunt cum rege ordoneo in castrum. Et post septem dies cepit ipsum et interfecit omnes sarracenos quos intus inuenit et captiuabat mulieres cum paruulis earum. Destruxitque castrum vsque ad fundamentum et reuersus est in terram suam cum diuitijs et honore. Cum predicta que acciderant muce cognouit quidam eius filius cuius nomen erat lupus qui presidebat toleti timore magno perculsus cepit quecumque habebat et venit ad regem ordoneum factusque est eius vasallus qui postea pro regis ordonei seruitio multa bella contra sarracenos superauit semper victor existens.

¶ Vincunt christiani occiso rege Corie sarraceno.

Quadragesimum quartum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno sequenti scilicet octingentesimo tricesimo. Tunc enim predictus rex ordoneus produxit exercitum suum magnum et iuit ad percurrendum terram sarracenorum que dicitur geste et corea. Rex autem sarracenus predicte ville que dicebatur faijth exiuit contra eum et commissum est durum bellum nimis sed finaliter victus fuit rex sarracenus et mortuus ibidem cum multitudine sarracenorum et rex ordoneus cepit tunc villam et inuenit intus multitudinem sarracenorum cum mulieribus et filijs quos omnes deduxit captiuos et muniuit villam illam ac dimisit in fideli custodia.

¶ Vincunt christiani et capitur ciuitas salamantina a rege ordoneo

Quadragesimum quintum bellum inter sarracenos et christianos accidit eodem supradicto anno quia cum supradictus rex ordoneus rediret de predicto bello victoria

habita venit cum exercitu suo super vnu͂ sarracenum qui dicebatur mosseios et dicebat se regem salamantinum habuitq; bellu͂ cu͂ eo et victus est rex sarracenus cu͂ omnibus suis et cu͂ cede plurima sarracenoꝝ et tu͂c rex ordoneus ingressus est ciuitate͂ et captiuabat sarracenos plurimos cum mulieribus et paruulis quos intus inuenit et reuersus est ad legionem cum magnis diuitijs et honore

Vincunt sarraceni et occiduntur ppe tolletum octo milia christianorum.

Quadragesimumsextum bellu͂ inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingentesimotricesimoquinto. Tunc sarraceni ciuitatis toleti audientes q abdarramen amiramamolim hyspanie erat mortuus qui reliquerat .xv. filios et .xij. filias et q machometus eius filius regnabat pro eo rebellati sunt et miseru͂t veloces nuncios predicto regi ordoneo q daret eis adiutorium co͂tra eum rex autem ordoneus noluit ire illuc in persona sed misit eis vnu͂ filium suum cum magno exercitu asturianorum et nauarrorum. Cum au͂t predictus machometus hoc sciuit pparauit se cu͂ multitudine graui et venit super toletum posuit q insidias in quodam torrente qui dicitur tolete et ipse cum paucis venit contra ciuitatem. Speculatores autem qui erant extra ciuitatem cum viderent eum venientem cum paucis gentibus cogitauerunt q non erant plures et notificauerunt existentibus in ciuitate christiani ergo et sarraceni toletani venerunt contra eum et commisso prelio exierunt illi qui erant in insidijs et mortui sunt de christianis octo milia de toletanis vero .xiij. milia Sed et pro memoria illius victorie canis ille machometus fecit amputari plurima capita illorum et transmisit illa cordubam et in maritimas partes et in affricam. Predictus autem rex ordoneus regnauit .x. annis et mortuus est ex quadam infirmitate que dicitur podagra in oueto et ibi sepultus est. successit ei in regno filius alfonsus tercius.

Vincunt sarraceni et capitur Roma ac magna pars tuscie a soldano babilonie deuastatur.

Quadragesimu͂septimum bellu͂ inter sarracenos et christianos accidit circa mortem predicti Gregorij pape .iiij. qui fuit secundum quosdam hystoriographos anno domini octingentesimotricesimooctauo. His temporibus portentum singulare apparuit primo in signo virginis et ab illo signo in signum leonis cancri gemino rum thauri cucurrit ibiq; se figens globu͂ igneu͂ emisit iubarumq; pluritatem deposuit. imperator quoq; ista diligenter examinans cu͂ egmardo philosopho contulit sed eiusdem portenti effectum exprimere noluit Tunc imperator subiunxit q regni mutationem principisq; mortem pretendebat. Tunc egmardus ad confortationem principis prophete testimoniu͂ introduxit dicens. a signis celi ne timueritis que gentes pauent. et ait imperator non alium timere debemus nisi illu͂ qui nostri et huius creator est sydens sed eius clementiam laudare tenemur qui nostram inerciam talibus amonere dignat͂ indicijs. qui ergo talia portenta cum apparent omnibus communiter tangunt. Ideo omnes pposse ad meliora festinare debemus vt mia͂ in illo dominante consequi valeamus. Et licet tunc impressio illa imperatorem non tetigerit tetigit tamen totum statum ecclesie ex aduentu sarracenorum ad partes romanas. quia tunc quida͂ scelerati christiani miseru͂t ad soldanum babylonie vt veniret romam asserentes q leuiter possit tota͂ ytaliam possidere. Tanta igitur sarracenorum multitudo superueniens intrauit ytaliam vt totam superficiem terre quasi locuste viderent͂ implere ac per portam centrellensem intrans vi armorum romam cepit ciuitas q; leonina expoliatur omnino et ecclesia sancti petri stabulum equorum efficitur et non solum per sarracenoru͂ roma tunc capta fuit sed et magna pars tuscie deuastatur.

Vincunt christiani et expelluntur a Roma et tuscia sarraceni.

Quadragesimu͂octauum bellum inter sarracenos et christianos accidit statim post predicta. Nam ad petitionem pape Gregorij quarti supradicti Hugo marchio lombardie cum lombardis et

ludouicus rex francorũ cũ gallicis venientes
post plurima bella sarracenos cum multa
effusiõe sanguis a roma et tota illa terra fu
gauerunt quia dictus gregorius papa et lu
douicus imperator quasi eodem tempore
decesserunt. Ideo sunt notanda que circa fi-
nem vtriusq; contigerunt. Unde appropin-
quantibus ad mortem fuit maxima solis e
clipsis tantum q fuit obscuratus aer et tene
brat' sicut de nocte ita q sydera apparebãt.
Item luna sic recessit a sole q lumen recipe
videbatur sicut in nouilunio. Post hec egri
tudo imperatorem grauiter inuasit qui sta-
tiz prouide de imperio et regni et anime sue
saluti disposuit et ecclesiastica sacramẽta sus
cepit multaq; cum deuotione migrauit ad
xpm. et Gregorius papa quasi in eodem tẽ
pore diem clausit extremuz. hec ex hystoria
collecta fratris iohannis de padua.

¶ Vincũt xpiani occisa sarracenoz magna
multitudine. Et ecclesia sancti Jacobi edifi-
catur per regem alfonsum magnum ex lapi-
dibus muro forti.

Quadragesimumnonum bellum in
ter sarracenos et christianos accidit
anno domini octingẽtesimovicesimonono
imperante lotario filio supradicti imperato
ris ludouici et sedente in cathedra petri Ser
gio papa. ij. Ac regnante in regno legionis
rege alfonso. iij. qui fuit dictus magnus.
Iste fuit filius supradicti regis ordonij de
quo sup̃ gloriosa bella narrata sunt. Et fuit
rex pijssimus elemosinis clarus ipse fecit ec
clesiam sancti Jacobi ex lapidibus muro et
forti opere fabricata. quia primo erat de ter
ra eo ergo tẽpore predictus rex alfonsus ma
gnus congregauit exercitum suum ex prouin-
cialibus et gasconib' et nauarris venit cõ-
tra terram sarracenorum confregit et destru-
xit quecunq; inuenit et cepit per vim villam
quandam que dicebatur tunc leijcia quam
ignibus concremauit et occidit omnes sar-
racenos quos ibi inuenit. et reuersus est oue
tum magnis cum diuitijs et honore.

¶ Vincunt xpiani peremptis pluribus sar
racenis per regem alfonsum.

Quinquagesimum bellum inter sar
racenos et christianos accidit sequẽ
ti anno scilicet octingentesimoqua-
dragesimo. Tunc magnus exercitus sarra-
cenorũ regis toleti venit ad percurrendum
et destruendum terram regis alfonsi magni
Cum ergo predictus rex sciuit venientem exer
citu suo contra eos et bellauit cum eis in lit-
tore fluminis dolci victiq; fuerunt sarraceni
et perdiderunt ibi omnia que portauerant
ac mortui sunt ex sarracenis quingenti. xl.
Alij vero terga sunt dare coacti. Sed et rex
alfons' secut' est eos vincit et occidit multos
ex eis ac captiuauit reuersusq; est oueti cũ
magnis diuitijs et honore. In predicto
bello fuit strenuissimus miles Bernardus
delcarpio de quo supra mentio facta est cõ-
sobrinus regis alfonsi casti multas enim ce
des in sarracenos fecit nõ soluz zelo fidei s;
desiderio liberandi patrem suum comitem
dictum sancia de quo supradictum est quez
rex alfonsus castus in carceribus posuerat.
quia sine scitu sui acceperat in vxorem soro
rem suam de qua predictum est bernardum
habuit sed licz propter hoc rebellauerit regi
predicto et vt debellaret regez fecisset castrũ
illud quod dicitur delcarpio prope salamã
ticam et aluam de tormes tamen nunq̃ po-
tuit ipsum videre nisi mortuum dato castro
regi cogitans ipsum recipere viuum vt ple
ne continetur in generali hystoria hyspanie.

¶ Hoc bello vincunt christiani sub Ber
nardo delcarpio. Et capitur balbastrum cũ
alijs locis.

Quinquagesimumprimum bellum
inter sarracenos et christianos acci
dit circa idem tempus. Nam cuz
supradictus bernardus delcarpio tradidit
supradictum castrum regi et vidit patrẽ suũ
mortuum: fuit a rege alfonso magno expul
sus a regno suo. et venit in regnum francie
sed cum in curia regis francie non fuisset re
ceptus sicut ipse optauerat reuersus est ver-
sus hyspaniam. et tunc habuit cum sarrace
nis ma magna prelia et semper fuit victorio
sus occidit enim plurimos eoz et habuit ex
spolijs innumeras diuitias cũ quib' postea

conquisiuit et illo loco vbi predicta prelia habuit vsq3 barbegal et lucratus est barbastrum et segorbe et montem album.

¶ Vincunt christiani sub rege alfonso et liberatur coymbra ab obsidione sarracenorum

Quinquagesimumsecundum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingentesimoquinquagesimoquarto. Tunc predictus rex alfonsus magnus congregato exercitu suo iuit ad succurrendum coymbram quam tenebant sarraceni obsessam et pugnauit cum eis et deuicit eos cepitq3 eam et posuit sub dominio suo et persecutus est sarracenos percurrens plures alias ciuitates.

¶ Vincunt christiani sub rege alfonso magno et pro tuitione patrie edificatur castrum magnum

Quinquagesimumtercium bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingentesimosexagesimo. imperante ludouico fratre supradicti lotarij imperatoris. et sedente in cathedra petri Nicolao papa primo. Tunc supradictus rex alfonsus magnus congregato exercitu magno christianorum iuit ad percurrendam terram toleti et cremauit ac destruxit quecumq3 inuenire potuit. prostrauitq3 multa castra et fortalitia que sarraceni possidebant et captiuauit plurimos sarracenos quod videntes sarraceni timore magno passi miserunt ei nuncios suos nunciantes eidem quod sibi darent tributum si concederet eis pacem. Rex autem alfonsus concessit eis treugas per tres annos et reuersus est in terram suam cum magnis diuitijs et honore Sed cum reuerteretur cepit vnum castrum quod tenebant sarraceni quod dicebatur quinqualubel Istud castrum non intrauerat in treuga et occidit ibi multos sarracenos et post hoc fecit vnum castrum magnum in maritimis asturiarum pro defensione illius terre ne nauigantes inimici illam destruerent et nomen illius castri dicitur gordon. Et intra castrum fecit vnam ecclesiam sub nomine sancti saluatoris quam fecit consecrari a duobus archiepiscopis et vno episcopo quam3 multis donis decorauit specialiter dedit illi ecclesie quandam crucem de puro auro ornatam pluribus lapidibus quam ipse mandauerat fieri. Fecit etiam in ecclesia sancti iacobi quandam capellam mire pulcritudinis et dotauit predictam ecclesiam plurimis hereditatibus ac ornauit illam auro et argento necnon ornamentis et lapidibus preciosis. Fecit etiam iste gloriosus rex alfonsus super corpora sanctorum facundi et primitiui. ecclesiam mire magnitudinis et pulchritudinis. circa littus cey quam etiam dotauit et honorauit multis necessarijs.

¶ Vincunt christiani per regem alfonsum magnum in senectute sua.

Quinquagesimumquartum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa annum domini octuagesimumsecundum Cum enim predictus rex alfonsus magnus xlvi. annis regnasset reliquit regnum et dedit illud filio suo garsie et peregrinatus est in sanctum iacobum et cum reuerteretur rogauit filium suum regem garsiam quod traderet sibi gentes cum quibus adhuc semel vel bis posset ire contra sarracenos in senectute sua quod rex garsias concessit eidem. Iuit ergo cum exercitu magno et cremauit et depredatus est et destruxit magnam terram sarracenorum et reuersus est in nauarram cum grandi multitudine captiuorum et multis diuitijs et honore. Post hoc venit samoram vbi de infirmitate sua gloriose finiuit et sepultus est in ecclesia sancte Marie ciuitatis oueti cum vxore sua regina domina xymena.

¶ Christiani per regem Garsiam vincunt capto ayolas rege sarracenorum.

Quinquagesimumquintum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa annum domini octingentesimum octuagesimumtercium. Cum enim predictus rex garsias post mortem patris regnaret in primo anno regni sui congregauit magnum exercitum suum et iuit ad percurrendam terram sarracenorum confregitq3 multas villas et cremauit eas prostrauitq3 multa castra et pugnauit cum quodam sarracenorum rege qui dicebatur ayolas et deuictu bello cepit illum regem et reuersus est in terram suam cum multitudine captiuorum ac

cum magnis diuitijs et honore sed cum re/uerteretur ex culpa illorum qui reges sarracenum obseruabant solutus a vinculis fugit. Rex predictus gardias anno tercio regni sui mortuus est sepulturam in ciuitate zamore et deductum est corpus eius ad ciuitatem oueti vbi honorifice sepultus est.

¶ Lvi. bello vincunt xpiani sub rege ordonio secundo. Et capit ciuitas rogel.

Quinquagesimumsextum bellum inter sarracenos et xpianos accidit circa idem tempus. Mortuo enim predicto rege gardia regnauit pro eo frater eius ordoneus secundus filius supradicti regis alfonsi magni. Iste ordoneus tempore primo sui congregauit magnum exercitum et intrauit terram sarrace/norum et peragrauit illam. peragrauit etiam prouinciam beticam que est terra de gualderquiuir et confregit multas ciuitates cremauitque eas et destruxit ac plurimos sarracenorum captiua uit. cepit etiam in isto primo ingressu vnam de nobilioribus et fortioribus ciuitatibus sarracenorum que tunc dicebatur roges et reuer/sus est in terram suam diues et cum honore.

¶ Isto bello vincunt christiani sub rege ordonio secundo et capta talauera. ignibus cremata.

Quinquagesimumseptimum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingentesimooctuagesimosexto. Tunc predictus rex ordoneus secundus congregato exercitu suo iuit et obsedit tala/ueram. Sarraceni vero cordubenses et alij circumuicini cum hec audiuerunt venerunt ad succurrendum ad predictam villam. Sed cum adiutorio altissimi rex ordoneus pugnauit cum eis et deuicit eos. perempti sunt etiam ibi multi sarraceni. Alij vero perfugam euase/runt et tunc rex ordoneus cepit illam villam et depredatus est quicquid ibi inuenit prostrauitque muros ville ac illam ignibus cre/mauit et sic reuersus est in terram suam di/ues et cum honore deduxitque captiuum ducem exercitus cordubensis. Alij tamen dicunt quod predictam conquistam fecit iste ordoneus tempore regis gardie fratris sui.

¶ Per regem ordoneum secundum capitur castrum albanie. et xpiani vincunt.

Quinquagesimumoctauum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingentesimononagesimo. Tunc enim predictus rex ordoneus timens quod perderet tempus suum si desisteret ab oppugnatione inimicorum fidei xpiane prouoxit exercitum suum magnum et intrauit prouinciam et terram merude et confregit ac destruxit igne et ferro quicquid inuenit. Cepitque vnum castrum quod dicebatur calabri et nunc dicitur albame. Sic ergo post plurima certamina et victorias reuersus est in terram suam cum multitudine captiuorum viuisque secum. et antequam egrederetur de terra sarracenorum venerunt ad eum potentiores merude ac terre lucene. ac etiam rex paliensis qui dicitur bedadios petentes ab eo treugas propter quas concedendas multitudinem innumerauam pecunie obtulerunt eidem et reuersus est legionem cum magnis diui/tijs et honore. Et tunc fecit mirificum illud templum ecclesie maioris in eadem ciuitate vbi prius erat suum regale palatium. Iacet sepultus rex in ecclesia predicta retro altare maius in pariete vbi transitus gentium est et dicitur antelans successit ei in regno filius eius alfonsus quartus qui regnauit quinque annis sed nihil magnifica fecit contra sarrace/nos. Dicitur quod quadam leuitate voluit ordinem intrare et de facto sic fecit renuncians regnum suum fratri suo ramiro et cum pauco tempore remaneret in religione in monasterio sancti facundi prope ceyam exiuit ab ordine et ve/nit legionem et rebellauit cum eadem ciuitate fratri suo volens iterum regnare. quod cum frater eius rex ramirus cognouit venit super eum cum magno exercitu quem contra sar/racenos parauerat et obsedit eum in eadem ciuitate duobus annis finaliter dedit se rex alfonsus fratri suo regi ramiro qui eum cepit et posuit in carceribus et alios duos filios regis fruele qui rebellauerant et extraxitque oculos eorum et post duos annos rex alfonsus predictus cecus mortuus est et sepultus ibi legionis in monasterio sancti pauli.

¶ Vincunt xpiani per regem Ramirum frm

occisis .lxxx. milibus sarracenorum et captiuato rege Cesar augustano proditore.

Quinquagesimumnonum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa idem tempus Tunc abdarramen rex cordubensis et albenybaya rex cesar augustanus qui se fecerat vasallum regis ramiri cum terra sua cum multitudine graui venerunt vt peraurirent terram regis predicti ramiri et accesserunt vsque ad locum qui dicitur simanchas. quod cum rex ramirus sciuit exiuit contra eos cum exercitu suo et commissum est durum bellum. Sed cum adiutorio altissimi victi sunt sarraceni et albenybayo proditor fuit captus mortuique sunt de sarracenis .lxxx. milia. Hec victoria fuit habita in die iusti et pastoris ceteri vero sarraceni fugierunt et recolligerunt se in quodam castro cum abdarramen Sed rex ramirus insequens eos obsedit eos et captiuauit plurimos eorum abdarramen furtum euadente et reuersus est predictus rex collectis spolijs campi innumerabilibus et cum rege predicto re vinculato ac cum multitudine captiuorum in honore in ciuitatem legionensem.

Bello .lx. vincunt christiani sub rege Ramiro secundo.

Sexagesimum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini octingentesimo nonagesimo sexto. Imperante henrico primo et sedente in cathedra petri Iob. xix. Tunc predictus rex ramirus iterum congregauit exercitum suum et obsedit quoddam castrum quod antiquitus dicebatur agraui nunc vero dicitur calatraua. Sarraceni autem aliorum castrorum circumuicinorum cum exiuerunt venerunt vt succurrerent predicto castro de caldrana et commissum est durum bellum inter eos et regem ramirum. sed finaliter victi fuerunt sarraceni perempta multitudine sarracenorum et reuersus est in terram suam cum magnis diuitijs et honore. Iste rex ramirus cum infirmaretur grauiter ouetti precepit se differri ad ciuitatem legionensem vbi expoliauit se a regno quod receperat a fratre suo alfonso dicens hec verba. Nudus egressus sum ex vtero matris mee et nudus reuertar illuc Dominus mihi adiutor non timebo quid faciat mihi homo. Quibus dictis animam dedit in manibus creatoris et sepultus est in monasterio sancti saluatoris eiusdem ciuitatis quod ipse fecerat pro filia sua domina eluira et regnauit pro eo filius eius ordonius tercius.

Vincunt christiani hoc bello .lxi. et capitur castrum de tharaco per comitem fernandum gundisalui.

Sexagesimumprimum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa annum domini nongentesimum. Tunc regnante in regno legionis supradicto ordonio tercio. Excitauit deus quendam virum in armis strenuum sibique dilectum comitem scilicet fernandum gundisalui cuius filia scilicet domina viraca vxor supradicti regis erat comes castelli qui ex desiderio seruiendi deo incepit bella durissima contra sarracenos. Et primo congressu deuictis sarracenis obtinuit castrum quod dicitur de tharaco quod est situatum in altitudine cuiusdam rupis precise. Vnde sarracenis euenit tribulatio magna.

Vincunt christiani et almonsor cum .xij. legionibus bellatorum fugatur per comitem fernandum gundisalui cum .cc. equitibus ex reuelatione quadam sibi facta.

Sexagesimumsecundum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini nongentesimoprimo. Tunc almanzor qui erat potentior sarracenus existens citra mare sub abdarramen amiramamoli hyspanie et regis cordubensis cum audiuit quod comes fernandus gundislay ceperat predictum castrum de caraco iratus ac turbatus fuit valde quare congregauit magnam potestatem regum sarracenorum et multarum aliarumque gentium quorum numerus .xij. legionum militum Vna legio est sex milia sex centum sexaginta sex. Cum vero predictus comes fernandus gundislaui cognouit quod almansor veniebat contra eum in multitudine tam graui et quod mirabatur dicens quod non esset locus in quo non quereret eum misit statim nuncios suos per totum castellum vasallis suis dicens quod venirent ad eum quia nimium eis indigebat qui visis litteris parato animo vnanimiter venerunt ad eum cum quibus habuit consilium suum quid esset melius ire obuiam al

manzor vel expectare eum et inter alios miles quidam dictus gundisalus didaci sic locutus est. O domine non mihi videtur tempus bellandi cum istis sarracenis Sed si aliquam viam possemus inuenire per quam istud bellum impediretur haberem ego pro bono consilio si vobis placeret nec propter hoc debemus habere pro inconueniens contribuere eis aliquid aliud quicquid illud esset per quod possemus mitigare iras sarracenorum et lucrari treugas eorum quia in multis aliis rebus expenduntur diuitie in hoc ergo non debemus excusari quia in bello ponit homo aliquotiens animam et corpus et nihil ei prodest aurum et argentum et quicquid aliud. Item sarraceni sunt multi et bene armati nos vero sumus pauci et armis vacui. et si propter peccata nostra vincamur omnes erimus confracti et tota castella perdetur et ponetur sub potestate sarracenorum Sed si istud bellum non daret haberem pro bono consilio et pro meliori quod nos possemus facere vt non perderemur sic ex nostro defectu nec aliquid nobis prodesset sine adiutorio domini nostri ihesu christi. Domine si locutus sum sine modo peto veniam. et dicet vnusquisque illud quod sibi melius videtur Istud consilium non placuit predicto comiti fernando gundisalui et quasi iratus dixit. Amici volo respondere dono grandi saluo didaci et enarrando queconque dixit ostendam quod non solum non sunt dicenda sed nec audienda. Ipse dixit primo quod excusemus bellum. sed cum homo non possit excusare nec fugere mortem deberet mori honorificentius quo poterit et sic treugas lucramur contribuendo eis aliquid cum sumus domini efficeremur serui et vnde debemus castellum extrahere a pena et oppressione in qua est amplius ei duplicaret. Cum ergo omnes vnde nos descendimus fuerunt fidelitate decorati et in eius obseruatione gloriabantur. Ideo non curauerunt de morte sua et isto modo impleuerunt quicquid voluerunt et pugnauerunt viriliter ne aliquid indecens facerent propter quod reputari possent nec voluerunt habere hereditatem vnde ipsi minus valerent quam omnes alii viuentes in toto mundo et propter eorum magnam fidelitatem vicerunt semper inimicos suos. quia propter mortis timorem numquam errorem aliquem facere voluerunt nec aliquid quod eis inhonestum esset et isto modo ipsi vicerunt inimicos suos. Quod ergo illi fecerunt debet in memoriam nostram venire et concordando nos cum eis ac eorum facta obseruando numquam errabimus. Dimittamus ergo iam enarrare parentum magnalia et redeamus ad factum nostrum preparemus nos vt eamus ad bellum et propter mortis timorem nullatenus dimittamus quia cum dei adiutorio et nostre fidelitatis vicemus inimicos nostros et extrahemus castellum a pena et confractione in qua est nec eorum multitudinem pauere debemus quia plus potest vnus leo quam decem oues et occidet triginta lupi triginta milia agnos Sitis certi amici quod nos vincemus almanzor hac vice et erit magnus honor meus. vester autem maior ac de me facietis meliorem hominem totius hyspanie. Cum ergo predictus comes finiuit orationem suam mouit se cum exercitu suo de loco qui dicitur muneon vbi tunc erat et venit in locum qui dicitur lara et inde ascendens equum suum intrauit montem vt venationi vacaret. Inuenitque aprum quendam et secutus est eum solus aper vero fugiens cum recollegit se in quadam spelunca in qua solebat manere. sed non secutus ibi intrauit quandam ecclesiam paruam ibi propinquam et posuit se retro altare. Ecclesia autem illa tota erat exterius cooperta quadam herba que dicitur edera sic quod nihil eius videbatur in qua tres monachi pauperrime viuebant et vocabatur ecclesia illa sanctus petrus Comes autem predictus insequens aprum non potuit in equo pre arborum spissitudine intrare post aprum descendit ergo de equo et ligauit eum ad arborem secure ipse vero secutus est vestigia apri pedes et ingressus est ecclesiam predictam et accessit vsque ad altare vbi porcus iacebat. cum autem respexit locum et vidit quod erat ecclesia timuit et noluit accedere ad altare nec occidere aprum. licet ipse multum bene poterat illum occidere et ait. Domine deus quem timent omnes res mundi si ego in hoc erraui tu debes mihi veniam dare cum ego nihil scirem huius sanctitatis quia si ego sciuissem non intrassem ibi vt talia facerem quinimmo venissem in peregrinationem et oblationes tribuissem. Sed parce mihi tu pater potentissime fili virginis marie et da mihi vigorem et adiuua me contra gentem

paganam que venit ad destruendam castel-
lam quia si tu non seruas eam ego pro per-
dita illam habeo tu ergo domine illam ob
serua et custodi eam. Cum autez finiuit pre
dictus comes orationem suam venit ad eū
vnus trium illorum monachorum qui dice
batur pelagius et interrogauit eum quis es
set et quid peteret. Comes vero ei nihil cela
uit. dixitq; ei ꝙ segregauerat se a gēte sua et
intrauerat ibidem post illum aprum. Tunc
monachus dixit ei. Rogo te propter deum
et propter tuam bonitatem ꝙ sis ista nocte
meus hospes. et dabo tibi panem ordei vt
comedas quia de tritico nō habeo. et dabo
tibi de alijs que potero habere. Quod cum
comes audiuit non refutauit sed conuiuiuz
acceptauit et mansit ibidem illa nocte. Alte
ra vero die de mane dixit monachus ille pe
lagius comiti. Certissime credas ꝙ diriget
deus negocia tua et deuinces omnem pote
statem illius almanzor prelium magnū ha
bebis cum eis. sed certissime vinces eos et
tot ex eis occides ꝙ non erit numerus. Itez
scias certissime ꝙ recuperabis vnā magnā
partem terre et effundes sanguinem regum
et magnatum. et felicitas tua erit tā magna
ꝙ per totum mundū exibit sonus militie
tue Veruntamē scias pro certo ꝙ eris capt⁹
bis. Et omnia que tibi dico certitudinaliter
scias sic fore ventura Sed et ante tercium
diē sequentē eris posit⁹ in magno cogitatu
quia videbis totam gentem tuam vltra mo
dum pauore percussam propter vnum terri
bile signum quod videbunt nec erit ibi ali-
quis tam fortis ꝙ non languescat timore.
Sed tu statim conforta eos melioribus ver
bis quibus poteris exponendo signum et
ipsi statim perdent timorez. et ex nunc vade
feliciter inuenies ꝙ omnes tuos tristes plan
ctus et luctus propter te facientes et cogitā-
tes ꝙ sis captus vel mortuus a sarracenis
et ꝙ maneāt sine domino et sine aliquo tu
tore. Sed rogo te et peto istud donū ꝙ post
ꝙ deuinceris campū recorderis huius pau
percule societatis et huius tam pauperrimi
loci et tam pauperis hospitalitatis sicut rece
pisti quia nos tres monachi sumus soli fa-
cientes pauperem vitam et si deus nobis
non mitteret suam mercedem deuorarēt nos
bestie fere huius mōtis. Comes vero respō
dens ei dicit. frater pelagi amice non timeas
tis perdere seruitium quod mihi fecistis qꝛ
si deus concedit mihi hāc litem vincere ego
promitto huic loco totā meam quintā par
tem omniū que lucratus fuero. et vltra hoc
cum mortuus fuero hic precipiā sepeliri cor
pus meū vt hic locus factus propter me sit
melioratus et magis honoratus: faciamq;
alteram ecclesiam maiorem hanc ꝙ modo:
vbi possint manere plures monachi et ma-
ior conuentus et dabo eis in quo viuant et
omnia que eis necessaria fuerit. Sic ergo fa
cto vale venit predictus comes in predictuz
locum de lera et inuenerat suos sicut dixerat
pelagius monachus sed eorum tristicia ver
sa est in gaudium et leticiaz. Narrauitq; eis
omnia que sibi acciderant cuz monacho pe
lagio. Altera autem die precepit moueri gē
tes eius que ita pauce erant ꝙ mille sarrace
ni erant pro vno christiano. Sed licet essent
pauci erant tamen optimi milites et habe-
bant bonum cor adiuuandi dominum suū
Venerunt ergo ad locum vbi mutuo se vi-
debāt christiani et sarraceni et tāta erat mul-
titudo sarracenorum ꝙ montes et valles vi
debantur cooperti eis veniebantq; sonanti
bus tubis et anafilis et facientes magnuz
tumultū. ac cum grandi leticia cogitātes ꝙ
vincerent et caperent omnes illos christiā-
nos et tanta erat multitudo et magnitudo
vocum illorum ꝙ videbatur ꝙ totus mūd⁹
veniebat ibidez. Comes autem fernandus
gundisalui existens in loco suo omnia cir-
cumspiciens cupiebat se iaz videre cum illis
Et ecce illa hora accidit signū quod sibi p-
dixerat monachus pelagius quia vnus de
militib⁹ eius fortissimis ascēdit vnū equū
pulchrum et velocem vrgensq; eum calcari-
bus vt exiret ante eos aperta fuit terra et de
glutiuit eum cū equo suo. Tunc fuerūt oēs
percussi timore magno dicētes propter pec
cata nostra istud accidit nobis et bene appa
ret ꝙ deus derelinquet nos et fuerat nobis
melius consilium si reuersi fueramus quia
oculariter videmus ꝙ deus vult iuuare sar
racenos quomodo ergo nos poterimus ire
contra eos. Sed tunc virtuosus ille comes
dixit eis. Amici non faciatis sic nec velitis
lucrari malum nomen pro semper nec perda
tis cor sine vulneribus nec ostendatis in vo
bis talem pusillanimitatem quia ego volo
vobis ostendere quid vobis ostendit istud

figuum. Unde ex quo nos facimus terram submergi[?] ũm sit tamdura et tã fortis quid aliud erit quod nos possit sufficere. Et vos omnes estis homines alte nobilitatis et video nunc corda vestra languentia timore cõtra gentes que non sunt nisi vmbra et ideo vos nolite timere quia ego hac die desiderabam me videre cum almansor in campo et experiri quomodo sciris castellam custodire dominũ vestrum. Post ꝙ ergo predicto comes finiuit sermonem suũ resumptis viribus suorum militum sicut vir sapiens in bello precepit deuolui vexillum suũ et iuit virili animo et sine timore percutere sarracenos ibantqȝ castellã clamantes. Castilla castilla. Cõmissũ est ergo durũ bellũ et milites christiani intantum fuerunt accensi desiderio pugnandi et adiuuandi dominum suum ꝙ nihil cogitabant de morte sua tantum strenuissimi ergo fuerunt ꝙ vicerunt potestatem sarracenorum et fugit almanzor cũ paucis. Hac die deus manifeste ostendit suam potestatem in hoc ꝙ tres centi milites christiani tantaȝ multitudinem sarracenoruȝ et tam potentem virum sicut erat almãzor vicerunt. Uictis ergo sarracenis fugierũt a cãpo Sed et comes fernandus gundisalui secutus est eos cum aliquibus de suis et occidit plures eorum et expoliauerunt campũ victoria habita et inuenerũt in tentorijs multitudinẽ auri et argenti et vasa et arma et alia plura sic ꝙ facti fuerunt ditissimi ꝓsemper. Et exinde venit predictus comes cum omnibus suis ad supradictum monasteriũ sãcti petri et dedit ibi multa donaria que inuenerat in tentorijs sarracenorũ deditqȝ multitudinẽ diuitiarũ monacho pelagio amico suo. Et reuersus est in ciuitatem suam cum Burgẽsium omnibus suis vbi aliquibus diebus stetit ꝑpter vulnera sanãda illorũ qui in bello vulnerati fuerant.

¶ Hoc bello. lxiij. Uincunt christiani per comitem fernandum gundisalui plurimis sarracenis captis et trucidatis.

Sexagesimumtercium bellum inter sarracenos et christianos accidit circa idem tempus. Tunc sarraceni dolentes de victoria quã habuerat predictus comes fernãdus gundisalui et scientes ꝙ ipse cum rege ordoneo. iij supradicto erat vinculo amoris colligatus cõgregauerũt exercitum magnũ et venerunt super sanctũ stephanũ de gormatio qui est in littore dorij et obsederũt castrum illud et perambulauerũt totam terrã vsqȝ ad burgis qȝ cum sciuit predictus comes fernandus gundisalui venit animose cõtra eos cum militia regis et sua secutusqȝ est eos vsqȝ ad doriuȝ bellans et occidens pluros eoruȝ deuictisqȝ sarracenis reuersus est in terrã suã cum multitudine captiuoruȝ diuitijs et honore. Eodem anno mortuus est predictus rex ordoneus. iij. zamore et sepultus est in ecclesia sancti saluatoris ciuitatis legionensis quã cõstruxit pater eius et regnauit post euȝ sancius primus qui dictus fuit grossus ex eo ꝙ pre pinguedine equitare non poterat nisi cuȝ difficultate. Iste fecit pacem cũ sarracenis qui curauerũt euȝ a pinguedine sua. regnauit octo annis et occidit eum quodã venenato pomo: comes gundisaluus qui dominatur vltra doriuȝ et sic iste qui nihil gloriosũ fecit contra sarracenos male finiuit. Jacet sepultus apud legionem in ecclesia sancti saluatoris iuxta patrem suum. Et regnauit ꝓ eo ranimus tercius filius eius.

¶ Uincũt christiani ꝑ comitem fernãdum gundisalui et fugatur secundo almansor ꝑempta innumerabili multitudine sarracenoꝝ

Sexagesimũquartum belluȝ inter sarracenos et christianos accidit anno domini noningentesimodecimoquinto Tunc supradictus almanzor dolẽs nimiuȝ quia cũ defecerat comes fernandus gundisalui sic dictũ est supra. lxi. transiuit vltra mare in affricam et precepit predicari per omnẽ terram sarracenorum ꝙ venirent ad adiuuandũ cõtra xpianũ hyspanie et ad defendandum terram quam sui predecessores lucrati fuerant. Sarraceni autem audiuerunt hãc predicationem per totam terram diuulgatam venerunt ad eum sine numero sicut qui veniunt ad indulgentiam cruciate quã nos christiani fideliter accipimus cũ sedes apostolica debitis circumstantijs compensatis illã concedit et vltra predictas gentes innumeros congregauit etiã ille almanzor totã potestatem andaluzie et sic venit cum exercitu quasi innumerabili contra castellam vt

destrueret totam terram et vt caperet p̄dictū comitem et occideret si posset. Que omnia cum cognouit predictus comes fernandus gundisalui cōgregauit similiter omnes Castellanos et venit ad locum qui dicitur predrauita. Sarraceni vero erant in vacinas. Comes autem reliquit gentem suam in eodem loco de predrauita et ipse solꝰ cum duobus militibus iuit velociter et secrete. vt videret monachum pelagium amicum suum supradictū qui ei dixerat altera vice ꝙ vinceret certitudinaliter almanzor et signa que accidere habebant. et cum accessit ad locum dictum est ei quomodo iam discesserat a p̄senti vita. quod cum comes audiuit contristatus est valde et ingressus est ecclesiam illam vt rogaret deum vt secum faceret misericordiam. Flexis ergo genibus ante altare fecit hanc orationem in habundantia lachrimarum dicens. Domine cum magno amore tibi seruiendi ego sustinui multa aduersa et dimisi multa solacia. et sum in maxima inimicicia cum sarracenis. et christianis quia reges hyspanie timore sarracenorum obliti sunt tui qui es dominus eorum et facti sunt vasalli. et cum ego ꝙ timore mortis errabant male contra me. Ego nunq̄ volui societatē nec amorem eorum et sic remansi ego solus ab omnibus derelictus inter omnes qui videntes me segregatum ab omnibus vt inimicum me respexerunt. Et cum sarraceni cognouerunt magnos ꝙ nolebat eis obedire congregauerūt exercitus vltra mare et citra mare et venerunt super me. et ego cum tuo adiutorio deuici almāzor et omnem eiꝰ potestatem et occidi ibi plures eorum. Tu dn̄e dixisti per ysaiā prophetam ꝙ nunq̄ desereres tibi seruientibus. ego autē oīs alios reliqui vt tibi seruirem. Peto ergo domine pro mercede ꝙ habeam ego tuum adiutoriū et vt defendas castellam quia tota terra affrice venit super me et da mihi sensum et fortitudinem vt ego vincam hunc sarracenum almansor et omnem eius potestatem et cum faceret augurationem captus est quodam dula somno et dormiuit ibi ante altare Apparuitque sibi ille monachus sanctus pelagius indutus vestibus cādidis sicut nix et dixit ei dormis fernande gundisalui surge et vade ad gentem tuam quia deus concessit tibi quicquid postulasti ab eo et scias certitudinaliter ꝙ vinces sarracenum almāzor et omnem eius potestatē et perdes ibi multos de gente tua. et adhuc dixit tibi plus dominus noster ꝙ quia tu es eius vasallus et ei facis seruitium toto corde ꝙ mittit tibi apostolum iacobum et me cum multitudine angelorum ad adiutorium tui et apparebimus omnes in bello cum armis albis et q̄libet nostrum ducet crucem in suo vexillo et cum sarraceni viderint nos vincebuntur et dimittent tibi campum. Amice dixi tibi qđ mihi mandatum fuit de cetero volo recedere et sic recessit a predicto comite vigilās ergo ipse et cogitans in illa visione orando deum humiliter audiuit quandā vocem dicentem sibi surge et vade in viam tuam quia iniuste contra me agis cum tantum demoraris et non des treugas almanzor nec facias cum eo pacem aliquam. Facies autem de gēte tua tres acies et intrabis tu cū paucioribus ex parte orientis et in illa acie ego ero tecum. precapies etiam ꝙ secunda acies ingrediatur ex parte occidentis et in illa acie erit beatus iacobus. Tercia vero acies intrabit ex parte aquilonis et si sic omnia feceris non dubites quin deuincas almāzor et ego sum emilianus qui tibi venio hec nunciare et scias ꝙ durabit bellum tribus diebus. Postq̄ sanctus emilianus predicta nūciauit exiuit comes a sācto petro et venit velociter in predictum locū de predrauita vbi dimiserat gentem suam quam inuenerat iratam contra se dixeruntque ei domine sine modo facis magnum malum et si erraueritis iuste accidet vobis quia sicut latro qui egreditur ad furandū segregamini et licet vos queramus inuenire non possumus et sumus in hoc valde mali quia tantum vos sufferimꝰ. Unde petimus pro mercede ꝙ non faciatis nos proditores quia nunq̄ fuerunt patres nostri nec parētes nostri nec vnq̄ fuerit ī mūdo fideliores q̄ illi vnde nos venimꝰ. Comes autem fernandus gundisalui respōdit Amici rogo ꝙ me audiatis quia non resipisco de hoc ꝙ feci et cum sciueritis non iudicabitis ꝙ tantum erraui quia ego iui ad heremitorium sancti petri vt viderem amicum meum fratrem pelagium. et cum accessi audiui ꝙ erat mortuus et ostenderūt mihi locum vbi iacebat sepultꝰ. Et deinde intraui ecclesiam et fudi orationem et venit ad me

predictus monachus vbi iacebaʒ dormien do dixitq; michi exurge amice quia hora est excitatus autem nihil potuit venire et sic exi stens audiui voceʒ magnam mihi dicenteʒ de celo secundū intellectuʒ meum. Comes fernāde gundisa ui surge vade viam tuam quia die tercia vinces almāʒor et omnē eius potestateʒ reprehendit etiaʒ me quia tantū tardabam. et q ille cuius amore pugnabaʒ adiuuaret me et quia i heremitorio illo alia vice fui bene consultus sic q deuincerem al manʒor. Ideo nunc iterum iui vt haberem consilium cū illo amico meo pelagio. Et vt seruarem vos oēs ne ppter defectuʒ meum erraretis quia necessariū est vobis consiliū dei et hoīm quia exquo almanʒor tamma gnum exercitum cōgregauit multū interest nobis vt taliter faciam⁹ q deum habeam⁹ pro nostra parte. Et ideo sim⁹ omnes boni milites quia non possum⁹ fugā accipere ex aliqua parte. Et licet velim⁹ ire i aragoniaʒ vel nauarram vel ad omnes alios vicinos nostros omnib⁹ sumus odiosi. et si peccatis nostris exigentib⁹ victi fuerimus omēs vin dicabuntur de nobis et erim⁹ captiui et mi seri filijq; nostri capientur a sarracenis Qui autem iacet captiuus priuatur omni bono et vellet plus mortē q vitā cū videt sua he reditatem ab inimicis suis q̄ vobis dico oīa bene intelligitis et si ppter peccata nunc su mus victi nunq̄ nostra recuperabim⁹. Dico autem vobis ex parte mea que cogito facere q licet ipsi vellent me accipere ad vitā satio re q cit⁹ occiderē meipm q̄ me tradaʒ capti uitati. Et ideo oportet q firmetis inter vos quod quicūq; fugerit a campo vel se dederit captiuitati timore mortis q sit proditor et cū mortuus fuerit q sit cū iuda in inferno in perpetuuʒ. Cum autem castellani audiuerit que dixit predict⁹ comes placuit eis omnio et omnes inierunt fedus inter se q ante se ex ponerent morti q̄ se dare captiuitati Altera ergo die de mane precepit pred ct⁹ comes q omnes armarentur vt darent bellum sarra cenis et ordinauit acies suas sicut ei precep tum fuerat in ecclesia sancti Petri mādauit q; donogustio gundisalui de salas et filijs suis ac duobus consobrinis comitis q irēt in prima acie in qua fuerunt ducēti milites Deditq; eis sex milia peditum de mōtaneis qui omnes erant homines veloces et valen tes. In secunda acie posuit pro duce donuʒ lupum de viscaya cum illis de terminamya et de hymana et de castella veteri de castro et de asturijs fuerunt. fueruntq; in summa du centi milites et sex milia peditum. Comes vero fernādus gundisalui fuit in tercia acie et cum eo Rodericus de conia et numos de cama et belas qui quos ipsa die comes fece rat milites viginti etiam scutiferi sui quos etiam eadem die fecerat milites summa om nium istius acies fuit quinquaginta militū et trium milium peditum precepitq; omib⁹ predictus comes q si prima die nō possēt vincere sarracenos cum audierint bucinam suam q retraherent se a prelio et omnes cō gregarentur sub vexillo suo. ¶ Postq̄ ergo omnes sic ordinauit venerūt omnes in ten torijs suis et veniente nocte viderunt per ae ra rabidum quendam serpentem venire san guine cruentatum et quasi vulneratuʒ emit tentem tam fortes sibilles q nullus fuit ibi tam audax quin timeret et tāmagnos ignes emittebat per os q omnes de exercitu se vi debant adinuicem Cum autem hec viderēt excitauerunt comitem qui iam dormiebat s tamen cum ipse surrexit iam serpens ille trā siret. Attendens auteʒ predictus comes po pulum suum pauore percussum quia ex illa visione conceperant q erant vincendi a sar racenis. Precepit q omnes congregarent ad eum. dixitq; eis. Amici isti sarraceni sūt incantatores et nigromantici et suis inuoca tionibus vocant dyabolum qui pro eis fa cit multa pauorosa. Aliquis autem sarrace nus qui ista scit facere fecit illam visionem per aera apparere vt eos terreret tali arte ma la. cum ergo vos sitis homines intelligen tes bene debetis scire q diabolus nihil vo bis facere potest quia bene noscitis q do minus noster Ihesus christus potestatem eis abstulit. commendemus nos ergo deo qui omnia fecit quia ipse potentissimus dā di et tollendi quicquid voluerit. et nihil pro pter talia signa demus. Eat ergo quisq; in hospitium suum et de bono mane sitis om nes armati in campo. ¶ Adiuuabit enim nos deus pater sua pietate et de hoc sitis cer tissimi q vincemus eos. talibus ergo ver bis comitis confortati omnia sic fecerunt et in gallicantu surrexerunt omnes et audiue runt missam suam orauerunt ac de pe pecca

tis suis contriti et confessi fuerunt et roga/
uerunt deum q adiuuaret eos contra sarra/
cenos. ¶ Post hec equitauerunt omnes
bene armati omnibus armis suis et cũ ve/
nit aurora parauerũt acies suas sicut eis mã
dauerat comes. Sarraceni similiter paraue
runt acies suas et commissum est prelium
magnum mortuiq; sunt multi ex vtraq; pte
occiditq; predictus comes quendam regẽ
affrice sarracenum et impletus est cãpus cor
poribus mortuorum tã ex christianis q̃ ex
sarracenis nec alteri partium concessa est vi/
ctoria eodem die. Veruntamen expulerunt
christiani sarracenos a tentorijs suis et man
serunt ipsi illa nocte in eisdem in quibus in
uenerunt omnia necessaria steteruntq; per to
tam noctem armati. Altera autem die ordi
nate sunt acies in campo ex vtraq; pte et ve
nerunt sarraceni contra christianos magnis
vocibus acclamantes intantũ q videbatur
q totus mũdus descendebat in profundũ
christiani similiter audita missa exeuntes cõ
tra eos inceperunt prelium et durauit per to
tam diem nec tamen vna pars alteram ptẽ
vincere potuit. Fuerunt et in hoc secũdo bel
lo etiam multi mortui ex vtraq; parte et plu
rimi vulnerati et reuersi sunt christiani super
ueniente nocte in tentorijs suis ceci tristes
et vulnerati. Et prima vigilia noctis prece/
pit comes predictus vocari omnes suos ad
se dixitq; eis. Amici rogo q sitis fortes et
non langueatis propter angustias presen/
tes. Dico enim vobis in veritate q cras vsq;
horam nonam habetis maximũ succursũ
taliter q vincetis bellum istius sarraceni al
manzor. Si ergo vultis q vincamus nos si
mus cras bono mane in campo omnes añ
solis ortum et virili animo in eos irruentes
non demus eis spacium quia sat certe q per
vim dimittent nobis campum et dico vobis
q euadere non poterint quin sint mortui vł
victi. Ibimusq; post eos et vindicabimur
de malis que nobis intulerunt. Sum enim
bene securus de nobis q non erimus victi.
Citius enim nos permitteremus mori q̃
talia pati. ¶ Post verba comitis vnusquis
q; iuit in mansionem suam dormierunt et
quieuerunt. ¶ Surgentes autem bono ma
ne sicut eis pceptũ fuerat armauerũt se et sar
raceni similiter ac exierunt in campũ vt bel
larent. Commissum est ergo durissimũ bel/
lum inter vtrosq; et christiani ducebant ante
se signum crucis domini nostri ihesu christi
orantes toto corde vt deus iuuaret eos con
tra inimicos suos et tam grandis erat sonus
lancearum et ictus ensium ac aliorum armo
rum q longissime audiebantur et licet mul
ti christianorum interissent de sarracenis tñ
nõ erat numer⁹ intm̃ vt habeant q enarrant vi
uentes. Et predict⁹ comes vidit q altiores
homines sue aciei erãt mortui et q alij erãt
deordinati et tristes et q cito possent deuicĩ
si non succurreretur. irruit in sarracenos vi
riliter animans suos ad victoriã sz tot fuert
mortui de christianis q non cogitabat iam
amplius redire in castellam. Cum ergo esset
in maxima pressura incepit mẽte orare deum
manibus pugnans et dicens. Domine ex
quo non possum hanc litem radicare nolo
liberare vitam meam licet possim quia intra
bo talem locum prelij vbi occidar qz si eua/
derem mortem postmodum morerer pre do
lore videns castellam sub potestate sarrace/
norum. ¶ Et licet nos sumus magni pecca
tores contra nos nolite irasci ne velitis totã
hanc terram destruere esset etiam magnum
malum si perderetur terra tam honorabilis
et tam bona. O domine ihesu christe et qua
re non implestis que mihi misistis nunciari
q saltem succurreretis in hoc bello et si ego
non defeci vobis quare vos deficitis mihi
et quia sic est q vos non estis contemptus
de me in aliquam culpam ego cecidi. Reci
pite ergo hunc comitatum meum in vestra cu
stodia alias totum destrueretur radicitus.
Cum ergo comes predictus talia inter se et
deum loqueretur querulose licet semper pu/
gnans viriliter audiuit vocem quandam de
celo dicentem sibi fernande scias q crescit ti
bi magnum adiutorium magnus enim suc
cursus accedit ad te. Cũ aũt predict⁹ comes
eleuauit oculos suos in altum et videret q̃s
esset q secum loquebatur Et ecce vidit apo
stolum iacobum stantem super se cum mul/
titudine militum et militaribus splendenti
bus armis crucis signo insignitis secundũ
q sibi videbatur qui omnes ibant poten/
tissime percutere sarracenos aciebus suis or
dinatis Quos cum viderunt sarraceni timo
re magno percussi sunt nescientes quid face
rent mirabantur etiam multum vnde vene/
rant ille gentes armate et insignite omnes

vno signo. Dixitq; almanzor. Quid potuit hoc esse vel vnde potuit euenire tammagna potestas comiti fernando. Et cū christiani qui iam erant quasi victi viderūt apostoluz iacobum iam fortificati sūt et resumptis viribus irruerūt in sarracenos et occiderūt multitudinem magnam eorum Alij vero terga sunt dare coacti fugiētibus ergo sarracenis a campo secut⁹ est eos comes pdictus duobus diebus et duabus noctibus et occidit plures eorum alios autē captiuauit. Quarta autem die reuersus est cum gente sua ad locum pdicti belli de bacinas et quesierunt christianos mortuos inter sarracenos mortuos volebat enim vnusquisq; ducere mortuum suum in locum suum Sed nobilis comes dixit eis. nō habeo pro bono vt ponatis dolorē in locis vestris quia planctibus et lachrymis non poteritis aliquem eorum ad vitam reducere. Recipite ergo consiliuz meum. Ego habeo hic vnum heremitoriuz qui est locus valde honorabilis et haberez ego pro bono q sepelirentur ibi Ego etiaz promisiq; corpus meum ibi sepeliretur cum mortuus fuero et pugnabo vt locum illum diuitijs et honore compleam fecerūtq; oēs iuxta consilium comitis et sepelierunt ibi mortuos suos. Dicitur nunc locus ille sāct⁹ Petrus de arlancha vbi fuerat ille sanctus monachus pelagius et reuersi sunt vnusquisq; i locum suum cum magnis diuitijs et honore.

Vincunt christiani et angelus domini pugnat pro milite missas audiente cum deuotione

SExagesimumquintum. bellum inter sarracenos et christianos accidit circa annum domini noningentesimumoctauum. Tunc mortuo supradicto rege sancio et nobili comite fernando gundisalui et regnāte ramiro tercio filio predicti regis cum comes garsias fernandi filius predicti comitis fernādi gundisalui esset in castro sācti stephani de gormano. quē ipse vi lucratus fuerat a sarracenis ibi existēs habuit multa bella cū sarracenis sed vnum signāter hic ānotabo propter vnū singulare miraculum quod ibi accidit. Dolentes enim sarraceni de perdito castro quadam die venerunt in multitudine magna de gormano ad vadum qui dicitur elcastaial Quod cum predict⁹ comes sciuit exiuit ad eos cum suis audita vna missa et cōmissū est durum bellū inter vtrosq; miles autem quidam predicti comitis qui dicebatur fernandus autobinos remansit armatus genibus flexis in ecclesia predicti castri audiens alias missas que dicebantur a monachis quos ibi deduxerat comes a monasterio sancti petri de arlancha habebat enim miles ille in consuetudine non exire ecclesiā quousq; omnes misse essent finite. Angelus autem domini eius figurā in persona armis et equo assumpta apparuit in bello qui tamfortiter bellauit ibidez q nullus ei similis fuit. Nā iste occidit militē illū sarracenū qui ducebat vexillū sarracenorū propter quod factum eradicati et victi fuerunt. sarraceni. Reuertentibus ergo de bello cum victoria querebat comes pro illo milite fernādo autobinos qui tāviriliter se habuerat et non potens ipsum reperire in campo miratus venit in castrum et inuenit quomodo miles ille erat clausus in ecclesia pre verecūdia non ausus apparere quia non fuerat in bello et sic vocato a se ac cognito miraculo inuenit in lorica eius et armis sui equi omnia signa ictuum que sibi in bello dederant sarraceni sicut ipsi viderant et intellexerunt omnes q propter deuotionem quā ille miles habebat in auditione missaruz deus miserat angelū suū in ei⁹ effigie vt suppleret vicem eius in campo tempore illo et dederunt omnes propter tammanifestum miraculuz gratias deo et virgini gloriose.

Meritis apostoli sancti Jacobi vincunt christiani percussis grauissima infirmitate sarracenis.

SExagesimumsextum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini noningentesimomillesimotercio. Tunc quidam rex sarracenorū cuius nomen alidraxi cū multitudine paganorum intrauit regnum portugalie et peruenit destruēdo quicquid inuenire poterat

vsq ad sanctum iacobum. Sed propter honorem apostoli iacobi cum christiani resistere non possent bellauit deus contra sarracenos percussit enim deus omnes sarracenos quadam infirmitate grauissima sic q omnes perierunt intantum q nō remaneret qui noua aliorum nunciaret in terra sua. Eodem anno infirmatus fuit rex ramirus tercius et mortuus est in ciuitate legionen. regnauit xv. annis et successit ei in regno donus beriundo filius regis sancij cōsobrinus regis predicti ramiri.

Uincunt christiani per regem beriundo et iterum a sarracenis vincuntur eodem bello per almanzor.

Sexagesimumseptimum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini noningentesimotricesimoquinto Tunc almanzor videns discordiam magnam inter christianos congregauit exercitum suum magnum sarracenorum et christianorum qui cum eo se confederauerant et intrauit terram christianorum. Incepitq destruere prouincias legionis et castelle et nauarre. christiani autē erant sic discordes q nullus erat qui alterum vellet adiuuare et intantum processit illa vice q a fluse dorij quod erat tunc signum diuisionis inter sarracenos et christianos peruenit destruendo vsq ad flumen quod dicitur estolam et ibi fixit tentoria sua. Quod cum sciuit rex beriundo exiuit contra eum cū exercitu suo bellauitq cū eo viriliter et mortui sunt plurimi sarraceni. Peruenit rex beriundo bellans et occidens vsq ad tentorium almanzor Quod cum vidit almanzor iratus vehementer proiecit in terram pileum aureum quod ferebat in capite secundum morem sarracenorum in signum corone. Erat enim consuetudinis saracenorum regum mittere in terram predictum pileum in signum magni doloris et ire respectu suorum quia non vincebant inimicos. Quod videntes sarraceni resumptis viribus irruerūt viriliter in christianos in tantum q secuti sunt eos vsq ad portas ciuitatis legionen. et post paucos dies ceperant ciuitatem nisi fuisset multitudo pluuiarum hyemis propter quam necessario habuit recedere almanzor et sic reuersus est in ciuitate corduben. cum diuitijs et honore.

Uincunt sarraceni et capitur ciuitas legionen. per almanzor.

Sexagesimumoctauum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini noningentesimotricesimosexto. Tunc supradictus almanzor venit cum multitudine grani et obsedit predictam ciuitatem legionen. et tanta fuit violēta expugnatio vrbis q confregit murum in duabus partibus scilicet ex parte occidentis et ex parte meridiei Comes autem galecie guilhelmus gundisalui qui ibi venerat ex regis precepto vt defenderet ciuitatem iacebat tunc in lecto multum infirmus et cum sciuit q murus erat ruptus in duplici parte fecit se armari omnibus armis et defenri in lecto ad locum vbi murus erat magis cōfractus quia ibi erat maior pressura et periculosior locus hoc autem ipse faciebat vt ibi occideretur anteq videret confractionem ciuitatis. Ipse ergo iacens in lecto tribus diebus defendit locum illum ruptum et mortui sunt plures ex vtraq parte sed finaliter occasus est ibi et statim capta fuit ciuitas. et precepit almanzor q frangerentur omnes porte ciuitatis et q destruerētur turres que erant ibi ex marmoribus mirabiliter fabricate. Et cum predictus almanzor destructa ciuitate voluit intrare monasterium monachorum sancti claudij extra muros vrgens cum calcaribus equum suum non potuit ipsum mouere ab eodem loco sed equus ibi crepuit medius propter quod predictus almanzor destitit a destructione predicti monasterij et dedit ibi multa donaria secundū q in eodem conuentu presente illustrissimo rege enrico qui nunc regnat a priore eiusdē audiui. Asserebatq se vidisse de donarijs illis que dederat almanzor propter predictum miraculum et reuersus est almāzor corduham cum magnis diuitijs et honore.

Uincunt sarraceni et occiduntur prodito

De septem infantes de lara.

[S]Exagesimumnonum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa predictum tempus. Tunc quidam miles qui dicebatur rodericus belasquas finxit se facere bellum sarracenis velle et occulte tractauit cum almanzor quomodo morti traderet septem fratres qui dicebantur septem infantes de lara cum eorum patre gundisaluo gustios qui erant fortissimi bellatores qui eo tempore reperiri poterant in mundo. Causa autem quare ipsos tradidit morti fuit vindicatio de aliquibus iniurijs quas vxor sua et ipse se reputabant recepisse ab eis. Decepit ergo eos suis verbis blandis proditor iste cum exercitu magno vsque in campum de almenara et premisit illos infantes vt depredarentur campum. Ipsi vero habebant secum ducentos milites suos qui exeuntes subito apparuit multitudo innumerabilis sarracenorum veniens super eos et factum est prelium magnum sic quod interfecerunt multos ex sarracenis. sed de christianis mortui sunt in illo certamine illi ducenti milites sic quod non remanserunt nisi septem infantes predicti. Et cum viderunt quod ibi nihil restabat nisi vincere vel mori commendauerunt se deo et inuocauerunt apostolum Jacobum et irruerunt virili animo in sarracenos interfecerunt plures ex eis sic quod nullus erat qui ante aulsus esset expectare eos. sed tanta erat multitudo sarracenorum quod prae lassitudine retraxerunt ad quendam collem vt abstergerent facies suas a pulueribus. et cum ibi peruenissent inuenerunt quod vnus eorum deficiebat scilicet fernandus gundisalui qui in bello mortuus fuit propter cuius mortem nimium doluerunt. Existentes ergo ibi habuerunt verbum suum cum sarracenis petentes treugas quousque nunciarent predicto roderico belasquas si vellet eos iuuare et concesserunt eis. Miserunt ergo didacum gundisalui ex eis sed nihil potuit obtinere. Reuersus ergo ad fratres suos narrauit eis crudelitatem illius proditoris. et factum est quod mille equites qui erant cum predicto roderico belasquas mouerunt se vt venirent et succurrerent infantibus. Sed cum cognouit proditor ille qui erat eorum capitaneus verbis suis fallacibus impediuit aduentum eorum non tamen sic potuit impedire quin trecenti illorum transirent ad eos animo moriendi vel viuendi cum eis videntes proditionem sui capitanei. Iuncti ergo illis irruerunt secundo in sarracenos et factum est prelium asperrimum tale qualenumquam quis audiuit in temporario numero et tanta fuit cedes sarracenorum quod antequam aliquis eorum occideretur perimerunt vltra duo milia sarracenorum. Sed finaliter bellando intra multitudinem tam graues mortui fuerunt illi trecenti milites et remanserunt soli predicti sex infantes et tam fessi erant quod iam non poterant leuare brachia ensibus suis. Cum autem viderunt eos ita fessos capitanei sarracenorum scilicet viara et galuo propter eorum strenuitates traxerunt eos a pressura belli et duxerunt eos ad tentoria sua et fecerunt quod deponerentur arma eorum dederuntque eis ad comedendum panem et ad bibendum vinum. Sed cum proditor ille rodericus belasquas hoc cognouit misit nuncios suos capitaneis illis dicens quod ipsi malefaciebant concedentes vitam talibus hominibus sicut illis et quod de hoc possetis malum euenire. et quod si sic facerent quod ipse non rediret amplius in castellam. sed iret ad almanzor et faceret quod caperentur ab eo. timentes ergo illi ne aliquid malum eis eueniret ab almanzor excusantes se ab infantibus propter hoc reduxerunt eos cum armis suis. sicut primo erant in campum vbi primo fuerant quos cum viderunt sarraceni pulsatis atamboribus suis irruerunt in eos in tanta multitudine sicut cadit pluuia de celo et factum est prelium crudelius quam prius fuerat sic quod breui tempore occiderunt duo milia et lx. et vltra sarracenos sicut narrat hystoria. Et inter ceteros frater minor qui dicebatur gundisaluus gundisalui terribiliora et mirabiliora super alios faciebat. sed tanta erat multitudo sarracenorum quod non potuerunt eos tollerare. et intantum fessi erant quod nullo modo poterant iam moueri nec equi eorum. Et licet amplius bellare voluissent armis carebant quia iam confracte enses eorum. Cum ergo saraceni viderunt quod non habebant arma occiderunt equos eorum et ceperunt eos et expoliantes eos armis suis decapitauerunt eos vnum post alterum sicut nati fuerant in oculis predicti proditoris roderici belasquas

Et cuꝫ peruenerunt ad gundisaluũ qui erat minor eorum videns omnes fratres suos ante se decapitatos concepto grandi dolore resumpsit vires et quodam pugione quod habuit in manibus irruit in illum qui decapitauerat fratres suos percussitqꝫ ipsum in gutture et mortuus est captusqꝫ subito eius ensem et occidit cum eo vltra .xx. sarracenos vt narrat hystoria. Captus est finaliter et decapitatus est ibi. Ecce quid fecit proditor ille sed postmodum hec proditõ notabiliter fuit vindicata quia quidam filius patris eorum quem habuit in quadam saracena qui dicitur fuit mudarica gundisalui postmodũ occidit illum et .xxx. milites viuos cum eo et vxorem eius ignibus cremauit sicut plenius continetur in generali hystoria hyspanie.

Vincunt saraceni et comburitur ciuitas sancti Jacobi ab almanzor et deducuntur campane ad mesquitam cordubensem pro lampadibus in signum victorie.

SEptuagesimuꝫ bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini nongentesimoquadragesimo quinto. Tunc almansor congregauit exercitum magnum et intrauit prouinciaꝫ que dicitur portugalia destruxitqꝫ villas et castra loca et cum peruenit ad mare perexiuit et destruxit terram galecie et peruenit vsqꝫ ad ciuitatem sancti iacobi quam combussit intrauitqꝫ sine timore vbi iacebat corpus beati iacobi vt confringeret eius monumentũ. Sed factus fuit quidam sonitus terribilis circa eũ quo territus fuit. Veruntamen accepit campanas minores quas secũ deduxit in signũ victorie quas posuit pro lampadibꝰ in mesquita cordubeñ. vbi magno tempore steterunt. Sed ante ꝙ almanzor recederet de terra illa percussꝰ fuit ille cũ exercitu suo a deo propter peccatum presumptõnis et feditatũ quas fecerat in ecclesia sancti Jacobi quadam terribili et fetida infirmitate quam dicunt media dectiarca sic ꝙ q̃si oẽs sui exercitus fuerunt ibi mortui et confusi et qui euaserunt postea mala morte scilicet subitanea finiuerunt. Et cum hoc sciuit rex beriundo misit plures gentes ad montana vbi se deuauerant sarraceni remanentes et omnes ibi occisi sunt sic ꝙ vnus ex eis non remansit et almanzor reuersus fuit in terram suam cum paucis.

Vincunt christiani perempta multitudine sarracenorum per comitem castelle Garsias fernandi.

SEptuagesimumprimum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini nongentesimoquadragesimoseptimo. Tunc quidam sarracenus qui dicebatur abdemeliquofilius almanzor congregauit exercitum suum vt percuteret et destrueret terram christianorum. Qui perueniens vsqꝫ ad ciuitatem legionẽ destruxitqꝫ quecunqꝫ reliquerat almanzor pater eius tam in muris ꝙ in turribus vsqꝫ ad pauimentum vt non possent amplius illud edificare christiani. Sed supradictus comes castelle garsias fernandi venit viriliter contra eum cum multitudine militum et peditum qui fecit predictum sarracenum eici a predicta ciuitate. secutusqꝫ est eum fugientem et interfecit plures sarracenos sic ꝙ ille sarracenus cum magna pena et periculo reuersus est in ciuitateꝫ cordubeñ. nec amplius ausus fuit attemptare percutere terrã christianorum.

Hoc bello vincunt christiani mortuo almanzor ac peremptis innumerabilibus sarracenis per regem beriundo.

SEptuagesimumsecundum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini nongentesimoquadragesimooctauo. Tunc supradictus rex legionis donus beriando videns mala que sarraceni continuo inferebant christianis scripsit regi garsie nauarre et predicto comiti castelle garsie gundisalui. et propter fidei et salutem patrie confederati sunt contra sarracenos et produxit exercitum suum magnum. Rex predictus beriundo et licet infirmus esset fecit se deduci in lecto cui coniunctus est predictus comes cum militia sua. Rex predictus garsias non venit in ꝑsona sed tamen misit exercitum suum. Omnes ergo predicti conuenti sunt in quodaꝫ loco prope seriam qui dicitur arabice canãtaasor quod nostra lingua dicitur arcamboum.

Almanzor etiam de quo supra dictum est ꝓtraxerat exercitum suum magnum et intrãs per castellaʒ destruxit quicquid inuenire poterat. Cum ergo peruenit ad eos habuit cũ illis prelium suum magnum quod durauit per totam vnam diem vsqꝫ ad noctem sic ꝙ vna pars alterã deuincere nõ poterat. mortui tamen sunt ex parte sarracenorum quasi sine numero et dimissum est belluʒ propter noctem superuenientem alias ibi fuisset captus vel mortuus almansor. Cum ergo vidit predictus almanzor destructionem gentis sue non fuit ausus expectare bellum sequentis diei et fugit de nocte. cũqꝫ peruenisset ad locum qui dicitur bolgaccorax pre dolore et tristitia infirmatus est nec vltra ãpli⁹ comedit et bibit et sic mortuus ẽ sepultusqꝫ est in medina celi. Rex autem predictus cuʒ omnibus alijs christianis sequenti die parauerunt acies suas ad bellandum cogitantes sarracenos stare in tentorijs suis et cum hora diei spectarent et nullum sarracenuʒ inuenerunt accesserunt ad eoruʒ tentoria et expoliauerunt campum. Comes vero garcias fernandi secutus est sarracenos qui tot ex eis interfecit ꝙ paucissimi remanserunt viui et reuersus est cuʒ multitudine captiuorum. Sic ergo peruersus ille almanzor qui sepe in bellis cõtra christianos fuerat victoriosus miserabiliter illa die a xp̃ianis fuit victus et mortuus. Illa autem die qua almanzor fuit victus et mortuus fuit visus q̃daʒ homo sub figura pastoris in litore galdaquenir. Clamans ac magnum planctuʒ faciens. Dicebat enĩ primo in arabico et deinde lingua castellana. Incanantarazor ꝑdidit almanzor potestatem et fastum suum ac leticiam. Cordubeñ. autem quando volebant ire ad illum hominem et ab eo querere quis erat et cur plorabat eleuabatur ante oculos eorum et non videbant eum. Iterũ apparuit in alio loco dicens in lingua nr̃a en canantarazor perdio almanzor elãtabor Creditur ꝙ ille dyabolus in figura hominis qui dolebat de destructione sarracenoruʒ ꝓpter mala que inferebãt christianis sub duce pessimo almanzor. Sequenti anno mortuus est feliciter predictus rex beruudo et sepultus est in ciuitate legioneñ. in ecclesia sã cti iohãnis baptiste regnauit. xxvij. annis. Et successit in regno rex alfonsus quintus filius eius et incepit regnare cum esset etatis quinqꝫ annorum.

Hoc bello vincunt sarraceni et capitur ciuitas Abuleñ. moriturqꝫ in carceribus comes Garsias fernandi

Septuagesimũtercũ bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini nongentesimoquinquagesimonono. Et regnante in regno legionis alfõso quinto predicto Tunc propter discordiam magnam inter predictum comitẽ garsiam fernandi et filium eius sancium sarraceni congregauerunt exercitum magnuʒ et venerunt vt percurrerent terram christianorum ceperuntqꝫ abulam que tunc poppulata fuerat. Deinde venerunt horomam et sanctum Stephanum destruxerũt. Destruxeruntqꝫ villam et per totam illam terrã crudeliter occidebant christianos. Cum auteʒ predictus comes sciuit amaram destructionem non potuit sustinere. et licet gentes sue essent diuise inter se et filium eius proposuit mori pro defensione patrie. Venit ergo viriliter contra sarracenos bellauitqꝫ cũ eis animose. sed deo permittẽte victus fuit in bello et captus a sarracenis. sed paucis elapsis diebus mortuus est in carcerib⁹ de vulneribus que receperat in bello et successit in comitatu castelle predictus filius ei⁹ saucius qui postmodum optime defendit terrã suam et lucratus est penãsial et sepulnedam maderuelum montcion et recuperauit gormacium et sanctũ stephanũ et osomaʒ que perdita fuerant cum eius pater esset in carcere Iste fuit primus qui dedit libertatem militibus castellanis ꝙ non contribuerent nec irent in exercitũ nisi dominus daret eis solidum suum quia ante contribuebant et ibant in exercitu sine solidata.

Bello. lxxiiij. vincunt christiani per regeʒ alfonsum quintum et vindicatur mors comitis Garsie fernandi.

Septuagesimũquartũ bellũ inť sarracenos et xp̃ianos accidit ãno dñi

noningentesimo septuagesimo tercio Tunc predictus rex Alfonsus quintus et comes castelle saucius non potentes sufferre iniuriam quam fecerant sarraceni in occasiõe comitis garsie fernandi congregauerunt exercitũ magnum vna cum adiutorio nauarrorum propter fedus quod inierat pater regis alfonsi cum eis et peruenit ad regnum toletũ comburens et destruens quicquid inuenire poterat. Et pertransiens inde peruenit vsque ad ciuitatem cordubeñ. depredãdo et destruẽdo gladio et igne quicquid inuenire poterat. Quod videntes sarraceni vt eos dimitteret in pace dederunt ei magnũ thezaurum et plurima dona. Similiter rex toleti et cordubeñ. et reuersi sunt in terram suam vindicata morte predicti comitis et cũ magnis diuitijs et honore. Predictus rex alfonsus quintus reedificauit muros et turres ciuitatis Legioneñ. que destruxerat almanzor et filii eius. regnauitq̃ .xxvij. ãnis. et mortuus est in portugalia Congregauerat enim exercitum suũ magnum ex desiderio seruiendi christo. et iuerat in predictam terraз vt caperet villam illam que dicitur viseo que tunc erat sarracenorum. et cum die quadam in armis respiceret hincinde murũ vt videret portam debiliorem ad conquirendum percussus fuit sagitta in spatulis et sentiens se vulneratũ ad mortẽ facto testamẽto et perceptis sacramentis feliciter migrauit ad dominuз et sepultus est in ciuitate legioneñ apud patrem suum supradictum. Regnauitq̃ pro eo filius eius donus beriundo tercius.

Uincunt christiani et liberatur Pampilona a manibus sarracenorum

Septuagesimumquintum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa idem tempus Tunc enim tempore yemis venerũt sarraceni in multitudine graui vt caperent et frangerent ciuitatem pampilone. Rex autem saucius nauarre stabat tunc vltra portus qui dicitur deronces valles et cum sciuit doluit vehementer et collecto exercitu suo disposuit se magno periculo propter niues magnas que erant in partibus illis. Et cum vidit q̃ aliter trãsire non poterat fecit abarcas de corijs crudis loco sotularium pro se et pro omni gente sua et sic transiuit portus de nocte sine aliquo damno. licet cum magna pena et propterea dictus fuit postmoduз rex saucius abarca. Cum ergo fuit mane apparuit subito irruens super sarracenos qui obsessam tenebant ciuitatem et tot interfecit ex eis q̃ vix remansit qui posset renunciare in partibus suis que acciderent ibidem. Iste rex ambulans cum suis abarcis fecit multa bella cuз sarracenis et conquisiuit multa loca in celtiberia et in carpentania que vsq̃ in hodiernum diem dicuntur donisaucij abarca. Regnauit .xxv. annis et successit ei in regno nauarre filius eius donus garsias tremerosus sic dictus quia cum ingrediebatur bella tremebat valde in principio licet post ingressũ esset fortissimus miles qui dictus fuit abarca sicut pater. Quo mortuo successit ei in regno filius eius dictus saucius maior. Hic duxit in vxorem dominam eluiram filiam comitis saucij castelle ex qua habuit duos filios quorum vnus fuit dictus donus garsias et alius donus fernandus Quorum pater non remanente prole infantis garsie filij comitis saucij castelle cepit comitatuз castelle ex parte vxoris sue. Et ipo mortuo donus fernandus filius eius qui duxerat in vxorem dominam sauciam sororem regis legionis doni beriundi de quo supra dictũ est de eius consensu in eius nuptijs ductus est rex castelle. Rex autem predictus donus beriundo regnauit in regno legionis decem annis et mortuus est in quodam bello q̃d accidit sibi cum predicto rege fernãdo et fratre eius rege garsia nauarre quod bellũ fuit celebratum prope Cariorem in quodam loco qui dicitur nantada in valle tamaron sicut plenius continetur in generali hystoria hyspanie. et sepultus est in ciuitate legioneñ. cũ vxore sua domina Therasia. Quo mortuo predictus rex fernãdus collecto exercitu suo iuit legionem et obsedit eam et finaliter receptus est in regeз legionis quia ei pertinebat et sic coniuncta sunt ista duo regna et ipse dictus rex castelle et legionis et vocatus fuit rex fernandus magnus.

Uincunt christiani et capiuntur quinq̃ reges sarracenorum per rodericum

Septuagesimumsextum bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini Millesimo. xvii.

Regnante in regno castelle et legiõis supra dicto rege fernando magno. Tunc excitauit deus quendam virum sibi dilectũ et armis strenuum dictum rodericum de viuar. Iste fuit filius cuiusdam nobilis militis qui dicebatur Numus laynes quez genuit ex vxore sua legitima terasia Numens filia comitis Numi aluaros de maya. lz aliqui alias asserant tamen hec est rei ueritas sicut patet in cronica predicti regis fernandi magni. Cũ ergo ingrederentur eo tẽpore quinqz reges sarracenorum vt percurrerent castellam transierunt super ciuitatem burgeñ. ad montes doca et percurrerunt ville foratum et sanctũ dominicum delacalsada et lucronũ et nayaram totamqz illam terrã et extrahebat magnam prisam captiuorum bestiarum gregũ et armentorum. Cum ergo ipsi irent cum tã grandi preda predictus rodericus conuocauit totam illam terram et dedit illis saltum in montibus doca. bellauitqz cum eis et deuicit eos cepitqz predictos quinqz reges viuos et cepit totam predam suam ac cum illis captiuis regibus et cũ tota preda venit ad matrez suã et diuisit spolia nobilibus et omnibus alijs qui fuerunt cum eo in bello et facta est leticia magna ac laudauit deum propter victoriam et mercedem quam sibi fecerat. Dixitqz non habeo pro bono tenere reges captiuos. sed habeo pro bono liberare eos vt vadant libere in terraz suam. Soluit ergo illos quinqz reges sarracenos. et precepit q abirent lz et ipsi regratiati sunt propter tantum beneficium venientesqz in terram suaz benedicebant ei et miserũt ei parias cognoscentes se volũtarie suos esse vasallos. Hic rodericus peregrinans in sanctum iacobum recepit beatum Lazarum sub specie leprosi in societate sua in mẽsa et lecto quem inuenit iacentem in luto in via. horrentibus ergo omnibus qui cum eo erant nocte illa qua secum fuit in lecto cum dormiret rodericus insufflauit ille leprosus flatu magno per spatulas roderici sic q flatus ille peruenit vsqz ad pectus et euigilans non inuenit leprosum illum apud se. nec amplius eum videre potuit. licet a lecto surgeret et eum diligenter quereret. Reuersus ergo ad lectum et luminaribus incensis cum diligenter cogitaret in his que sibi illo leproso acciderant post paululum Ecce apparuit vir quidẽ albis indutus vestibus qui dixit ei. Roderice dormis. Tunc respondit et dixit. nõ dormio. lz qs es tu qui cũ tãta claritate et odore venis. Tunc ille respondit. ego sum sanctus lazarus quem tu recepisti et cui multã bona fecisti sub specie leprosi ex dei amore et propter honorem et bonum quod mihi fecisti concedit tibi deus vnum magnum donum q cum flatus ille quẽ sensisti tibi euenerit. scias pro certo q omnia que incepeperis in bellis vel alias omnia feliciter cõsummabis. Tuus honor crescet de die in diem et erit timor tuus super sarracenos et christianos sed et inimici tui tibi nun q nocere poterunt moriens morte honorabili nuu q eris victus sed semper victor existẽs quia deus concedit tibi suam benedictionem. fac ergo semper bonũ. et sic disparuit. Ille autem surgens a lecto genibus flexis in terra fudit orationem suam ad deũ gratias immensas agens propter tanta beneficia sibi largita. Hic post peregrinationem suam intrauit in campum cũ Martino gundisalui defiait et occidit euz propter q lucratus est ciuitatem calagurritanam pro rege fernando quia erat questio super eadem inter predictum fernãdum regem. et regem ramirum arragonie cuius esset et facta est concordia inter eos q illi duo milites pugnarent et parti victoris ciuitas concederetur

Hoc bello vincunt christiani et occiditur alymaymon rex sarracenorum.

Septuagesimumseptimum belluz inter sarracenos et christianos accidit anno domini millesimodecimonono. Tunc rex garsias nauarre et rex sarracenorũ Alymaymon congregauerunt exercit9 magnos et in loco qui dicitur recumasceta factũ est prelium magnum et mortuis plurimis sarracenis victus est rex alymaymõ et mortuus in bello a predicto rege garsia.

Christiani vincunt per rodericum de viuar peremptis plurimis sarracenis.

S Eptuagesimumoctauũ bellum inter sarracenos et xpianos accidit anno domini Millesimo.xxvij. Tunc cum supradictus rex fernãdus magnus esset in galecbia venerunt sarraceni cum exercitu magnio vt conquererent extrematuram. gentes vero illius terre miserunt veloces nuncios predicto roderico viuar vt eis succurreret. qđ cum audiuit non detinuit se sed misiũ statim pro parentibus et amicis suis et venit cõtra predictos sarracenos qui deducebãt predã magnam captiuorum greguz et armentoꝝ et inuenit eos inter adbensiam et sanctuz stephanum de gormatio Jruit ergo in eos virili animo et commissum est bellum campale asperrimũ vbi plurimi ceciderunt sarraceni. Deuiciꝗ sarracenos et secutus est fugiẽtes per septem leucas occidẽdo et vulnerando eos et reuersus est honorifice cum tota pda quam ducebant sarraceni et tot fuerunt spolia cãpi in eo ꝙ valuit: quita pars fuit ducentoꝝ equorum. et valor centum miliũ marcarũ argentei que omnia diuisit sine cupiditate bellatoribus suis et reuersus est in terram suam cum diuitijs et honoribus.

Hoc bello vincunt christiani per regẽ fernandũ magnũ et capitur viseũ

Sexta consideratio est de bello demonum postquam ceciderunt de celo vsque ad aduentum christi. Uidens enim dyabolus se expulsum a celo in magna tamen potestate relictum cogitauit quomodo possit displicere deo et in omnibus sibi contrariari. et quia vidit primum hominem in terrestri paradiso collocatum innocentia decoratum ac omnium bestiarum piscium et volatilium dominum necnon possessurum in celo sedes quas ipse cum sibi adherentibus per superbiam amiserat. doluit vehementer et inuidens eius felicitati proposuit ipsum debellare et totaliter inficere cognoscens quod ex putrida radice non possunt nisi poma vermiculosa generari Bellauit ergo cum homine primo per medium mulieris et miser homo licet esset fortior demone per innocentiam proiectis tamen armis innocentie sue vt mulieri complaceret relicto deo et tradita paradisi castro sibi commisso inimico dei scilicet dyabolo negata obedientia regi supremo scz deo libere se tradidit proditor factus in manibus diaboli. et sic habita victoria de homine primo indignatus deus propter proditionem et quia sic armis innocentie proiectis captiuum dyaboli se fecerat cum posteritate sua eiecit ipsum de terrestri paradiso gen. iij. et misit ipsum in exilium locum bestiarum et lachrymarum vallem. Expulso ergo homine primo de paradiso gaudens non modicum dyabolus cogitauit quomodo amplius possit displicere deo et videns duos filios adam scz abel et cayn quorum primus erat a deo dilectus. bellauit contra eos per artem diuisionis et inuidie. et deuicit Cayn qui fratrem suum abel occidit gen. iiij. Bellauit etiam contra filios. Sed per carnis concupiscentiam et deuicit eos cum scz acceperunt filios hominum scz descendentium de cayn ex quibus procreati sunt gigantes a seculo viri famosi gen. vi. et cum viderat multiplicatum genus humanum Bellauit contra cum per luxuriam et tam viriliter pugnauit quod deuicit cum sic quod in toto genere humano solum octo persone mundi ab illo vicio reperte sunt immunes De alijs autem scriptum est quod omnis quippe caro corrupat viam suam. propter quod indignatus est deus mundum castigauit diluuio generali intantum quod solum dicte octo persone in archa noe liberate sunt vt patet gen. vij. et. viij. Per quas iterum propagatum est genus humanum Bellauit contra filios noe et deuicit cham cum contra paternum honorem verenda patris discooperuit gen. ix propter quod meruit maledictionem. Bellauit contra caldeos per ydolatriam et deuicit eos cum ignem adorauerunt gen. xi. Bellauit contra genus filiorum noe et deuicit eos per superbiam volentes turrim edificare que vsque ad celum pertingeret propter quod indignatus deus vnum labium quod ante erat diuisit et confudit vt patet gen. xi. Bellauit contra sodomas et gomorreanos et deuicit eos per peccatum contra naturam propter quod

indignat⁹ de⁹ igne celesti destruxit illas qui
q3 ciuitates cū habitatorib⁹ eorū et cūcta ter
re virētia exceptis solū loth vxore et filiab⁹
suis vt p3 gen̄. xx. Bellauit ɔtra filios abra
he sc3 ysaac et ysmael. et deuicit ysmael cum
fuerit vir superbus onager palustus sagitta
rius et ydolatra pessim⁹ vt patet gen̄: xxij:
Bellauit cōtra filios ysaac sc3 iacob et esau
et deuicit esau per gulam vēdidit eni primo
genita propter lēticulā gen̄. xxvi. De his in
psona dei dicit pphēta. Jacob dilexi: Esau
aūt odio habui. Bellauit etiam ɔtra filios
iacob. qui cum essent duodecim deuicit. xi.
eorum per crimen pessimū et inuidiam et fa
cti sunt venditores fratris sui innocētis Jo
seph gen̄. xxvij. propter quod indignatus ē
deus tradidit eos in captiuitatem quadrin
gentis annis et vltra in egyptum. Bellauit
etiam contra egyptios per crudelitatem intā
tum vt affligerent filios ysrael in luto et late
re propter quod pmisit de⁹ indurari cor pha
raonis vt ad nihil pietatis moueretur. et in
dignatus deus contra egyptios occidit pri
mogenita eorū et submersit eos in mari ru
bro filijs israel liberatis exodi. xiiij. Bella
uit iterum contra filios israel per ydolatriā
et deuicit eos cum sc3 fecerunt vitulū et ado
rauerunt propter quod et alia crimina qui-
bus vulnerauit eos indignat⁹ deus pemit
eos in deserto gen̄. xxxij. Sic q̄ de sex centū
milibus qui exierunt de egypto solum duo
sc3 caleph et iosue intrauerunt terrā promis-
sionis. Bellauit etia3 contra filios israel in
deserto et deuicit aliquos eorum per mur-
murationem sc3 dathan et abirō et chore p-
pter quod indignatus deus aperuit terram
et descenderunt viuentes in infernū sicut p3
numeri. xvi. Bellauit iterum contra filios is
rael per homicidiu3 et deuicit eos cum sal3
occiderunt pphetas amicos dei et impleue
runt iherusalem sanguine eorū vsq3 ad eos
propter quod et indignatus deus tradidit
eos in captiuitatem babylonie. lxx. annis:
Bellauit contra saul primum regem israhel
et deuicit eum per inobedientiam pp̄ter qđ
indignatus deus tradidit eos in captiuita-
tem et scidit regnum israel ab eo. primi Re-
gum. xv. et ipse seipsum crudeliter necauit.
primi Regu3 vltimo. Bellauit contra regē
dauid per superbiam luxuriā et homicidiū
et deuicit eum cum scilicet numerauit popu
lum secundi regū vltimo. Accepit bersabee
vxorem vrie et interfecit vriam secundi regū
ix. propter quod indignatus deus licet pe-
nituerit percusso populo non edificauit sibi
templum siue domum quam cogitauerat.
Bellauit contra salomonem per luxuriam
et ydolatriam et deuicit eu3 quia adamauit
mulieres alienigenas et fecit multa templa
ydolorum vt patet tercij regu3. xi. Bellauit
contra roboam per superbiam et deuicit cū
pp̄ter quod indignatus dominus recessit is
rael a domo eius vsq3 in presente3 diem vt
patet tercij regum. xij. Bellauit contra gero
boam per ydolatriam et deuicit eum quia
peccare fecit israhel vitulos aureos adoran
do vide tercij Regum. xij. Bellauit contra
sennacherib p superbiam et deuicit eum cu3
blasphemauit contra deum israhel. propter
quod indignatus deus percussit per ange-
lum suum in castris assiriorum centu3 et oc-
tuaginta quinq3 milia et ipsum occiderūt. p
pri3 cū ydola in tēplo suo adoraret p3 ysaie
xxxvij. Bellauit cōtra nabuchodonosor p
superbiam et deuicit eum cum fuit glorifica
tus in edificio babylonis. pp̄ter quod indi
gnatus est deus et piecit eū a regno et septē
annis cum feris habitabat sicut bestia da-
nielis. iiij. Bellauit contra olofernem prin-
cipem milicie nabuchodonosor per supbiā
gulam et luxuriam: et deuicit eum pp̄ter qđ
indignatus est deus tradidit eum in manus
sancte mulieris Judith que precidit caput
eius Judith. vi. Bellauit cōtra Amon per
superbiam et deuicit eum cum presumsit pi
mere israel propter quod indignatus ē de⁹
permisit quod suspenderetur patibulo et q̄
deleretur genus eius hester. v. Bellauit cō
tra regem antiochum per superbiam et de
uicit eum cum dixit sic facturum iherusale3
congeriem sepulchri iudeorum propter qđ
indignatus est deus percussit eum plaga in
sanabili viscerum suorum primi machabe-
orum. ix. Bellauit contra vniuersum po
pulum gentilium per ydolatriam et deuicit
eum sicut patet sapiencie. xiiij. cum per vni
uersum orbem romani imperantes ydola
adorarent. Unde et tunc rome templum
pantheon erat constructum sic dictum. quia
simulachrū erat omniū deoȝ. Cōtra alios
innumerabiles bellauit et varijs vulnerib⁹
peccatoȝ infixis de eis viriliter triūphauit

et eorum animas captiuas post hanc vitaꝫ ad inferos deducebat quam captiuitatē et miseriā deplorātes patres antiqui gemitib⁹ inenarrabilib⁹ clamauerunt ad deū vt mitteret liberatorem. dicentes veni ad liberandū nos dñe deus virtutū. et ps. lxxix. ostēde faciem tuā idest filiū tuum humanatū et salui erimus. et iterū ysaie. lxiiij. vtinā disrumperes celos et descenderes a facie tua montes defluerent et cum gemitus humani generis audiret altissimus misertus est super eum et misit in tempore plenitudinis filiū suū redemptorem et liberatoreꝫ et tunc dyabolus finaliter bellauit cōtra filios israel per maliciam et inuidiā et deuicit eos cum scꝫ ocaderūt redemptorē messiā suū propter qđ indignat⁹ de⁹ tradidit eos in ꝑpetuā captiuitatē sicut sup declaratū fuit libro primo et tercio

De ꝑditiōe dñij demonū in aduētu xpi.

[S]Eprima cōsideratio est ꝙ demones in aduentu xpi per iusticiam perdiderunt dominiū suum quod sup genus humanū habebant fecerat enim grādē offensaꝫ dyabolus deo tā deceptorie et fraudulenter cōtra dei voluntatem eius seruum tulit et fecit seruū suum. quo non obstante si voluisset reconciliari deo pro eo sicut pro homine satisfecisset noluit tamen. immo ei placuit semper ꝑmanere inimicus dei peccatuꝫ suum nō recognoscens ꝙ non erat in hoīe; immo dolebat de peccato vt deo reconciliaretur. Et ideo ne dyabolus posset ꝯqueri de iniusticia si forte de⁹ de sua potestate absoluta et violenter sine aliqua satisfacione liberasset hominē per iusticiam. Debuit perdere dominiū quod supra hominēꝫ tenebat qui homo ex eo ꝙ ab eo victus in paradiso terrestri fuerat iuste seruus suus erat. ꝙ autem deus in tali hominis liberatione debuit vti iusticia et non absoluta potentia patet ꝓ ꝑto qꝛ deus est necessario iust⁹ et taliter iust⁹ ꝙ nō potest dici de⁹ si nō intelligatur iustus. Et iterū quia laudabilior est princeps q̄ vtitur iusticia ꝙ potentia solum. Quomō autē primus homo nec oēs homines nec omēs āgeli boni nec etiā oēs demones simul nō potuerūt satisfacere ꝓ hoīe sed solū deus et homo. vt declaratū est sup libro. iiij. cōsideratiōe. v. in tercio articulo fidei nō cū totus mūdus soluere valebat debitū primi hoīs vt apo. v. Nemo poterat in celo nec in terra neqꝫ subtus terram aperire librum neqꝫ videre illum idest implere redemptionem humani generis que ab eterno scripta fuit in libro diuine dispositionis vt per xpm solū impleretur libruꝫ ergo ipse solus aperuit quia solus penam crucis nobis mortis debitoribus tulit. Vñ dicit ps. lxviij. q̄ nō rapuit scꝫ xps tunc exsoluebat. Mirabantur autē hoīes potestatē magnaꝫ diaboli et eius dominiū super homines et dicebant illud ysaie. xlix. nunquid tolletur a forti preda idest hūanuꝫ genus a dyaboli potestate aut ꝙ captū fuerit a robusto saluum esse poterit. Et Respōdet deus ibidem hec dicit dominus equidē et captiuitas a forti tolletur et quod ablatū fuerit a robusto saluabitur scꝫ per xpm. Vñ sequitur ibidem quasi musto sanguine suo inebriabuntur et sciet omnis caro quia ego dominus saluās te redemptor tuus fortis Jacob. Et confirmatur per dictum saluatoris Johannis. xij. Nūc iudiciū scilicet discretionis est mundi nunc princeps huius mūdi eijcietur foras scꝫ a dominio et potestate tyrannica super homines. Unde ipse diabolus dicebatur princeps mundi quia dñātur in hominibus mūdo deditis. et sicut dicit paulus ad colosē. scdo expolians scilicet xps principatus et potestates traduxit confidenter idest dyabolum exterminauit longe a potestate quam habebat. Et si queras de mō quem xps tenuit vt vinceret dyabolum et eius dominium auferret. Respōdetur ꝙ fuit mod⁹ quo piscis capitur hamo sub esca abscondito quia volens capere escam non videns hamū capitur ab hamo. sic christ⁹ volens preliari cū dyabolo in sua passione abscondit suam fortitudinem suam pulchritudinem suam sanitatem suam dignitateꝫ in cruce. Cum enim per virtutem fortitudinis deberet cum dyabolo preliari totam eaꝫ abscondit tenendo manus fixas et clauatas in cornibus crucis. Unde abacuc in tercio capitulo loquens de cruce christi dixit cornua scilicet crucis in manibus ei⁹ ibi abscōdita ē fortitudo eius. et patet fortitudo sua ibi in abscondita: quia per eam vicit fortissimam mortem et fortissimū dyabolū Nā sequitur in illo eodem ante faciē ei⁹ ibit mors egredietur dyabolus ante pedes eius scilicꝫ

victus et nudus a suo dominio et potentia quam primo tenebat. Absconderat enim demones laqueos mortis pedibus nostris in ligno scientie boni et mali. Et ideo xps abscondit eis laqueum Unde capti sunt in ligno crucis Et ideo dixit psalmista veniat illi scz dyabolo laqueus quem ignorat et etc. Abscondit etiam in cruce suam pulchritudinem in turpitudinem cum esset speciosus forma pre filijs hominum ps. xliiij. ibi non erat ei species nec decor absconditus vultus eius et despectus. Unde nec reputauimus eum ysaie. liij. Abscondit tercio suam sanitatem in infirmitate quia vt dicitur ysaie capitulo eodem nos reputauimus eum quasi leprosum percussum a deo et humiliatum virum dolorum et scientem infirmitatem Abscondit. iiij. suam dignitatem in contemptum et vilitatem quia cum latronibus et homicidis cum iniquis et sceleratis deputatus est: ysa. capitulo eodem cum tamen esset summe dignitatis et excellentie quia verus deus et verus homo sicut fuit declaratum supra .i. libro Sic ergo in xpi passione egressus est dyabolus victus ante pedes eius perdita potestate et dominio liberato homine ab eius captiuitate. Et ideo in figura huius legitur .i. Regum. xvij. quod dauid occidit leonem et predam eius tulit ab ore huius leonis. Petebat propheta liberari dicens salua me ex ore leonis ps. xxi. Et in signum victorie habite legauit xps humani generis inimicum scz dyabolum et sic ante faciem iuit mors. i. dyabolus victus et ligatus sicut in triumphis victi solent ire ante victorem ligati. Unde apo. xx. Apprehendit draconem serpentem antiquum qui est dyabolus et sathanas et ligauit eum per annos mille. i. vsque ad tempus antichristi et ponitur ibi tempus determinatum pro indeterminato. Et quia tunc resumet violentiam potestatem et exiet per affluentem malignitatem vt mittat populos in errorem. Ideo tunc dicitur solui Signum autem manifestum perditionis dominij demonum fuit cessatio ydolatrie in vniuerso mundo ad predicationem xpi et apostolorum per quam ydolatriam fere vniuersum orbem captiuum tenebat cum ydolis vt deus coleretur.

De proprietatibus et malicia demonum

Tercia consideratio est de proprietatibus et malicia demonum Circa primum vt notatur Job. iiij. Christus assignauit tres proprietates principuas dyaboli. Prima quod est homicida ab initio. quia homo in specie humana ponitur per animam Ideo ille magis proprie est homicida qui animam interficit per peccatum mortale quam iste qui interficit corpus per quod homo conuenit cum brutis hoc autem fecit dyabolus a principio mundi quia per suggestionem eius primum peccatum homini contigit et in hoc officio continue perseuerauit. Secunda proprietas dyaboli ibidem est quod in veritate non stetit. i. in debita obedientia ad deum. res enim dicuntur vere in quantum conformantur veritati prime a qua veritate deuiauit dyabolus per peccatum superbie. Tercia est quod mendacium ex proprijs loquitur. i. ex habitu malo in quo est obstinatus idest subditur causa quia mendax est et pater eius. i. ipsius mendacij qui enim mendacia ab alijs inuenta solum refert mendacia dicit sed qui ea facit mendax dicitur et propter hoc dyabolus dicitur pater mendacij quia primum mendacium adinuenit dicens mulieri Gen. iij. nequaquam moriemini. Sed est difficultas cum sint mendaces si possunt demones compelli ad dicendum veritatem. Dicitur quod sic. Compelluntur enim fallaces spiritus ad dicendum veritatem et salubria nobis sicut exemplificat beatus augustinus. viij. de ciu. dei ca. xxvi. de dolore demonum qui loquebantur per hermem ante xpi aduentum de suis futuris penis apud memorias sanctorum martyrum quas immminere cernebant. In multis enim ait augu. talibus locis torquentur et confitentur et de possessis hominum corporibus eijciuntur. Sunt et alie viginti due demonum proprietates quarum viginti numerantur in secundo libro. summe veritatis theologice scilicet quod sunt spiritus impuri humani generis inimici mente rationales nequicia subtiles nocendi cupidi per superbiam tumidi semper in fraude noui immutant sensus inquinant effectus vigilantes turbant dormientes per somnia inquietant morbos inferunt tempestates concitant in angelos lucis se transformant semper infernum suum secum portant. In ydolis diuinum cultum sibi vsurpant semper bonis dominari appetunt magice artes per eos fiunt bonis ad exercitium dantur semper fini hominis insidiantur. hec ibi. Vicesimaprima demonum proprietas est quod semper ambulant in circulo.

Unde ps. de demonib' ait. In circuitu im/
pij ambulant. Item cum dominus quereret
a sathan Job. i. Unde venis. Respōdit cir
cuiui terram et perambulaui eam quod quadru
pliciter intelligi potest primo sic. Circuiui
terram. i. data est mihi vniuersalis temptā/
di diligentia quia pauca sunt in quibus nō
habeant locum vestigia mea. Secūdo sic ex
poneret dyabolus si posset inclinari ad suum
peccatum cognoscendum. Circuiui terram
idest in hoc me ostendo remotum a virtute
et obstinatum in malo quia semper sum in
circumferentia et nunquam possum venire in li/
neam per quam veniam ad medium quod
est virtus. Tercio sic circuiui terram propter
anxietatem laborum. Unde glo. sathan la/
borans terrā circuit quia quietus in dei cul
mine stare cōtempsit. Quarto sic circuiui ter
ram propter hoc quod dyabolus serpens ē tor
tuosus. Unde ysa. xxvij. Uisitabit dñs sup
leuiathan serpentem tortuosum et sicut mo/
tus circularis quantum est de se nunquam cessat sic
et dyabolus nunquam quiescit et quia semp in
circulo est ideo nunquam rectus sed magis tor
tuosus est. Recte ergo dicitur de demonib'
recte in circuitu impij ambulant. Et si qras
qualiter circuit dyabolus. Respondit glo.
super illo verbo. i. Petri. v. Circuit querens
quem deuoret dicens. Circuit tanquam hostis
obsiens muros clausos explorat an sit pars
aliqua murorū minus stabilis cui' aditu
ad interiora penetret. Offert oculis formas
illicitas et faciles volūtates et visu destruat
castitatem. aures per canora temptat et mo/
leat xpianū iniurijs lacescentibus ad cedem
istigat. honores terrenos pmittit vt adimat
celestes et cū latenter nō potest fallere apertos
addit terrores. in pace subdol' in psecutiōe
violent'. cōtra quem tm anim' dz esse paratus
ad resistendū quantū ille paratus est ad repu
gnandū. hec ibi. Uicesima scda demonum
pprietas est quod sunt crudeles immo seuissi/
mi et ē crudelitas demonis in trib' Primo
in psidēdo vn ysa. xix. Tradā egyptū in ma
nu demonior crudeliū Scdo demō est cru/
delis in puniēdo. puerbior. xvij. Semp iur
gia qrit mal' angel' aūt crudelis mittet cō
tra eū Tercio ē crudelis in nō miserēdo. hie
remie. vi. Crudelis ē et nō miserebit. et. i. pe
tri. v. Aduersari' vester tanquam leo rugiēs cir
cuit qrēs quē deuorat Est em figuraliter be
stia illa de qua dicitur genesis. xxxvij. Fera
pessima deuorauit filiū meum ioseph. mul
te alie sunt pprietates demonū quas non
sufficere calamo explicare ideo hec sufficiāt
p pñti. Uidendū est ergo de scdo scz de ma
licia demonū que qdrupliciter explicari pōt
Primo demones aliquo mō suadēt bonū
sed nō ppter bonū sz ppter malū finē vt cū
instabilib' hoībus in bonū suadēt ingressū
religiōis scientes quod nō pmanebunt sz apo/
statabūt. Non aūt talia suadēt stabilib' ho
minibus in bonū. Scdo demonum malicia
ostenditur cum decipiūt hominē suadendo
malū sub spē boni vt piurare et iuramentū
falsum facere pro rebus alterius cōseruandis
Tercio demonum malicia ondit cum decipi
unt hominē dissuadendo bonū tanquam noa/
uū vt cū dissuadet pbo et stabili viro ingres
sum religiōis ne de hoc peniteat et egrediēs
confundatur In cuius psona bernardus sic
loquens ait Noli inquit precipitanter agere
diu cōsidera diligenter intuere magnum est
quod pponis et opus egens magna deli/
beratione. expire quod possis amicos ɔsule ne
post facta penitere contingat. Contra cuius
cōsilium bernardus subiungit hec est sapiē/
tia mūdi animalis et dyabolica inimica sa/
lutis suffocatrix vite mater tepiditatis cuius/
quod solet deo vomitum parare Cum em ver/
bum dei esse nō dubites quid opus est deli
beratione vocat te magni consilij angelus
quid ergo adhuc cōsiliū pstolaris. quis em
sapientior et fidelior illo ab ore. putei gehē/
ne expior et cōsiliū petā amicos ɔsulat qui
nō legit inimici hoīes domestici ei' michee
vij. Supradicto mō dyabol' malicia sua a/
liqñ dissuadat aliquib' orōes vel elemosy/
nā ne per hoc incurrant vanā gloriā Quar/
to demonū malicia ostēdit cū decipiūt ho/
minē dissuadēdo malū vt ducāt ad penas
aliqñ in tēperātiā in victu et in sōno vt idu
cāt idiscretā abstinētiā quod ē peius: et sic ei' ma
licia mille nocēdi modos hz. xvi. q. ij. ca. vi
sis sep. Rugit aduers' hoīes q quidē rugi
tus nihil aliud ē quam ei' volūtas et ardētissima
cupiditas nocēdi. Uñ glo. sup h verbo tanquam
leo rugiēs dicit. Sicut rugit' leōis impedit
aures ne aliū sonū recipiāt. sic dyabol' fide
liū mentes terrendo vel illicita in gerendo a
via veritatis ne vocem xpi audiant auertit.
Et si qras nūqd sēp crescat malicia diaboli

Ad quod respondit doctor seraphic' bonauentura in .ij. sentenciar̃ q in dyabolo crescat malicia voluntatis q̃tum ad vim administratiuam qua conuertit ad hominẽ s3 nō q̃tum ad contemptiua3 qua est simplex et auersus a deo quia q̃tum ad hanc nō est in statu demerendi. Sed nunquid malicia demonũ aliqua via impediri pōt dicit q sic. Quadrupliciter em̃ impediri pōt. Primo p terminũ peccati positũ a deo. Scdo per resistentia3 bonor̃ spirituũ h3 em̃ angelos vnũ bonum ad custodiã et vnum malum ad exercitiũ. Tercio per liberũ arbitriũ hominis nō cōsentientis quia dyabolus neminẽ vincit nisi volente3 ab eo vinci. Unde ambrosius de vita beata et ponit .xvi. q. i. ca. non est. voluntarium militẽ elegit sibi xp̃s voluntariũ sibi seruũ dyabolus acquirit. neminẽ iugo seruitutis astrictum possidet nisi se ei prius peccator̃ ere vendiderit. Quarto ꝓpter peccati abbominationem q2 demones nobilioris nature detestant pcc̃a vilia. Hec sufficiant p presenti de ꝓprietatib' et malicia demonũ.

¶ De bello demonũ post aduentũ xp̃i vsq3 ad diem iudicij.

Dona cōsideratio est de bello demonum post xp̃i aduentu3 vsq3 ad diẽ iudicij. Unō l3 demones pdiderãt potestatem quã primo sup humanũ genus habebant et eor̃ princeps victus et ligatus vsq3 ad pfinitũ tempus sit in inferno vt supra declaratum est cōsideratione .iiij. pmittitur tñ demones habere cōsilia sua cũ suo principe lucifero et temptare hoies pro eor̃ exercitio et vt istud bellum possimus intelligere imaginemur ecclesiã fideliu3 tm̃ vnam ciuitatem dei que dicit fidei fortaliciũ vel ciuitas iustificationis siue bone cōscientie q̃ duodecim pfectionib' decorat. Primo ẽ in situ cōgruenti quia in medio vbi virtus habitat longe ab extremis sc3 vicijs et peccatis. Secundo est pulchra et excellens q2 maior pulchritudo hoĩs est in bona consciencia. Tertio est in securitate quia nō timet aduersa. Quarto est sana q2 in bona cōscientia nō potest habitare infirmitas peccati. Quinto est situata in loco delectabili quia nunq3 est vera delectatio vbi non est quies consciẽtie Sexto est in bona dispositione quoniam in circulo edificata est per operum perfectiones Septimo habet concordiam ciuiu3 quia se per homo in statu iustificationis diligit proximum suum sicut seipsum. Octauo habẽt priuilegium habundãtiam quia non ẽ sub lege peccati. Nono quia habent victualium habundantia3 quia nihil ibi deficit vbi gratia habundat. Decimo habet bonum regimen cum voluntas rationis sibi subijcitur Undecimo ẽ libera a captiuitate per christũ et etiam quia bona consciencia non est sub seruitute dyaboli. Duodecimo habet amorem et charitatem quod pulchrificat tota3 ciuitatem. Ista est illa ciuitas iherusalẽ descẽdens de celo ornata a christo sicut spōsa pulchra et excellens vbi ipse habitat per gratiã de qua apocali. xxi. Huic ciuitati pulcherrime vt fortissima esset christus posuit murum antemurale et fossatum. murus est charitas que omnia sustinet hunc custodire debent prelati ecclesie episcopi et clerici qui stare debent ad portam ciuitatis vt si venerit aliquis de pugna dyaboli vulneratus p peccatum dent sibi medicinam penitentie et si venirent pauperes indigentes tribuant eis de bonis ecclesie quia bona clericor̃u3 pauperu3 sunt. Secundo posuit antemurale q est iusticia et equitas que sunt in defensionem muri et hoc antemurale defendere et custodire debent principes christiani qui positi sunt pro iusticia ministranda in mũdo. Unde sapientie .i. dicitur diligite iusticiam qui iudicatis terram. Hi etia3 debent ad portas antemurale vt si forte inimici venerint et voluerint impugnare murũ cũ fuerint inter murũ et antemurale eos capiẽt et faciãt iusticiã expedientem. Tertio posuit christus pdicte ciuitati fossatum ꝓfundũ quod est humilitas Istud custodire debent religiosi qui debẽt esse fundati in vera humilitate et eam omnibus venientibus predicare. Quid dicam de hac ciuitate si tales sunt custodes vere ipa ẽ gloriosa et habitãs in cōfidentia: sophonie Scdo gloriosa q̃tũ ad pulchritudinẽ et habitãs in cōfidentia q̃tũ ad sua magna fortalicia merito ergo gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. ps̃. teste. Talis fuit hec ciuitas in primitiua ecclesia quando ipsis fidelibus erat cor vnum et anima vna vt legitur in actibus: ¶ Uidens ergo dyabolus felicitatem et gloriam predicte ciuitatis doluit

vehementer cognosces q in ea multe anime liberate a manibus ei⁹ ad sedes celestes vn ipse ceciderat angelorum manibus cu gaudio ferebantur non curans debellare iudeos saracenos nec hereticos et alios obstinatos iuxta dictum gregorij quia illos temtare negligit quos quieto iure se possidere sentit. Cogitauit q predictam ciuitatem debellare posset et primo inter cetera excitauit contra eam psecutionem gentiliu que durauit toto tempore apostolorum et ducentis annis vltra In qua psecutione et bello vltra ducenta milia hominum vtriusq sexus pro veritate fidei et zelo ciuitatis iustificationis siue bone consciencie martirio coronati sunt sicut libro .i. psideratoe. iij. articulo. i. i examine. iij. latissime declaratu fuit. In quo bello nihil lucratus est dyabolus sed potius miserabiliter victus ab illo bello cessauit cum per talem psecutionem plus multiplicarentur fideles et fortior efficiebatur ciuitas iustificationis vere fidei et bone consciencie. Suscitauit etiam bella hereticorum quorum hereses per diuersa concilia examinate damnate sunt et plurimi eorum igne cremati sic q eorum in publico no est vox neq sonus licet in occulto nimiu seuiat ista pestis sicut supra libro. ij. declaratu est. quare cum sit maliciosissimus vt in precedenti consideratione dictum fuit non valens desistere. Cogitauit cotra predicta ciuitate aliam edificare que dicetur ciuitas babylonie. i. confusionis et dyabolica cuius fundamentum posuit contemptu dei super quod edificauit: xij. abusiones que sunt princeps iniust⁹ carnalis adulator miles sine fide psiliari⁹ sine veritate. comissarius sine pietate plat⁹ sine charitate. aduocatus de rapacitate. clericus ignorans. religiosus supbus. mercator fals⁹ Iuuenis sine verecundia. popul⁹ sine amicitia. murus pdicte ciuitatis dyabolice dicitur animositas et diuisio. Antemurale dicitur iniusticia et oppssio. fossatu vero dicitur superbia et ambitio. et sic in omnibus ista ciuitas contrariatur prime ciuitati. De his duabus ciuitatibus dicit aug⁹. de ciui. dei. duo amores fecerunt sibi duas ciuitates quia vna incipit a contemptu sui vsq ad amorem dei. et hec e ciuitas iustificationis. Alia vero incipit a contemptu dei vsq ad amore sui. et hec e ciuitas dyaboli et destructionis Cu ergo ex diuina pmissione vidit dyabol⁹ se potente ad expugnandu magna pte pdicta ciuitate ordinauit exercitu suu in triplici acie In prima posuit capitaneu sathan. In secundo beelzebub. In tercio vero mamonam. Prim⁹ capitaneus bellauit et continuo bellat contra religiosos q custodiunt fossatu. et pdictus dyabol⁹ portat pro armis suis superbiam sillatione et ambitionem comittit ergo inter vtrosq durum bellum et vulnerati sunt ac trucidati specialiter plurimi religiosi si qui fecerunt habitu humilitatis in corpore et leonem superbie in corde. exterius apparent hominibus humiles capite in terram inclinato sed corde sunt altiores celo. Unde vidi temporib⁹ meis duos religiosos duorum ordinum informatorum qui a mundo segregati sancti vin mudu contemnentes exterius videbantur sic victos a demone q sua claustra relinquentes mundanis fauoribus adherentes epi facti sunt non vocati sed vt erumnas fugerent ordinu suorum q fuit in magna confusionem predicatorum religionu et causa multaru murmurationu. Ipsi vero facti inuerecudi ac si nihil eorum statui indecens fecissent vt surdi in omnibus ptransibant. Bellat etiam dyabl⁹ cum alijs religiosis per ambitionem et intm vulnerat eos ambitioe miserabili q cu no efficiuntur plati in ordine inter dei seruos viuere no pnt immo exeutes ad alios se trasferut vbi possunt suas ambitioes implere no attendetes q cu ppli xpm voluerut facere rege fugit in monte. iohanis. vi. Charitas etiam non est ambitiosa. i. Cor. xiij. sup qd dicit aug⁹. Ocium sanctu querit charitas veritatis negociu suu suscepit. necessitas charitatis quam sarcina si nullus imponit vacandum est veritati. si aut imponitur suscipienda e ppter charitatis necessitate. Alios aut religiosos inuenit dyabolus desiderantes visiones et reuelatones et quia raro tale desiderium absq radice supbie et psumptois seu vane curiositatis inuenitur iustitia dei pmittente veniut in illusiones et deceptoes dyaboli per que modu seminat dyabolus in maiori parte temptationes spirituales huius temporis et inducat in corde illorum qui sunt ministri antichristi et sic cadunt plurimi religiosi vulnerati superbia a demonibus. Ex propter fugiendum est tale desiderium sicut venenu cu no cocedatur visiones et reuelatoes vere ppr tale desideriu sz solu pcedut ex pu

ra bonitate dei et in aia existente in magna humilitate timore et reuerentia et feruenti amore dei. Alios aut religiosos vulnerat et precipitat dyabolus cum in orationibus quas faciunt sustinent aliqua consolatione que fundatur in psumptione sue extimatione superba sui ipi' aut inducente ipsos in ambitionem sui pprij honoris et glorie. Aut in vita ista aut in paradiso cum talis cosolatio principaliter includat saturitatem et refectionem sue pprie affectiois. Ex quo sequit multitudo maxima pessimoru viciorum et errorum et ideo talis cosolatio fugienda est oino et solu illa est sustinenda que sequit propriam cognitionem tui et pfectam sensibilitate tue nihilitatis et tue imperfectionis cum magna subiectoe tue magnitudini et altitudini dei per alta reuerentiam et cum magno desiderio honoris dei qz in talibus vel similibus dz fundari talis consolatio. Caueat etia summe dni deuoti religiosi ab omi sentimeto et visioe qtucuqz alta et qtucuqz appeat certa si ducat eoz cor in opinione aut affectoz contra aliquem articulu fidei aut contra bonos mores et bonas honestates cum sine dubio ex parte dyaboli sint. Hec e doctrina illius illuminati et sancti viri fratris Petri fcoyo in quibus suis notabilib' de remedijs contra temptationes spuales qui fuit vn' de principalib' reformatorib' ordinis nostri in hoc regno castelle. O q debilitatum est fossatu ciuitatis dei et q pauci veri religiosi humiles inueniutur in orbe psentim cu multi cadut ex simulata sanctitate que secundum hieronimu duplex est iniquitas. tales eni sepulchra dealbata plena spurcitia mortuoz nuncupari debent. Sed licet innumeri cadant et peant de fossato victi a diabolo aliqui tn semper manet qui viriliter resistunt quos deus cognoscit et reseruat p defensione sue ciuitatis dilecte. Sed accedit scda acies bellatoru dyaboli beelzebub et dat scdm psliu antemurale quoz arma sunt oppressio distractio iniusticia indignatio et comitit hoc belluz forte sic q multi principu et militum inueti sunt vulnerati in capitibus noia vulneru ab armis dyaboli nuncupant oppssio ppioru destructio impotetu. Iniusticias et indignatio de talibus principibus et militib' dicit ezech. xxij ca. principes eius in medio eius quasi lupi rapientes pdam: ad effundedu sanguinem et ad perdendas aias et sic ante murale iusticie et equitatis rupitur qz vigiles scz ciuales et consiliarij dormiunt non vigilant p bono ciuitatis sz p bono pprio consulendo principibus iniusticias oppssiones adulendo eis et laudando eoz malu regimen. De talib' principib' dicit dns per pphetam osee. viij. Ipsi regnauerut et non ex me: principes extiterut et no cognoui eos vere isto tempore magnam victoria et grandam pdam de principibus et militibus reportat dyabolus Cu vix inueniatur qui no studeat tyrannice psidere potius q recte in suo regimine facere. Nec querut iam principes cosiliarios virtuosos et honestos sz homines vulpinos astutissimos et fraudulentos quibus possint suas malitias et tyrannides colorare p adiuetioes dyabolicas exqsitas cu quibus captiuati a diabolo pibunt sine fine. Iam vicarius xpi nihil fere potest in ecclesijs puidere nisi quod pricipib' placet et sic sepe puidentur de dignitatib' et bnficijs ecclesie viri insipietes viri scelerati. paruuli lactantes et qui nodum a materno vtero exierunt. Sic ergo antemurale ciuitatis iustificationis quasi totu videtur diruptu et expugnatum per demones licet aliquos deus suo occulto iudicio semp reseruet in quibus seruetur veritas iustificationis qui ua paucissimi sunt: q in tanta multitudine maloz no apparent semper tn ad numerum vij. reseruant. Iuxta illud. iij. Reg. xix: reseruaui mihi in israel septem milia viroz q no curuauerut genua an baal. p qs itelliguntur viri fideles septem donis spiritualiter pulchritorniter illustrati qui no curuat genua dyabolo bellatori per cosensum. Accedat ergo tercia acies demonum bellatorum volentes muru capere violenter sed no possunt quia vt dictum est murus est caritas q fortissima est. caritas eni nu q excidit Cor. xiij. quod videns capitane' hui' aciei qui mammona dicitur triumphare de custodibus muri armauit milites suos fortissimis armis auaritie et symonie et cum murus nimiu anguistaretur venerut prelati no pauci ad parlamentum cum mammona et rescatati sunt. ¶ Dic mihi quis est in ecclesia q non sit rescatat' per mamona vis tu aliqd in ecclia ops q primo roget p te mamona vis cpari habeas p te aduocatu mamona

quia a maiori vsq3 ad minorez omnes aua/ ricie student et a propheta vsq3 ad sacerdo/ tem cuncti faciunt dolum Iere. vi. Iā nihil valent electiones canonice in ecclesijs cathe dralibus sed fauor et pecunia: nihil sciencia et sancta vita s3 astuta mãmone malicia et sic ruptus est murus ciuitatis iustificatiōis pro magna parte et multi vigilantes occisi sunt quia non vigilant illi tales propter cu/ ram animarū sed bursarū. Ideo dicit bernar/ dus quem dabis de numero platorū qui nō magis studeat bursis euacuendis q̄ vicijs exstirpandis. plus studēt in salmone q̄ in salomone. Merito ergo de his conqueritur dñs Ezechi. xxij. Sacerdotes eius cōtēpse/ runt legem meam polluerūt sanctuaria meā inter sanctum et pphanum non habuerunt distantiam et inter pollutum et mundū nō intellexerunt et a sabbatis meis auerterunt oculos suos et coinquinabar in medio illo rum Rupto ergo muro et peremptis talib9 custodibus iniquis ex vulneribus auaricie et symonie ingrediuntur demones ciuitatez sanctificationis et occidunt filios sc3 cogita tiones eorū capiunt mulieres affectiones et viros sc3 consensus quos captiuos in dam nationem ppetuam abyssi infernalis dedu cunt pro magna parte et ciuitatem ignibus exponunt vt non remaneat lapis super lapi dem quia quasi nihil iusticie nihil humilita tis nihil charitatis remanet in illa ciuitate. Sic ergo incenderunt electam ciuitatem san ctitatis et desertas fecerunt vias ipsius ecde siastici. xlix. hanc desolationem preuidens saluator noster dolens de talium aiarū dā/ natione suo sanguine redemptarū fleuit sup illam sc3 ciuitatez iustificationis quasi ei di ceret o ciuitas mea dilecta o spiritualis ha/ bitatio mea qs te sic destruxit qs te in abys/ sum mersit o ciuitas meli9 tibi fuisset nun q̄ fuisse vbi sunt muri charitatis vbi est ante/ murale iusticie vbi est fossatum humilitatis vbi sunt tui prelati charitatiui vbi principes iusti vbi sunt humiles religiosi omnia sub/ mersa sunt. et quis poterit continere lachry/ mas si cum deuotione voluerit contemplari quot anime pereunt religiosorum quot ani me principum quot anime prelatorū quot anime subditorum sub vtroq3 brachio ex co rum malo exemplo et regimine ve illis. S3 licet quasi. vij. numeri in hoc demonū bel lo cadent religiosi principes et milites pre/ lati ac ecclesiastica subditi etiā sub vtroq3 bra chio semper tamen manent aliqui in quibus saluatur veritas fidei et iustificatio bone cō sciencie. et si non nisi duo viri fideles rema/ nerent in mundo in eis saluaretur ecclesia q̄ est vnitas fideliū charitatis. vinculo aduna ta. non est autem dubitandum quin aliqui tales sint in mundo. quia secundū crisosto/ mū iusti sunt in mundo sicut medulla in ar/ bore qua deficiente deficit seu perit arbor er go si non essent aliqui iusti periret mundus fluctuat ergo nauicula petri sed non mergit bellorū turbinibus quibuscumq3 quia por te inferi. i. demonum funt non preualebunt aduersus eam cum sit turris fortitudinis a facie inimici. Et attente intuēdū est q̄ illud bellum dyaboli nun q̄ cessat immo pcinuo crescit et aggrauatur. Unde dicit ysidor9 li/ bro. i. de summo bono q̄ quāto ppinqui9 finem mundi dyabolus videt tanto crude/ lius persecutiōnes exercet vt qui se continuo damnādum conspicit socios sibi multipli/ cat cum quibus gehenne ignibus addicat. Resumptis ergo virib9 et captis armis xpi ane milicie de quibus supra libro. i. conside ratione. i. dictum fuit vigilandum est et viri liter pugnandum cum demonibus quia vt dicit apostolus ephe. vi. non est nobis col/ luctatio aduersus carnem et sanguinez. i. ad uersus homines qui sunt caro et sanguis et per consequens visibiles sed aduersus prin cipes et potestates. i. demones qui sunt ho/ stes inuisibiles. et dicit principes et potesta tes quia angelorum ordines non solū sūt per gratiam sed etiam per naturam. et sic de singulis ordinibus ceciderunt aliqui in qui bus naturalia permanserunt integra vt dīc dyonisius et inferiores obediunt superiori/ bus vt possint nocere hominibus et per pri cipes et potestates intelligūtur alij ordines demonū. Sequitur aduersus mundi recto res. hic nomine mundi non intelligitur vni uersitas creaturarum que non regitur a de/ monibus sed a deo et angelis sibi ministrā tibus sed intelligitur vniuersitas malorum hominum sic dicitur Iob. i. mundus eum nō cognouit qui p demones regūtur inquā tum per eos ad peccata mouētur propter qd̄ subditur ad declarationem huiusmodi intel lectus tenebrarum harū dicuntur cū mali

homines tenebre quia sunt inuoluti tenebris ignorantie et culpe contra spiritualia nequitie.i.contra spiritus neq̃ sive malignos q̃d dicitur ad ostendendum ꝙ per rectores mũdi hic demones intelliguntur in celestibus idest in hoc aere caliginoso ꝙ frequenter in scriptura celũ nominatur in quo demones habitant vsq; ad iudiciũ vt supra.dictũ fuit propter quod etiam aues celi nominant. Ma.xiij.vbi dicit ꝙ aues celi comederũt semen quod cecidit secus viam. Sic exponit predictum verbum Nicolaus de lira super epistolaz ad Ephe.propterea accipite armaturam dei scilicet virtutum vt predictum est vt possitis resistere insultibus demonum in die mala.i.in presenti vita vbi imminet temptationum pugna vsq; ad diem iudicij que etiam erit dies mala malis et amara valde Unde et iohannes papa scribens ysaac Syracusano episcopo.xvi.q.ij.capitu. visis de astucia dyaboli et bello contra ecclesiam catholicam ac de munitione nostra dicit sic. nec ignoramus astuciam eius conatur namꝙ a principio ruine sue vnitatem ecclesie rescindere charitatem vulnerare sanctorum operum dulcedinem inuidie felle inficere et oĩbus modis humanum genus peruertere ac perturbare. Dolet eniz satis et erubescit charitatem quam in celo nequiuit habere: homines constantes ex lutea materia in terra tenere. Unde oportet quantum fragilitati nostre conceditur vt omnes aditus nocendi eius versucie muniamus ne mors ingrediatur per portas nostras. Hec ibi.

De diuersitate demonum et si possunt hẽre spiritus familiares.

Exima consideratio est de diuersitate demonuz et si possint habere spiritus familiares Pro declaratione primo notandum est ꝙ sicut boni angeli sũt distincti in nouem ordinibus et cuz eis aie sancte sic etiam demones quia a nouem ordinibus ceciderunt sunt disticti in nouez ordinibus et cum eis anime damnate. Et illi demones qui erãt altiores hierarchie facti sunt peiores et inferiores in meridionali pte quorum presidentem vocauit dauid demonem meridianum. Est autem vox communis multorum ꝙ sunt.x. differẽtie demonum quidam dicuntur fata Alij dicuntur vulgariter duen de causa. Alij dicuntur incubi et succubi. Alij faciunt prelia. Alij comedunt et bibunt cum hominibus apparẽt in sompnis Alij vt dicunt fiũt spermate et ex odore viri et mulieris cum coniungũtur vel ex radijs planetarum Alij sunt masculi et femine. Aliqui sunt mundi et aliqui immũdi. Alij illudunt viros et feminas qui purgume siue bruxe vulgariter nuncupantur. Multi asserunt se talia vidisse et quasi tenẽt quasi certa sed quid veritatis contineat consequenter declarabitur.

De fato.

Rima differentia demonuz est de fatis voluerunt quidam simplices dicere ꝙ fata sunt quedam femine quas dant spiritus super creaturam noviter natã Unde et seneca tragedia prima in choro primo loquitur de eis quasi de quibusdaz sororibus siue deis que sic disponunt vitam humanam ꝙ nullus potest pertransire ordinem ab eis dispositum sic dicens. dura peragũt pensa sorores nec sua retro fila reuoluunt ad gens hominum fertur rapidum obuia fatis incerta sui. Sequitur certo veniunt ordine parce.i.sorores ille que disponunt vitam humanam nulli iusso cessare licet nulli scriptum proferre dicet. ꝙ autem fata sunt tales femine vel dee disponentes vitaz humanam error est. Unde dicit augustinus super Joha. sermone tercio qui edificantur ad credenda fata scilicet talia fiunt corda eoruz fatua. Et secundum veritatem si alicui nomẽ fati tribuatur nulli nisi voluntati dei tribuẽdum est secundum aug.v.de ciuitate dei.capitulo.viij.quia ille summus deus optime et verissime creditur cuncta scire ante ꝙ̃ fiant et nihil inordinatum relinquere. Quia ergo diuina voluntate cuncta disponuntur cũ sit prima regula in contingentibus ideo fatuz non mulieres non dee non vis positiõis syderum sed diuina voluntas fatum appellabitur. Unde fatum isto modo dicitur a for faris et sic fatum dicitur quicquid deus fat: Si plura vis videre de fato et fortuna ac diuina prouidentia vide in dyalogo fortune libro.i.capitulo.ix. vbi latissime de hac ma

feria locutus sum. Sed quid dicendū est ad illos qui dicunt se talia facta vidisse. Respō detur ꝙ si talia accidant non femine sed demones sunt qui volunt imitari et deridere illud ꝙ deus dixit per angeluʒ abrahe de natiuitate ysaac. et illud quod dixit angel⁹ matri sampson et illud quod dixit angelus zacharie patri iohannis baptiste et quod dixit angelus marie virgini de christo anteꝗ̄ cōciperet

Secunda differentia demonū.

Secunda differentia demonum est illorum qui dicuntur duen de casa. Experiuntur sepe homīes de nocte in domibus suis vigilātes in lectis suis ꝙ ambulat aliquis per domum mutando frāgēdo res aliquas ictus magnos dādo specialiter in vasis vinarijs amouendo etiam capitibus hominum bireta sua et tollēdo omnes rupas quas in lectis super se habet in quorum aliquibus ego expertus sum. Cum enim iuuenis essem et iacerem in quadam domo quadrata cuius solū vnica erat porta abintus bene clausa cum alijs tribus socijs in eodem lecto. ecce subito in tempestate noctis silentio audiuimus extra portā quasi sonū quē apothecarij faciunt in mortariolis ereis in fracturam specierum cungilantes ergo et mirantes quid hoc esse posset tali hora cessauit modicuʒ sonus ille et post paululum sensibiliter audiuimus intra domum sub mensa quadam que ibi erat sub qua manserat copbinus quidem quasi plenus nouis nucibus et tantus ibidem sentiebatur a nobis sonitus nucum confractaruʒ ac si ibidem plurimi porci grosolantes nuces confrangentes ambularent de quo nō modicum stupefacti eramus cum ianua optime ab intus esset clausa et nullus ali⁹ esset ingressus. Post paululum vero cessante sonitu illo in angulo p̄dicte quadre nobis opposito. subito apparuit quidaʒ paruus splēdor et nun ꝗ̄ amplius vidimus nec aliquid sentimus. Quidam autem ex socijs qui maioris etatis erat et vir satis peritus dixit nobis ꝙ non timeremus quia erat quidaʒ spiritus malus nobilis ierarchie qui alia mala non operabatur nisi ludos illos sed die facto nuces sicut dimisimus inuenimus. Fa ciunt etiam luctam cuʒ hominibus et plura alia aliquibus pauorosa et secundum veritatem tales non sunt homines nec mulieres sed sunt quidam demones qui volunt deridere homines volentes imitari angelum q̄ luctatus est cum iacob et angelum qui locutus est cum moyse et angelū quem vidit iosue in campo iherico et licet multa damna de nocte in domibus videantur egisse nihil tamē damni de die reperitur nec res aliqua mutata de loco suo sed quelibet in suo ordine sicut primo erat. Est ergo illusio quedaʒ talium demonum derisorum que ad nihil aliud extendi potest nisi ad talem hominūʒ derisionem.

Tercia demonū differētia est.

Tercia differentia est quorundaʒ demonum qui incubi et sucubi nuncupantur qui homines generare dicuntur tales enim demones in specie hominum virorum aliquo modo. Aliquando incubunt feminis et aliquando in specie feminarum sucumbunt viris. Quomodo auteʒ talis generatio efficiatur declarat doctor seraphicus bonauentura super secundum sententiarum in scripto suo. dicēs ꝙ in actu generatiōis sunt duo scilicet seminis decisi cōstitutio secundum neruos et virtutes calorū talis speciei competentes et sic est solius illius cui dedit deus vim generatiuam vel ꝓpagatiuam et hoc nullo modo competit demonibus a flumentibus corpus. Itē est ibi seminis perfecti transfusio et transfusi susceptio et hoc potest competere demonibus. Primo enim demones sucumbunt viris in specie mulieris et ex eis semen pollutiōis suscipiunt et quadam sagacitate nature ipsum semen in sua virtute custodiūt et postmodū deo permittente fiunt incubi et in vasa mulieris transfundunt ex qua transfusione homines generari possunt non tamen sic generati sunt filij demonum sed homīs. Hec ille. Isto modo fertur generatuʒ fuisse merlinū. Unde legitur in hystorijs brittannorum ꝙ rex horte geris qui britanniam regebat toti⁹ insule in se odia considerans. Inito cōsilio cum sapientibus quid agere deberet ad tutamen sui iussit cōuenire artifices qui et castrum fortissimum fabricarent. sed cum op⁹

